arida:nigra:ſqualida:fetore ac ſpurcicia plena. Nõ oculi ſplendorem vndiqꝫ ſerua bunt. Fetebit os:collũ incuruabitur. Corpus vndiqꝫ ſicco ⁊ arido trunco fiet ſimile. Cogita hec ⁊ auerte ſpem:priuſqꝫ fuge ꝙ priueris. Multo enĩ meliꝰ eſt rem contemnere ꝙ perdere. Jam vero de ſermõe ſua dulci placido ⁊ mellifluo quo te dicis oblectari admodũ miror. Quid enim ſermo muliebris in ſe dulce habet: Quid dicit tibi amica: Nempe aut queritᷣ aut plorat aut minatᷣ. aut tibi inanes refert fabulas. Dicit quid cum vicina fecerit:quid ſomniauerit:quot oua gallina peperit. quibus floribus ſerta cõponãtur. Omnis ſermo mulieris de re vana leuiqꝫ eſt. In quo qui oblectatur. ⁊ ipm̃ leuem eſſe oportet. Narrat. tibi nõnunꝙ ⁊ cũ alio amatore ⁊ quo pacto iacuerit:quid doni receperit:quam cenã habuerit:quibꝫ voluptatibus fuerit vſa. Que res non gaudiũ tibi:ſed cruciatũ afferunt. Sed accipe que velis gaudia ĩ ſermone amice. eris ne amens ratõiſqꝫ inops vt non magis in alicuiꝰ docti viri verbis ſermonibuſqꝫ leteris. Reſume omĩa ſimul que in amore ſunt gaudia: rurſuqꝫ tedia. multa iſta:pauca illa reperies. Verãqꝫ illius ſententiã dices qui paruꝫ mellis ĩ multo fello merſum inquit amorem eſſe. Cum ergo nicolae totus amor de quo loquimur vanus:aſper: amarus :dãnõſuſqꝫ ſit. ⁊ hominẽ morbo grauiſſimo teneat:curandum eſt vt ab eo libereris. Cura autẽ ea eſt vt menti tue pſuadeas malũ eſſe amoreꝫ. Poſt hec declines amice ſermonẽ. ocium fugias:ĩ negocio ſemper ſis. viros bonos qui te inſtruant ſequaris. nulli ludo. nulli cõuiuio interſis. Si quid largita ẽ amica abs te abijcias. Nihil penes te ſit qꝺ illiꝰ fuerit. puta illã eſſe nunciũ dyaboli q te perdere velit. Sint ĩ memoria chriſti beneficia que tibi impẽdit. Cogita quot bñfacienti premia in celeſtibꝫ ſedibꝫ. ⁊ quot malefaciẽti ſupplicia apud inferos preparata ſunt. Cogita dies tuos aſſidue fieri breuiores:inſtareqꝫ ſemꝑ vltimuꝫ. Cogita quia irriſui eſt q amat ⁊ preſertim vir euo maturus. Cogita iſtabilẽ mulieris aĩm: cogita perditionẽ tẽporis quo nihil eſt precioſius. Cogita diſſipationẽ bonorũ. Cogita vitã quã viuimꝰ breuiſſimã in ƀ ſeculo:ꝙuis voluptatibꝫ ſit dedita ⁊ ĩ alio mũdo quẽ ingrimus nullũ eſſe finẽ. Hec ſi tecũ ſedulo cogitaueris preceptaqꝫ iſta tenueris amorẽ quo cruciaris a te breui tẽpore relegabis. virũqꝫ te preſtabis deo gratuꝫ celoqꝫ dignum. Vale.

## Epiſtola .cviij.

Friſingeñ epiſcopatꝰ deſpõſatᷣ Hainrico ſchlick.

Eneas ſiluiꝰ poe. Reuerẽdo patri. d. Hainrico Schlick electo friſingeñ. S.p.d. Heri dũ caſus neſcio qs in curiã me duxiſſet. Johs niperg litteras quaſdã ducis bauarie Alberti. ſibi ⁊ walthero Zebiger deſtiatos ꝓ duxit. wolfgãgoqꝫ noſtro legẽdas dedit. In his ſcriptũ erat Johãnẽ cardinalẽ ſancti Martini in epiſcopũ friſingeñ electũ. ac rite cõfirmatuꝫ fuiſſe. nec aliud ſibi obſtare ad poſſeſſionẽ adipiſcẽdã niſi regẽ ⁊ caſparẽ Schlick. qꝺ ſibi iniuſtũ tũ. tũ inhumanũ viderecᷣ. cũ ille ius haberet. caſpar nihil tituli poſſet oſtẽdere. Rogabantᷣ ꝗ illi duo. magniſqꝫ ꝓcibus orabãtur vt cardinali eſſent auxilio. regẽqꝫ hac infamia liberarẽt quẽ totꝰ orbis iniuriari ⁊ vim facẽ Johãni cardiali cognoſceret. Cardialem vero iã eſſe ꝓpoſiti regẽ viſere. Sꝫ cũ hi duo quaſi regíí currꝰ aurige forẽt. rotas voluere deberẽt. ⁊ obuiare ne cardinalẽ oporteret venire iniurias queſtũ. Hec ergo ꝑtim ĩtelleri dum legerentᷣ. Nã arrigo aures cũ friſingeñ eccleſiã audio nominari. Partim vero expoſuit mihi wolfgãgus. Nihil illi ad hec reſpõderũt. Sꝫ id bonã ĩ ꝑtem ſuꝫ ĩterpretatꝰ quãdo lectura cõmiſſa ẽ noſtro. Si qd enĩ male mẽtis illi habuiſſent nõ ꝑmiſiſſent nos hec ſcire. Nã q nocere vult eos fugitat q poſſunt obſiſtere. he vero lr̃e cur ſcripte ſint ⁊ cuiꝰ ſuaſu tãto magis exiſtimare poteſtis. ꝙ ego. quanto iudiciũ veſtrũ ẽ ad cõiecturã ꝙ meũ ſagaciꝰ. Mihi nõ ẽ veriſimile ƀ fuiſſe ſcriptũ niſi ex hac curia cõmonitio ꝓceſſiſſet. Oportuit nanqꝫ priꝰ ſcitũ eſſe q forẽt ⁊ apud regẽ auditi ⁊ veſtre ꝑtis defenſores. Ac mira res vt eadẽ dies res cõtrarias tulerit ⁊ nũc meſticiã nũc leticiã dederit. Verũ ẽ qꝺ dici ſolet. Multa dies variuſqꝫ labor mutabilis eui. Retulit ĩ meliꝰ nemo diẽ laudet aut dãnet niſi adueniẽte ſero. Hec mane

cõtigerunt. Sero autẽ ad me venit tabellarius apoſtolicꝰ qui te queritãs afferre lit-
teras tue promiſſionis ſe dixit. Suſcepimus eũ omnes gaudio pleni. Et in cena no
biſcum habuimus. Js qꝛ nõ reperit te. ſtatuerat ſe in viẽnã venturũ laturũqꝫ litteras.
Sed amonui ſibi hãc mentẽ retinuiqꝫ apud me litteras ꝓuiſionis. que ſunt numero
nouem duas clauſas ad te remitto ⁊ miſſiuas omnes que tũ tibi tum cãcellario diri
guntur. Nõ viſum ẽ mihi tutũ pricipales litteras maiori dimitti ꝑiculo. Scitis qa
inſidie ſunt. ⁊ iã notũ erat pluribꝫ ĩ hac curia hũc aduenïſſe nũciũ. Satis ẽ tibi has
lr̃as in cãcellaria fore. Nã ⁊ huc rediture eſſent cũ petẽda poſſeſſio ſit. Littere pleni
ſunt pro uidenciqꝫ tibi ꝑ reſeruationẽ. Et date ſunt omẽs ſenis ex die tibi noto. Ego hͣ
mane id regi dicã nõ petens poſſeſſionẽ. quia nihil ꝓficerẽ ⁊ ſtultũ ẽ petere quod im
petrari nõ poteſt. Scio hoc reſeruari in aduentũ cãcellarij. Sed volo regẽ ſcire ni-
hil falſi ꝑ cancellariũ ſibi ſcriptũ fuiſſe de litteris. Nũc mihi cõſultum videt̃ vt can
cellario mox ſcribã. ⁊ vt hanc meã epiſtolã ſibi deſtines ne qd ignoret ne vel aliũ in
curiã mittat nunciũ. ⁊ vt ꝙ feſtinanter veniat puto poſſeſſionẽ haberi poſſe. Ego lit-
teras diligẽt̃ aſſeruabo. Nõ eſſet forſitã abſqꝫ vſu certũ nũciũ illi rurſus mittẽ. tu tñ
fac vt lubet. Et me ſi qd ãplꝰ acturũ vis ſcribe. qa ꝓna ẽ obediẽtia mea. Uale optĩe.

## Epiſtola. cviij.

Somnium de fortuna.

ENeas ſiluius poeta. S. p. d. dño Procopio de ~~Rabeſtain militi~~ littera-
to ⁊ p̃ſtanti. Noctu p̃terita priꝰ ꝙ me quieti cõmitterẽ. multa mecuꝫ de te
locutꝰ ſum. Mirabar tuis virtutibꝫ nõ dari locũ ꝯuenientẽ. qꝛ licet acce-
ptus ſis ceſari. nõ tamẽ vt par eſſet efferri te video. Nã cũ reluceat in te nobilitas ⁊
probitas. nõ video cur inter primores poni nõ debeas. Accuſaui ergo fortunam que
tũ honoris tũ diuitiarũ credit̃ diſpẽſatrix pluraqꝫ mecũ ſtomachatus dixi vt que vi
ros p̃meret bonos. extolleret malos. nec finẽ feci donec altus me ſomnus oppreſſit.
Inter dormiendũ vero mira per quietẽ ſum contẽplatus que tibi nũc referre decre-
ui. Tu arrige aures reſqꝫ tum miras tũ ſtupẽdas agnoſce. Jã noctis decurſo ſpacio
ſideribꝫ dubijs poſtꝙ pigri boete frigida ſarrata circũegerãt viſionẽ hãc habui. In
locos letos ⁊ amena vireta deueni. graminꝰ cãpus ĩ medio fortunati nemoris erat
riuo cictus ⁊ muro. due illic porte. altera cornea. altera cãdẽti nitẽs elephãte. Mu-
ri altiſſimi ex adamãte cõſtructi. Riuꝰ ĩmenſe ꝓfunditatis. Nulli acceſſus ad por-
tas niſi ꝑ põtes. q tñ cathenis eleuati pauci aduenïẽtibꝫ dimittebant̃. In ripis e re-
gione portarũ exiſtẽtibꝫ. ingẽs virorũ ac feminarũ turba ꝯſedebãt. tendẽteſqꝫ manꝰ
orabãt trãſmitti. Territꝰ hac nouitate dũ hac ⁊ illac circũcurſo. Pluẽs mihi obuij
dant̃ q̃rũ facies agnoſcebã. neſcio tñ q̃re factũ ſit vt nemo mihi ſmonis copiã facẽt.
Uẽi ad corneã portã. ĩ cuiꝰ ſũmo hec v̾ba lr̃is ãtiqs ĩ ſcripta ꝯſpexi. paucos admitto.
ſuo pauciores. Auidꝰ noſſe qd foret iteriꝰ. Juuenẽ q ſupra turrĩ erat magnis p̃cibꝫ
obſecraui. (icaſſũ tñ) mihi vt fores pãderet. Tũ forte adoleſcẽs vẽit magñ comitãte
catherua. Cognoſco habitũ. ex reni ꝑtibꝫ erat. Quiſnã hͣ ẽ inꝙ accedit me vir toga-
tus credo me italũ nouit italꝰ. ⁊ Ludouicꝰ ẽ hͣ ait dux bauarie. pͥnceps elector. qui
trãs illũ murũ nos ducet. at ego mi vir ĩpetra ⁊ mihi trãſitũ. ſi qd iuris hꝫ cõis iter
nos pr̃ia. Faciã iqt ille. vixqꝫ locuti eramꝰ cũ põtibꝫ dimiſſis Lodouicꝰ igreſſus ẽ ⁊
vna ſecũ ꝙ plures alij q̊s ianitor noĩatiꝫ appellauit. Ego vt explorator ſub palio pñ
cipis q Lodouico hẽbat ⁊ vnꝰ ex brãdẽburgeñ. marchiõibꝫ viſꝰ ẽ latitãs ĩtraui. Il-
lic florea prata. riui tũ lacte tũ vĩo currẽtes. frigidi fõtes. lacꝰ piſcibꝫ plẽi. balnea ſu
auiſſĩa. dẽſi luci. vieta ſꝑ vuis onuſta. arbores ꝑpetui autũni. q̃les ortꝰ heſpẽidũ vel
pheates habuiſſe credũt̃. Poma q̊rũ ſolo paſtaris odor̃ ꝑ ſiluas. fer̃ mãſuete captu fa
ciles. Uolucres ⁊ eſui ⁊ cãtui nate. vnicꝰ ẽ apd̊ ethiopes locꝰ eliotrapeza nũcupatꝰ.
opiparis epul̾ ſꝑ refertꝰ qbꝫ ĩdiſcretĩ oẽs veſcũt̃. apd̊ quẽ lacꝰ tenuis laticis hauſtu
ſaluberrimꝰ. Hic pluria ſũt hꝰmõi loca. m̃ſe ſub arboribꝫ ꝑate gẽmatis vaſcul̾ pate
riſqꝫ aureis onerate. Nullũ valernum comparari vino põt quod ex viuo ſaxo illic
manat. Mella paſſiꝫ fluũt. arũdineta ſuccaro plẽa. Oẽ genꝰ aromatũ ex arbore ca-
dit. Auri ⁊ argẽti ĩexhauſte minere. Lapilli p̃cioſi tanꝙ ceruſa ĩ nemoribꝫ pendent.

venuſte puelle.elegãteſq; iuuenes ꝑpetuas ducũt coreas.Quicqd muſicũ ē illic reſo
nat.Nõ tam voluptuoſam ſuis ſequacibꝫ ꝑadiſum machometꝰ repromiſit.ꝗ̃ hic vi
diſſes. Diſpẽſatores huc ⁊ illuc diſcurrebãt bachus ceres ⁊ venꝰ. Silua mirtea cõ
cubitus admittebat. Iã ego ex palio prodierã cupiduſq; vidẽdi ꝑ medias letantiuꝫ
turbas ibã ſecurꝰ. Tũ vegius poeta laudẽſis me aggredit̃. Et o inqt enea quo huc
pacto veniſti.amplexꝰ amicũ expoſui caſum.Tũ ille voluiſſeꝫ te vocatũ fuiſſe. Nã
hic p̃ter iuſſuꝫ here nemo manere põt.Illa ſi te viderit mox iubebit expelli.Tũ ego
que nã ē hec domina cuiꝰ expectat̃ vocatio. Hera fortuna reſpõdit vegiꝰ:cuiꝰ mune
re omẽs q ſumꝰ hic felicit̃ viuimꝰ:illi totꝰ obedit orbis:qcqd hec iuſſit factũ ē.Tuꝫ
ego:ergo tu ex felicibꝫ vnus es q ſolebas eſſe ꝗ̃ miſer.Sum inqt vegiꝰ: dilexit me tã
dem hec dña.ſummiq; põtificis mihi grãm cõciliauit:canonicũq; baſilice.s.Petri
fecit. Ha inquã ego:iã incipiã colere tuã dominã ſi quos bonos euehit. Ego ſepe eã
inuectꝰ ſum ꝙ malis bonã ⁊ malã bonis eã videbam.Scis ꝗ̃ bonꝰ fuerit ſocrates:
nunꝗ̃ illi arriſit.Platonẽ q fuit phorũ maximꝰ ĩ ſeruitutẽ redegit.Pittagorã ſem
per vagari cõpulit.Ciceronẽ ꝗ̃uis ex rethore conſulẽ fecerit.in manꝰ tamẽ poſtmo-
dũ inimicorũ dedit ⁊ anthonij gladiꝰ interemit. Scipionẽ in exiliũ miſit. Fabriciũ
in catino terreo ſeu ligneo comedere fecit.Primũ cathonẽ pauꝑtate grauauit: ſibi
vt manꝰ cõſciret alterũ iuſſit. Aſpice viuẽtes.Quid iuliano cardiali ſancti angeli
tot virtutibꝫ ornato repẽſum vides.Quid iohãni ſancti Petri.Iohãni ſancti cali-
xti:ac Iohãni tarẽtino eiuſdẽ ordinis viris.Quid ē his qꝺ vel probitati vel ſciẽtie
correſpõdeat.Quis dicere põt.Caſparẽ cancellariũ ꝗ̃uis ducẽ ſibi coniugẽ copula
rit.dignas laborũ retributiones tuliſſe:q iã triũ ceſarum cãcellarius fuit.wilhelmꝰ
de lapide miles inſignis:nõ minus lr̃arũ ꝗ̃ armorũ ſcius:qui mundũ virtutis agno
ſcende cupidus peragrauit:quid ſuis meritis dignũ ē aſſecutus.Campiſius noſter
phia plenꝰ.qui ſedis apoſtolice ſeruitijs etatẽ ſuã conſecrauit pauperior codro eſt.
Unicus miles eſt.aut ſi comites habet vix quatuor ſunt.Procopius bohemꝰ in cu
ria ceſaris qui licet litteras amet colatq;:indocti tamen atq; hebetes ſibi p̃ferũtur.
Nolo referre quos aſinos viderim exaltatos ſuꝑ cedros libani:qui etiam hodie flo
rent homines ſine lr̃is.elingues ſine ſenſu.vix manus dextra quot habeat digitos
norunt.Securiꝰ ē mortuos ꝗ̃ viuẽtes carpere.Quid deteriꝰ aut horribilius mon-
ſtrum nerone fuit.Quid tiberio ſceleratius.his tamen imperia ꝗ̃ veſpaſiano ⁊ tito
pijs ceſaribus diuturni ora fuerũt.Quid domiciano turpiꝰ.beſtiam tamẽ illã mun
di ceruicibus imminentẽ pluribus annis ꝑtulit orbis. Iouinianũ quia religioſus
clemenſq; fuit oppreſſum fumo carbonuꝫ mox amiſit. Quot criſpinus villas erexit
monſtrũ a vicijs nulla virtute redemptũ.Spado claudij neronis pophides tot diui
tias poſſedit.vt edes ſuas ornatiores ⁊ ampliores capitolio cõſtrueret.Sabrinus
cremoneñ.vij.dominos ſuos ĩteremit:quibus in fetida ſepultis cloaca dominatum
ſuſcepit.Nõ poſſum viuentẽ aliquẽ nõ tangere patrẽ philippi ducis qui nũc Burgũ
diam tenet.in preſentia regis francie p̃poſitus pariſieñ ſecuri ꝑcuſſit.Is nũc in pro
uincia quietiſſimã habet vitã:pinguibꝫ agris donatꝰ. Hic tamẽ ⁊ homicidiuꝫ fecit
⁊ publicã fidẽ fregit:qui miſer ille ſecutꝰ fuerat. Hec mihi bilẽ ſepiꝰ cõmouerũt. At
poſtꝗ̃ te virũ probũ ⁊ doctũ iã fortune blãdimẽtis video delinitũ:fio mitior illi:pu-
toq; te nõ ſolũ ex bonorũ numero gratũ eſſe huic matrone.ſed duc me oro vt illã in-
tuear.Ita eſt inquit vegiꝰ plures boni ſunt ĩ hoc cõuentu ꝗ̃uis mihi non arrogo qꝺ
tu nomẽ das.Scio me peccati reũ eſſe:indignũq; gradu meo:ſed ita placitũ ē tũ for-
tune tũ meo põtifici:atq; vt agnoſcas bonos quoq; huic dñe gratos eſſe. Audi me
parũper nolo Cõſtantino magno Nerue troiano duobuſq; theodoſijs ipſiq; primo
auguſto quãta felicitas arriſerit quia probi fuerũt nũc diſputare. Ad viuos venio.
Quid tuo ceſari religioſiſſimo.Quid meo pontifici ſanctiſſimo.Num blandã fortu
na oſtẽdit. Regẽ aragonũ quis eleuauit niſi fortuna.Quis ducẽ cloceſtrie magnuꝫ
fecit.Quis colonieñ ⁊ treuereñ antiſtites.magna eſt horũ virtꝰ:⁊ tamẽ fortune fla-
tu ſunt ſublimati.Diceret moguntinus: meum genus erexit me. Sic ⁊ ſaxones et

bauarie duces dicere poſſent tanq̄ nihil in eis fortuna fuerit opata. Sȝ qs eos tam
alte naſci fecit niſi fortuna. Poterat hec ſi voluiſſet regis hiſpanie vel anglie me lo-
co ſupponere. nulla v̓tute noſtra ſȝ caſu generis nāciſcimur claritatē. Et ſi plures
ſunt virtuoſi quos fortuna p̄terit nemo iraſci dȝ. Pōt enī hec dn̄a que ſua ſūt bona
cui vult elargiri. Homīes in mundū nō ad opes poſſidēdas aut ꝑfruēdas delicias:
ſed ad labores naſcunt̄. viuereq₃ in terris nō tanq̄ icole ſed vt aduene peregriniq₃ de-
bent: futurāq₃ patriā ꝑ opera v̓tutis ingrere. in magna v̓o fortūa nō facile virt⁹ re-
perit̄. qd̓ animaduertēs theban⁹ ille phus ingēs auri pōdus ī mari cōiecit vt expe-
ditiorē ſe traderet phie. Xp̄us ſaluator deuſq₃ noſter diuitias tanq̄ ſpinas ⁊ tribu-
los docuit fugiēdas. eius diſcipuli pauꝑtatis amatores fuerūt victū ⁊ veſtitū habē-
tes. his cōtenti erant. Nec Hiero. q̄uis doctiſſim⁹ in tenui gaza fortunā accuſauit.
qr nō illā domiam: ſed chriſtū dominū ſequebat̄. trāſitoria ꝓ ꝑpetuis ſpernēs. An-
thoni⁹ abbas qd̓ fortuna dederat ſpōte reiecit. Et ſi ſane mētis eſſem⁹ odiū poti⁹ q̄
fauorē appeterem⁹ fortune: cui⁹ blādicie maximū preſtāt impedimētū ad eterne vite
cōſecutionē. Raruſq₃ eſt ⁊ coruo rarior albo. qui ⁊ fortunā ſimul ⁊ iter in celū ſequi
valeat. Sȝ cōprimo me ne huic domīe videar detraxiſſe cui⁹ amplexibꝫ iā delector.
Tu tamē caue ne procopiū vel alios quos nomiaſti virtutis amatores: dicas exper-
tes fortune. Nec enī vel carnales vel milites eſſent vel generoſi niſi fortuna iuuiſſet.
Sol⁹ cāpiſius ē ex quo nihil ſuū pōt fortuna repetere. Sed eam⁹ ſi ſtat ſentētia pro-
pius. videamuſq₃ dominā iſtā regnorū atq₃ iperij motricē. Eam⁹ inq̄ ego: ⁊ ſi forſi-
tan hoſpes īuiſus ero. vix quantū velox ex arcu ſagitta volitās currit vie ꝯfeceram⁹.
Dū apprehendēs vegius dextrā meā: reſpice inqt dextrorſum enea. ibi mirſia ē do-
mina. Tētoria illic purpurea erāt margaritis ornata: que centum iugera cooperie-
bāt. In medio ſoliū erat peraltū: lucēs claris ſmaragdis: miri p̄terea lapides ebur
ſolij veſtiebāt. Sagada gēma que ī ꝓfundo eufratis carine nauis ſe ſolet adnectere
iocūdiſſime virēs. Mirthites coloris mirre q ꝑ ad colorē attrit⁹ nardi odorē ſpirat.
Mitridas que ſole ꝑcuſſa varijs emicat coloribꝫ. Tū pirites qui ſe teneri non ſinit
vehemētius. Chalachias grādinis candorē preferēs. ethites vipereas habēs macu-
las dyoniſias: q ſui natura fuſtus eſt q mixtus aqua ſi cōterat̄ vinū flagrat. Solis
gēma ꝑcandida ad ſpeciē fulgidi ſideris veneris crinis q ruforū criniū facieȝ p̄fert.
Selenites fulgore cādido trāſlucēs piropus q flāmas imitat̄. Mecenites papauera
exprimēs. Mirmites reptantē formicā. Calcoptōgos vt era pulſata reſonās. Side-
rites certis maleficijs incātatus diſcordias excitans ſimilis ferro. Flogites q intra
ſe quaſi flāmas extuātes oſtētat. Antracias vt ſtella coruſcās. Enchidros exudās
vt clauſam ī eo putes fontaneā ſcaturiginē. Melochites arabic⁹ craſſi⁹ ſmaragdo
virēs infantū ꝑiculis reſiſtēs. Iris ī mari rubro repta que aeris reꝑcuſſa celeſtis ar-
cus ex ſe ſpeciē iacit. Adradamas nitoris argētei animorū talētum ipetus molliēs
⁊ tumētes refrenās iras ⁊ cōtra moleſtias neruorū: vtilis pederos aſpectu eburneo
⁊ grarū cōciliator achates. Incredibile ē gēmarū que illic ꝑlucent ſi qs referat mul-
titudinē. Ipſa fortuna grādis matrona duplices aſpect⁹ blādo vultu nunc terrifico.
Veſtibꝫ auratis gēmatiſq₃ altiorē chor tenebat oculis grādioribꝫ. Sȝ plerūq₃ clau-
ſis in auribꝫ ceras vidi: illa de naui petitas queſiculos caut⁹ effugit remige ſurdo.
Cadeceū ī manu tenebat. In dextera eius domiatus ſedebat honor. fauor. ſplēdor.
gaudiū officiū. feſtus. riſus. amor. cōiugū. vigor. robur. dec⁹. cātus. potus. Nec mi-
nori loco. fama. glīa. victoria. nobilitas. reuerētia. pax. leticia. potētia. forma. laus.
gr̄a. ſuauitas. iocūditas. hilaritas. dignitas. elacio. pōpa. p̄ſtantia. familiaritas. cli-
entela. rapina. vlcio. ſuꝑbia. libido. arrogātia. obliuio. nupcie. cōſultatio. Ad pedes
eius quaſi ancille ſiue pediſſeque. diuitie pecunie. delicie. blādicie. voluptateſq₃ ſta-
bant arrectis auribꝫ ſi quid iuſſiſſet hera auditure factureq₃. In gramine v̓o locoq₃
decliui ſelle plurime cernebant̄ orcheſtra tecte. vbi plurimas vmbras ſedere conſpe-
xi. Perlucebāt enī corpora ſedentiū q̄uis palida erāt. verſuſq₃ ad vegium. Qui ſūt
hi obſecro ſedentes viri reuerentia digni ſubtriſteſq₃. Hi ſunt inquit vegi⁹ quos hec
domina ab initio naſcentis mundi dignata eſt magnos facere. Sed iam ſatis ſūcti

huc venerunt. ⁊ vt quiſq̧ maior fuit: ſic fortune ꝓximior eſt. Nec hic ex virtutibꝫ lo
cus datur ſ; ex felicitate. Primus hic eſt Auguſtus ceſar diuini genus: quia aurea
condidit ſecula: quiq̧ ſuper garamantas ⁊ Indos protulit imperium. Alexander
ſecundus eſt. Tum Julius ceſar. Poſt Scipiones duo. Inde Pompeius. Alius
quem luſcum vides Hanibal eſt. Tum Fabius maximus. Emilius. Paulus mar-
cellus. Alcibiades. Priamꝰ. Hector. Agomenon. Achilles. Vlixes. Darius. Xer
ſes. Ninus. pretereo multos. Ille quem vides ſigno crucis munituꝫ Conſtantinus
eſt. hunc ſequitur Conſtantius. Conſtans. Conſtantinus. Valentinianus. Theodo
ſius. Sunt ⁊ iuniores. Carolus magnus. Pippinus. Arturus: mitto vetuſtiores.
Sigiſmundum tuipſe noſti ⁊ Albertum generum: qui poſt ſocerum non diu regna
uit: fortunam tum ſecundam tum aduerſaꝫ expertus eſt. Hic Albertus ex duce rex
factus vngariam bohemiamq̧ recepit. Nec diu poſt imperium eſt aſſecutus: vt ta-
men cito creuit ita cecidit repente. vix annis tribus regnauerat cum morbo abſum
ptus ſpiritum deo reddidit. Tum ego quo nam modo inquam felicitatem recipis.
Ego apud Juuenalem legi: neminem malum eſſe felicem. ex his quos nominaſti
peſſimi plures fuerunt. Scis ꝙ Hanibal ſeuus ꝙ fallax ꝙ cupidus fuerit: tu tamen
hunc felicem dixti. Ad hec Vegius. non vt ſapientes nomen felicitatis ſuſcepi. ſed
vulgi morem ſum ſecutus: apud quos felix dicitur cui plurima ex ſententia veniunt
ſiue bonum eſt ſiue malum quod optant. Iterum ego. Non eſt mihi Vegi de mortu-
is cura: viuos rogo mihi oſtende. Reſpice inquit Vegius illam plagam. vides ne
iuuenem albis comis planiſq̧: nondum annos triginta natus eſt: rarus in ore ri-
ſus: grauis inceſſus: viro verba pauca: pudor ante faciem: longo vultu: ſtatura
pluſꝙ mediocri: lato pectore. Video inquam: ſed quis eſt? herus tuus Fridericus
ceſar inquit Vegius. Tum ego: agnoſco dominum: ſed cur is fortune refugit vul-
tum. Quenam verba loquitur domina: audio vocem. verba non teneo. Dicam tibi
Enea refert Vegius: Non tam Venus Adonem dilexit ꝙ mea domina tuum he-
rum. Is tamen refugit nec aſpiranti annuit. Vultus fortune vt cernis blandus eſt:
Friderici torui ſunt oculi. vixq̧ fortunaꝫ intuent̃. Neſcio quid ſibi ſit menti: verba
fortune hec ſunt. Mane Friderice ⁊ te mihi crede: Nemo regū te felicior erit: ſi mi-
hi auſcultaueris. Nā ſi tu fugeris: ego etiā fugiam. Vides ne Silui vt manum ad
ſcapulas ceſaris fortuna poſuit: colliriūq̧ vult prendere. Neſcio an ſe capi ſinat ce
ſar: qđ ſuperi faxint: ſi fauentē fortunā ſpreuerit fugeritq̧. Scio morē dñe nūꝙ ſibi
blandior erit. Supba eſt: rogari potius vult ꝙ rogare. Nūꝙ vidi hāc heram tam ſe
alicui blandā preſtitiſſe ꝙ nūc eſt tuo dño. Felix ille ſi fortunā ſequat̃: miſer ſi fugi-
at. Tum ego: qs ille ꝓximus Friderico q eleuata ceruice gradit̃: paſſumq̧ maiorē
facit: paululuꝫ fuſcus. Hermanꝰ eius inqt Vegius Albertus dux liberalis: vaſtiq̧
animi. eū ſequit̃ patruelis Sigiſmūdus inceſſu celer: ingenio ꝓmptꝰ ⁊ manu. Poſt
hos Vlricꝰ ciliaceus comes. mortalis pugne magr̃: amator ñ taꝫ fidelis ꝙ felix. Il-
le maturꝰ euo grādiq̧ corpe: ſi qs ſit q̃ris: vide ad pedes ibi calceꝰ dic: dñs de walſe
ego ſuꝫ. Hos ſequūt̃ viri pſtantes Chiemeñ. ⁊ Gurceñ. epi. Cācellariꝰ herus tuus
Caſpar: q vt dicis minꝰ hꝫ ꝙ mereat̃. Magr̃ camere Zebinger mareſcalcꝰ. hi dire
cte ſunt Nurembergā petē: ſi petierint ĩ patria remanebūt. Leonardus patauieñ.
epus. Comes de ſchaunburg. Magr̃ curie Nitperg. Et alij plures q omēs fortune
ſunt filij: ꝙuis ſinguli ſuā querant̃ ſorteꝫ. Rurſus ego. que naꝫ hoꝝ fortuna ē oīm
bona? inqt Vegius. Si tuꝰ herus fortune vocibꝫ auſcultauerit varia ſi obaudierit
Huꝫ ſic famur video parua ſtatura vix nigro vultu letis oculis q manꝰ in capillos
fortune ꝯiecerat: arreptaq̧ coma. Sta tandeꝫ dña meq̧ reſpice dicebat: ꝗ me fugis
iaꝫ annis duodecim capta es: ſiue velis ſiue nolis vt me reſpicias oꝑtet: ſatis mihi
aduerſa fuiſti. Nūc aliū vultū prebebis reor: aut mihi blanda eris: aut oēs tibi cri
nes euellā. Cur me fugis: puſillanimeſq̧ ſectaris. Fortūe ꝙ ĩ eū vox erat: viciſti fa-
teor: nec me amplꝰ expieris aduerſaꝫ. Tū ego. qs h̄ ē inquā vegi. q fortūe vim fac̃?
Alfontius refert ille rex aragonum: qui cum fratribꝫ apud Stacia captꝰ: Philip-

Dotes nature

virtutes anime

poc ducis mediolaň datꝰ dimiſſus deniq̃ novis ſe ꝑlijs immiſcuit. Aduerſamq̃
dñam inſecutus.tantū inſtando ꝑſeuerandoq̃ fecit.vt victā pudore fortunā iā in
ſuū fauorē reuocauerit. Alius quē vir tribꝰ a fortuna diſtante paſſibꝰ cernis bur-
gundionū dux eſt:⁊ cū eo ꝯiunx cordata. Longus ille ⁊ ab domine tardus.qui dix
vocē exprimit in ſubribꝰ preeſt huic hera ſepius arriſit. Sȝ nō audiuit vt par erat
domine vocē.ideo minus agri poſſidet minuſq̃ poſſideret niſi minas fortune na-
ture liberalitas confregiſſet. Ille in armis letus Iohānes eſt vaivoda trāſiluano-
rum:cuius virtute fracti turci vngariā reliquerūt. Hic niger Giſkra eſt cuius ar-
mis defenſe ſunt Ladiſlai ꝑtes. Hic caluus bohemus ſiſco eſt. vir ſenſatus volūta-
te varia. Ante hūc piceninū videre potes cuius virtutē mirari magis ꝙ̄ referre poſ
ſumus. Apud eū Franciſcus cotunala ſtat magis fortune fauore ꝙ̄ ſuis virtutibꝰ
in hanc diē magnificatus. Inter hos ego matrimonialē habitū cernēs. Et ꝙ̄ nā
inquam illa eſt femīa que ante alias tribꝰ paſſibꝰ ꝑgens tamfaſtuoſa videt̃. Hec in-
quit Vegius venetia eſt que pecuniaꝝ fortune claues hȝ:tarpeiamq̃ cuſtodit. Alia
eſt burgenſis ciuitas. Tercia colonieñ ciuitas: Nuremberga ſubinde. Argentina
ſequit̃.wienna q̃ȝ inter has eſt nō vltima. Florentia venetijs ꝓximat. Sed timeo illi
qui pluribꝰ iam annis fauorē fortune minorē ſentit.tua ſenas floret nūc. ſȝ minas
neſcio quas audio. Machinoua ⁊ valentia florent. lundonie q̃ȝ ſplendide ſunt vt vi
des. Tum ego.video togatos quoſdā:qui nā ſunt hi. Primus eſt meus pontifex
inquit vegius. Num Eugeniū noſti. Proch inquam ego.etiā res ecclīaſticas fortu-
na verſat. Non minus ꝙ̄ temꝑales inquit vegius. Ex quo noſtri ſacerdotes domīa-
ri ceperūt ⁊ mūdalia potius ꝙ̄ ſpūalia curare. Felix poſt cū ſex gradibꝰ ſedet imus.
quia principes nō ſequūtur eū. Illi cardinales ſunt:tu omēs noſces ſi vultū intu-
eberis. Tres electores altiores accumbūt choris.patriarche pauꝑes ſunt tā lati-
ni ꝙ̄ greci:ideo retro. Ille vidue pullatis indute veſtibꝰ que poſt Alexādrū Hercu-
lemq̃ iacent vrbes ſunt que quondā ſplendide nūc ſolo equate ſicut iuſſit fortuna
cernunt̃. Illa in montibꝰ ſita Carthago:altera ſuꝑ eufratē babilon Troia columē
aſie int̃ Xantum ⁊ Simeontē diruta. Ille amphionis thebe. Tum mater muſaꝝ
cecropis ⁊ armis quondā potēs lacedemonia. Poſt ego.qui nam obſecro illi ſunt q
ſe noſtris horrent miſcere. Prior ille Soldanus eſt inqt vegius:cui paret egiptus.
Alius thurcis impat. Tercius parthis. Quartus afris. Ille nudus brachijs tm̄
indutus ⁊ armillis.cui diues ex collo torques pendet Indoꝝ hȝ domīatū. Poſt hec
ad ſiniſtrā me verti. Ibi pauꝑtas ſedebat ignominia:deriſus:iniurie:morbi:ſene-
ctus:tormēta:carceres:fames:dolor:ſtridor:timor:pudor:odiū:inuidia:deſꝑatio:
caritas:bellū:peſtis:ſolitudo:verbera:cure:⁊ mille maloꝝ noīa campi ſitiētes nu-
di ac lapidibꝰ tecti. Et quid nā rogo ſibi vult hec vaſtitas vegi. Hic habitāt inquit
ille.q ex alto gradu ceciderūt poſtꝙ̄ fortune fauorē amiſerūt. Vides ne ſublimē illā
matronā ſeptē callibꝰ q̄ͥ pedibꝰ ſubſiſtentē. Hec aurea quondā Roma iam lutea.
Capua eā ſeqt̃ Siracuſe ꝓxime. Tū Genua:lune piſa:luca:pariſius. Inter ger-
manos florēt adhuc vrbes:ſola Praga ſplēdor terre declinat. Cōſtātinopolis tra-
cū caput morti ꝓpinq̄t. Oia tp̄us domat:nec vlli fortūa ꝑpetuo bona ē. Hic meſtus
ſubmiſſo capite renatus eſt:quē fortuna ex apulie finibꝰ pepulit. Ille Thomas ful
goſius eſt q ex ducali ſolio tractus.in carceris iacet pedore. Hic Pancratius vnco
tenet̃:q ſolebat cū omībꝰ tum maxīe cancellario tuo infeſtiſſimꝰ eſſe. Borbonij dux
ibi eſt q regno francie dicebat leges. nūc dominij ꝑtes mulctatꝰ ex regiā eſſe iubet̃.
Vides ne ſenē ꝓceꝝ cana ⁊ dimiſſa barba.hic Ludouicus dux bauarie quē filius
dñatu priuatū domi clauſū ſeruat. Dū ſic loquit̃ vegius:ruꝛſus in dextrā feror. Vi
deo campū nube candida tectū:dūq̃ introſpicio ſeu vera figura fuit ſeu ficta. Ladi-
ſlai puellū diademate ⁊ veſtibꝰ ornatū regijs viſus ſum videre:pluresq̃ ſecū infan-
tes ludere:petoq̃ vegiū. Qui nā ſunt hi nube cana circūuoluti. Hi ſunt inqt vegiꝰ
quibꝰ fortūa fauorē ſpōdet:ſi fatoꝝ munere vixerint. Vix iſta locutꝰ erat vegius.cū
dea in me oculos ꝯtorſit:cōtractiſq̃ ſuꝑcilijs:qs te huc accerſiuit inqt enea? Nemo

inquam ego:ſ auidus te viſendi introgreſſus ſuꝫ: noli mihi ſuccēſere. Uidi regnū
tuū:iaꝫ abibo. Unū tñ ex te peto ſupplex mihi vt paucis rogatibꝫ reſpōdeas. Faciā
inquit illa: ꝓpone. Tum ego:ꝙdiu es hominibꝫ blanda: Nulli diu rñdit. Iterꝫ ego:
Quibꝫ artibꝫ pōt tuus fauor acquiri: Nullis inquit illa. niſi ſoliꝰ importunitatis
remedio. Quis te plus alijs retinet: Qui meū imperiuꝫ maiori ſuſtinet aīo. Quis
tibi odioſior: Puſillanimus. Quis te tute ſpnere pōt: Sapiens. Nō mihi blādior
eris: Cū te vocabo. Sum ne vocādus: Scies poſtea. Quis tibi ex oībꝫ viuentibꝰ
eſt acceptior: Qui me fugat:nō qui fugit. Satis habeo: vale. Et tu vale: nec te mei
gregis eſſe negaueris inqt fortuna. ꝙuis tibi nō dederim auri mōtes. Nā ꝙ te ple-
riqꝫ amāt tibiqꝫ benefaciūt meū eſt. Retuli grās atqꝫ abij. Uegius añ portā me di-
miſit. Ibi inter porrigentiū manꝰ turbā ꝑegallū inueni amiciciorēꝫ amico ⁊ parē ſi-
bi michaelēꝫ ſueuū tum wenceſlauꝫ ⁊ Jacobū cancellarie glebis aſcriptos. q vt me
viderūt circūfuſi ꝑcontabant̃ qd vidiſſem. Sꝫ dum illis refero viſuꝫ: mox ſomno ſo
lutus ſum. Tu vale ⁊ quid hec ſibi velint ſagaci tuo ingenio diſcute mihiqꝫ aperi.
Iterꝫ vale mel meū:olus Epicuri: ac Pictagore legumen. Ex wienna. vj. kalendas
Julij. Anno. M. cccc xliiij.

Proſperitatē ſui ſtatus denūciat cū
deſiderio eiuſmōi ſucceſſus.

## Epiſtola. cix.

ENeas ſiluiꝰ poeta Imꝑialiſqꝫ ſecretarius Caſpari nouarieñ. amico fido
⁊ docto. S. p. d. Accepi voluꝑe tuas lr̃as qbꝫ te ſoſpitem cognoui ⁊ mei
memorē. Nō poſſuꝫ vt velleꝫ q̄ mihi obtigerūt poſtꝙ te dimiſi offerre ſci
res me multas paſſuꝫ miſerias: vtcūqꝫ ſit. eo iaꝫ in loco ſuꝫ de quo deo grās ago:
ſcio id tibi iocundum eſſe. Naꝫ que mea fortuna eſt ⁊ amici eſt. Noui ꝙ me amas:
neqꝫ impune amas. Ut tuus eram Baſilee ſic hodie ſum. Uellem te opibꝫ atqꝫ ho-
noribus auctum audire. Sed non omīa vno tempe veniūt. Da opam vt facis virtu-
ti: dilige litteras: iunge te bonis: nō deerit auxiliū dei. Et cuꝫ minime putabis tunc
maxime exalteris. Jacta cogitatū tuū in domīo ⁊ ipſe te enutriet. Qz ſi neqꝫ diuitie
neqꝫ honores aſſint: nō tñ deſpanduꝫ eſt. Nec. n. iſta ſunt que beare hoīes poſſunt.
Uirtꝰ ſola ī celo ꝓbet aditū. ꝙ ſi eo anhelamꝰ. hec aſtruēda ē ſcala. Breue ē q̄ ī ter-
ris viuimꝰ tꝑus. ſiue diuites ſumꝰ ſiue paupes ſpnēdū ē. Si mō ī celū domiciliuꝫ ꝑ-
ꝑamꝰ: qd̄ te facē q v̄tutē colis ñ ambigo. Hec nūc ſcribēda fuerūt. Clariſſimū viruꝫ
patruū tuū ſiue is auūculus ē. Stephanū nouorienſeꝫ vt meis verbis ſaluere iube-
as opto. Uale ⁊ vt facis perge me amare.

Conſolat̃ amicū merentē ex morte ꝯiugis ſue.

## Epiſtola. cx.

ENeas ſiluiꝰ epūs tergeſtinꝰ dño caſpari ſchlick imꝑiali cācellario. S. p.
dic̄. Eger ē animꝰ tuꝰ ⁊ cor tuū vulnē grādi vulneratū: nec ab re. Letiſſi
mo nāqꝫ ⁊ iocūdiſſimo ꝯiugio ꝓuatꝰ es: nec ſcio an opam medicātis expe
ctes. Nā ⁊ ego ꝙ q medicinā ꝑparo medico ſuꝫ indiguus. Egroto te ⁊ tuē ſuꝫ parti
ceps calaītatis: nec ſine me licet te miſerꝫ eē. Scribūt mihi amici tui ex auſtria ſcia-
rū decꝰ illuſtrē ꝯthoralē tuā dū partū vult ī lucē edere: cū partu diē obijſſe. O grauē
iacturā. O inextiabile dānū. O dolorē acerbiſſimū. Expoſtulāt q te diligūt: meis vt
te lr̃is ſoler. Sic apd̄ vetēs vſurpatū ē: funebres epl̃e ſcribebāt̃. mlt̃ūqꝫ ꝓfuit amici
ſcriptū amico turbato. In euāgelio ꝙ legimꝰ ex hieroſolymis ꝯplures veniſſe iude
orū q marthā atqꝫ mariā bethaīa ſuꝑ mortē lazari ꝯſolarēt̃. Cōturbāt̃ ſepe hoīes ex
ꝯiugū filiorꝫ parētū ceterorꝫqꝫ neccioꝝ mortibꝫ: ⁊ niſi vel v̄bis vel lr̃is recreent̃ ami-
corꝫ: plīmi ſepe tabeſcētes doloribꝫ interirēt. Arbitrāt̃ igr̃ q te ſaluū cupiūt epl̃as me
as vtiles tibi fore: vtqꝫ te meſtū ⁊ acerbo caſu ꝯſternatū v̄bis ſoler hortāt̃. At ego te-
cū patior: tecū excrutior: tecūqꝫ ꝯſolatore indigeo. Nec. n. tibi qcꝙ moleſtū ē qd̄ ñ ſit
idē mihi. Eq̄ tuo vulnē vulneror: ⁊ q̄cūqꝫ doles pit̃ doleo. Nec qſꝙ ē q tua damna ꝙ
ego meliꝰ norit. Sciebaꝫ ꝯiugē tuā inter caſtas eſſe caſtiſſimā: int̃ prudētes prudē-
tiſſimā: ⁊ ꝙuis alto ſanguine natā: int̃ humiles humilimā. Fuit ī illa delectatō: fuit
vtilitas: fuit honeſtas: vna tibi cū ea mēſa: vnū marſupiū: vnꝰ lectꝰ. Quicquid tibi

placuit.illi corde fuit.ex tuo vultu riſum fletumqꝫ ſumpſit.Notū eſt mihi ꝑ multis:
quāta tibi ex eius obitu calamitas acciderit:⁊ qꝛ tibi afficior maxīe: nō poſſuꝫ tecū
nō dolere.Ceteꝝ dū me aīo magis magiſqꝫ recolligo:inuenio ⁊ hꝰq̄ꝫ doloris ſolami
na:q̄ tibi mihiqꝫ ſimul cōmunicabo.Fruſtra ſane ꝓſeqmur lacrimis qđ amiſſuꝫ re
cupari nō pōt:que ventura oīno mors eſt incaſſuꝫ timet̃.Lex nature eſt certa atqꝫ ī-
euitabilis mori omēs qui nati ſunt.Potuiſſet ꝯiugis tue longius vita trahi:ſi plus
ſtaminis dediſſet lachis.Mortalis tn̄ erat:nec illi fortaſſe amplius viuere cōduce-
bat.Inſpicit ex alto deus hoīm vitas:⁊ nō que iocūda ſ; que ſunt vtilia homībꝫ im-
partit̃.Stulti ſumus turba mortalis qui rē dietim parituraꝫ ſic poſſideri poſſe q̄ſi
ꝑpetua ſit arbitramur.Sapientiſſimꝰ ille qui nunciata filij morte nō lacrimas nō
eiulatus emiſit:ſ; ſciebaꝫ inquit me genuiſſe mortalem.Alius cū dilectiſſimam ſibi
mors ꝯiugeꝫ eripuiſſet.hac ait ꝯditōne accepi vt ꝑderem.Multis modis amittitur
vxor:ſ; nullo melius ꝙ̄ morte.Unius ꝯiugeꝫ ſic longa valitudo deturpat: vt periſſe
potius ſit expetendū.Alteri nuptaꝫ ſubtraxit adulter.Per has nouiſſime dies vxo
rem amantiſſimaꝫ illuſtri croacie comiti ſeuiſſima barbaroꝝ manꝰ abduxit.Quis
numerare queat varios fortune caſus: quibꝫ ludens hūanū effligit fortuna genus.
O beatū cui nullo ꝯiunx exilio:nulla fraude nullaqꝫ manu hoīm.ſed diuino dūta-
xat impio ſubripit̃.Beatior queꝫ vſqꝫ in ſeniū caſta fecunda ⁊ placida ꝓſeqt̃ vxor.
ſed pauci quos equus amauit Iupiter huius ſortis exiſtūt.Tecū bn̄ actum eſt Ca-
ſpar:qui etſi non es beatiſſimꝰ:feliceꝫ tn̄ ꝯpellare te poſſumꝰ.Tibi nobiliſſima cō-
iunx nupſit ex generoſo ducum Sleſie ſanguine.formoſa erat ⁊ honeſtatis ſpecimē
pre ſe tulit:tuo fuit aīo ſemꝑ morigera:ꝓlem tibi vtriuſqꝫ ſexus pulcherrimā pepe
rit.Sed abſceſſit ais nempe.decem aut viginti annis ante opinatum tempus.eſto
ita.Moriendum tamen illi erat ⁊ multe poterant incidere calamitates que obitum
eius optabileꝫ reddidiſſent:non que optatur ſed que timet̃ felitius mors venit.At
vxoreꝫ dicis amiſi.Nō amiſiſti Caſpar:ſed premiſiſti: ſeqris.n.cū tempus aderit.
Tria ſunt omībꝫ ꝯſignata hominibꝫ loca:vnū patrie:alteꝝ ꝑegrinatōis:exilij terciū
Patria celū eſt.Peregrinatōeꝫ in terris agimus.Exiliuꝫ qꝛ duplex eſt.alteꝝ per-
petuū:temporaneū alteꝝ.Hoc purgatorio illud inferno cedit.Inſulſi ē animi ma-
nentē in terris exquirere ciuitateꝫ.Si Paulū ſequi volumus:ſi chriſto credere ſal-
uatori patriam in celo queramus.Uita breuis eſt homini:q̄ſi ſomniū fugax.Nulli
craſtina dies certa eſt.Quid nos ſumus niſi ventus ⁊ vmbra.Ubi nūc incliti reges
Quere nūc Priamū ⁊ Agamenoneꝫ:quere Iuliū:quere Pompeiū: apud inferos
cruciant̃.Uidi imperiū ſuꝑexaltatum ſuꝑ cedros libani ⁊ tranſiui.⁊ ecce non erat
quanta nuper gloria pollebat Philippus maria mediolanenſiuꝫ dux: quem captis
hiſpanie regibus terra mareqꝫ formidabant.Is vbi morteꝫ obijt vix habuit qui cor
pus tumulandum ferrent:funebres abfuerunt pompe.Et q̄uis in modū ydoli aut
ſancti alicuis corporis in ſublimi loco maiori imminens are tumulet̃:fetidus tamē
paulopoſt deponit̃ atqꝫ int̃ illos collocat̃ quoꝝ ad effigieꝫ nō tm̄ merere fas eſt.At
cariſſima tua coniunx Caſpar:qa nō in terra vbi fures effodiūt:ſed in celo vbi neqꝫ
tinea eſt neqꝫ rubigo ſuū theſauꝝ collocauit.ꝑegrinatōne finita nō exilio damnata
ſed celeſti patria donata eſt:vbi te expectās multo lucidior: multoqꝫ formoſior ꝙ̄ hic
fuit.iam eſt immortalitate veſtita ⁊ cum beatiſſimis ſpiritibus glorie conditoris aſ-
ſiſtit.Iamqꝫ deo grās agit:quia nō ē diutius ꝑegrinari ꝑmiſſa.Quid tu reris Ca-
ſpar? an nō eſt magna pars beneficij cui ꝑegrinatio eſt centuꝫ annoꝝ:ſi medio tēpe
reuocetur.Sic actum eſt cum tua coniuge.Nam cum corpore in humano vitaꝫ du
ceret angelicam.iam eo vocata eſt eius anima.vbi ſemper animus fuit.Illic omīa
ſuo deſiderio conſonant.quicquid optat preſto eſt.At tu deſiderio eius tabeſcis.
Inique agis:congaudere illi debes que omīa que vult habet.Beatitudinē ſuaꝫ tu
ſolus minuis.Ad plenam felicitatem vno te caret: nec te ſemper carebit.Orat eni
altiſſimum dies noctesqꝫ.tuos vt greſſus dirigat: teqꝫ in celum aduocet vbi ſecum
perpetua leteris beatitudine.iam impetrauit vt opinor.Hinc.n.ſunt aduerſitates

tue: vixiſti hactenus vbi noſti voluptati deditus: totus fuiſti carne⁹: tot⁹ terreſtris:
nihil habuiſti celeſte. Tolerauit h̄ equus ⁊ miſericors deus. Nūc te ſiniſtris admo
net caſib⁹: Unde vrtica hec? niſi vt conuertaris. Saluum te deus cupit. Hinc eccle=
ſie friſingeñ. diu cōtinuata conflectatio. hinc manus leſio. hinc impoſite calumnie.
hinc ad extremum dulciſſima coniunx mortua vt te viuum faciat. Preceſſit illa ſeq̄
mur omēs: atq̄ vtinam bene ſequamur. Tedere iam te opinor vite huius. quaȝ tot
moleſtijs plenam cernis. Inuidere eſt nō amare ſi vxoreȝ in terris potius viuenteȝ
q̄ in celo regnanteȝ cupis. Filioꝝ fortaſſe curam geris. Ne dubita celi aues ⁊ beſtie
terre alitoreȝ habent. Jacta cogitatuȝ tuum in domino ⁊ ipſe te atq̄ illos enutriet.
Filij regum ſine parentibus ſepe exteres fuerunt. Ciro canem. conditorib⁹ vrbis lu=
pam referunt vbera prebuiſſe. Antiquis aliquando fuit matribus caruiſſe. huma=
na mens ſibi ſepe noxia querit. Deo maior eſt noſtri cura q̄ nobis: a gadib⁹ Hercu
lis vſq̄ auroram ⁊ gangen quid ſibi ſit vtile nouit nemo: niſi qui voluntatem ſuam
dei voluntati ſubmittit. Ne cupiam⁹ obſecro plurima. mentem ſanaȝ dūtaxat opte
mus in corpore ſano. Forſitan ⁊ hoc ambitioſum eſt quod de corpore diximus. Naȝ
⁊ filiolam beati petri in egritudine ſedentem legimus: quoniaȝ ſanitati mentis ad=
uerſa erat corporis ſanitas. Fac mi Caſpar quod tuum eſt de filijs: enutri eos ⁊ bo
nis imbue moribus: cetera deo committe. In omnibus que agimus queq̄ optam⁹.
nullum eſt conſilium ſanius q̄ dei ordinationi bene placitoq̄ quieſcere. Js filioruȝ
loco nos habet. ⁊ vt filios corripit atq̄ caſtigat. Ille inuiſus ē deo qui delicate atq̄
deſidioſe ſinitur viuere: quia non putat hunc deus ſua correctione dignum. veniet
eius dies: exactiſq̄ voluptatibus perpetuo cruciandus apud inferos ſepelieẗ. Qui
vō in anxietate viuūt in terris. ⁊ nunc hac. nunc illac decoquuntur aduerſitate. per
patientiam ſanamq̄ tolerantiam celum acquirunt: vbi cum angelis cumq̄ ipō deo
felices euo fruentur ſempiterno. Tu ergo mi Caſpar in tot tantiſq̄ rebus aduer=
ſis: In iactura fortunarum: in honoris damno: in leſione corporis: inq̄ morte con=
iugis vt boni conſulas rogo. Nam ⁊ ego in bonam recipio partem tuarum parti=
ceps miſeriarum. q̄ in me belli impetum labi video quo mulctatus ſum agro ⁊ omī
priuandus ere. Idq̄ nec hactenus potui nec modo poſſuȝ vitare. At ſic tibi ⁊ mihi
ſupintendere diuinam cenſeo pietateȝ noſtre ſalutis cupidam ⁊ vires noſtras ī ad=
uerſitate probantem. Hec habui modo que repente ad te conſolatorie ſcriberē. Ce=
tera ex teipſo collige: qui vt es ſapientiſſimus. ſic humanos ferre caſus ſapientiſſi=
me noſti. Uale optime. Ex piſino Hiſtrie oppido. Idibus Septembris. milleſimo.
cccc. xlviij.

## Epiſtola. cxj.

Poeſim laudat ⁊ iuris ſcientie prefert.

Eneas ſiluius poeta dn̄o wilhelmo de lapide militi litterato ⁊ ſtrenuo.
S. p. d. Uenit ad me hodie tu⁹ Michael meuſq̄: immo noſter. Et heus
inquit Enea: vir abhinc hora me aggreſſus eſt. qui ſe tantam iuris peri=
tiam iactat habere. vt nullius Italici diſputationem formidet: nec Panormitano:
nec Ludouico romano ſi viuerent palmam daret. Cinum: Bartholum: Baldum:
Johannem Andree: Imolenſem: Butrium: Fulgoſium: omneſq̄ nouos legum in=
terpretes poſt ſe facit. Et inter ſceuolam vulpianum neruam pompeium paulum
ſeruiumq̄ ſe locat: multorum verborum eſt: ſed quantū ſalis habeat non ſcio. Qui
eū ſequūẗ audire magis q̄ loqui pn̄t. Horis plus q̄tuor ſecū fui: nūq̄ mihi vacuum
temp⁹ p̄buit quo aliq̄d dicerē. Cicada ē. q̄ vt tacta fuerit ſemel nūq̄ ſileẗ. Scis qua=
lem cicadaȝ: non vt in regnis ſunt que iuſſu Herculis tacēt. Sed vt locrenſes ſunt
que vltra ceteras ſtrepūt. Js poeticam ꝯtemnit: nec ſi dij muſas ei oēs infunderent
gr̄as ageret. q2 p̄ter iuſciuile nulla ſciētia ē nll̄a doctrina: oēs artes mancas p̄t legū
pitiā p̄dicat. Poeticā vō p2ſus inutilē eē ꝯtēdit: q̄ nec panē lucraẗ nec veſtitū. Sol⁹
Juſtian⁹ ⁊ ypocrates marſupiū implēt. Jeiun⁹ cātat Lucan⁹ mortis ⁊ ſaẗ ē cū dic̄
oraci⁹ deſtomachat⁹ ſuȝ. Dū hec audio wilhelme militū dec⁹ nec me ꝯp̄mē poſſū qn

bilem expuam::ſi non cum alijs ſaltem tecum qui iudicium habes rectuꝫ. Nō vitu-
pero leges vt illle muſas:ꝗuis Ouidij verbis vſus verboſas leges dicē poſſeꝫ. Sūt
enī vtiles ꝗ̄ ꝯſtringūt hoīm vitas:⁊ qꝛ ñ pōt qlibet eſſe phus vt qd vitādum quidqꝫ
ſequendū ſit agnoſcat:edite leges ſunt ⁊ ante hoīm oculos poſite tāꝙ̄ cancelli qdaꝫ
vltra que tranſſgredi nullus audeat. Legibꝫ tamen nemo ꝑfectus fiet niſi phie ſtu-
dijs incubuerit:quia nō poſſunt omēꝫ caſum complecti leges. Ideo princeps mode
ratoꝛ eſt legis epichaiamqꝫ hꝫ vt duram mollificet:laxam vō ſanctōneꝫ reſtringet.
Quod nunꝙ̄ recte princeps ageret niſi magiſtraꝫ vite expultricē vicioꝝ ſecutus fu
erit phiaꝫ. Sꝫ hic noſter monarcha vel bipes aſellus potius inflat⁹ opione ſui:ci-
uileꝫ ſcientiaꝫ omibꝫ prefert:matrē filie poſtponit ⁊ fluminibꝫ mare. Is eſt ex illis
cecis ⁊ obtuſis homibꝫ.q poſtꝙ̄ leges ꝗ̄tuoꝛ aut decē memoꝛie ꝯmēdarūt: iaꝫ ñ am-
plius hoīes ſ; deos ſe putant:legeſqꝫ diuina cēſent oꝛacula que vel Appollo vel ap-
polline maioꝛ deus ipſe ꝑ Moyſen tradiderit:aut qualia ſunt xp̄i reſpōſa que nos
euangelia nūcupam⁹. Ac ꝑ̄terea ſi qd egiſſe ceſareꝫ audiūt quod iuri ſcripto ꝯtrari
etur:id irritū garriūt nulliuſqꝫ eē momēti:ꝗ̄i obnoxi⁹ ſit princeps termios curie ⁊
ſtilū ſeruare ligatuſqꝫ legibꝫ ſit:qꝺ nec ipſe leges volūt:ꝗ̄ legis vigoꝛē dicūt habere
quicqd principi placuit. Sꝫ neſciūt hi ſtulti atqꝫ dementes eqtateꝫ plus in pꝛincipe
locū habere ꝙ̄ rigoꝛeꝫ. Et ſi nō iuꝛi ſcripto ceſar nōnūꝙ̄ obtemꝑat ſatis ē:qꝛ ſequit̃
equitateꝫ apud phos late deſcriptā.quā nulli iuriſte diſcernē pñt niſi ad fonteꝫ ve-
niant vbi leges ſcaturiūt:imitēturqꝫ peritiſſimos illos iuriſcōſultos: quoꝝ ſcripta
⁊ phiam ⁊ oꝛatoꝛiaꝫ redolent. Sed noſtri panis queſtoꝛes ⁊ auri coꝛroſoꝛes vix in-
telligūt oꝛnatū iuriſcōſultoꝝ ſermoneꝫ.neqꝫ quid illi vellēt quouis pacto ſcirēt niſi
ꝯmentatoꝛes ſententiaꝫ textuū exponerēt hoc dicit iſta lex hoc illa: quos iſti ſequūt̃
vt ceci ductoꝛē ſuū. Dicerē plura in hāc ꝑteꝫ: ſ; vocat me defenſio poeſis quā noſter
rabulus non deſiderat. Credo equidem:nam nec ſues margaritas curant. Gallus
eſopi iaſpidem contempſit:eſcamqꝫ magis ꝙ̄ iacinctuꝫ inuenire voluiſſet. Contem-
nis aſine poeſim:ſpernis muſas bos: fugis humanitatis ſtudia caper. Contemnit
⁊ poeſis te:nec te choꝛos ſuos intrare permittet. In omnibus cum ſis fatuus: mi-
roꝛ in hoc vno te eſſe ſapientem: qui cum videas obſeratam tibi atqꝫ abditam poe-
ſim.nolle te ſuum cōmercium dicis:ſapere hoc eſt. Nunc teipſum philoſophum vi-
deo: quia non cupis quod non potes habere. Stultum eſt deſiderare quod aſſequi
nequeas. Tu tamen vltra progrederis ſcientiarumqꝫ omnium ſplendoꝛem vocas
ineptias. Vidit pendentes aſelli teſticulos vulpecula ⁊ prope caſuros credidit: ſe-
cuta eſt predam ſperans:at poſtꝙ̄ diu fruſtrata eſt:quia non cadebāt teſtes:o ꝙ̄ in-
quit nigri ſunt:nunꝙ̄ illos eſſe potuiſſem. Nigra eſt tibi poeſis ſtulte: quia cando-
rem eius obnubilatis oculis non vides. Non ſapit egroto vinum: quia leſus eſt gu
ſtus. Non eſt de pane lucrando dicis. Tibi nunꝙ̄ panem lucrari poeſis poſſet. qa
craſſis ingenijs nubiloſiſqꝫ mentibus non poteſt fructum pꝛeſtare. At Virgilio fru
gifer fuit. Oratio admodum pinguis:qui frui partis optabat. Opianus qui nomi
na piſcium naturaſqꝫ deſcripſit magnas opes eſt aſſecutus. Quid nouis Leonar-
dus arentinus: Auriſpa. Panoꝛmitanus. Anthonius luſcus. Guarinus:plureſqꝫ
alij:his ⁊ patrimonia ſunt ampliata ⁊ opes accumulate ꝙ̄plures:qa poeſim ⁊ ora-
toꝛiam ſunt ſecuti. Nec tibi vnꝙ̄ tantum auri Speculatoꝛ prebebit quantū Quinti
lianus Arentino tribuit. Et ſi apud hanc tuam germaniam non ſunt in precio va
tes:non poeſim ſed principes potius argue. quibus leuiſſimaꝝ rerum maioꝛ eſt cu
ra ꝙ̄ litteraꝝ. Apud italos auteꝫ floꝛent huiuſmodi facultates:nec erubeſcūt prin-
cipes ⁊ audire ⁊ noſſe poetriam. Ideo ſpero quanꝙ̄ tu nolles ⁊ in germania futuꝝ
aliquando:quia ⁊ olim viros doctos hec terra tulit:⁊ iam pleroſqꝫ noui dicendi pe
ritos:qui te inuito:etiam ſi tibi rumpantur ilia eloquentiam inter germanos ſemi
nabunt. Nec enim inutilem rentur vt tu aſſeris poeſim. Sciunt ex hac maximum
gigni fructum. Quomodo enim pacari prouincie ⁊ amicitie vel cōſtari vel integra
ri poſſent niſi facundia foꝛet:quam poeſis alit. An neſcis quantus eſt epiſtolarum

vſus: q̄ntꝰ hiſtoriaꝝ: q̄ntꝰ orationum. Rex regi ꝑ lr̄as conciliat̄ ciuitates federa ꝑ
cutiunt: abſentes cum abſentibꝫ fabulant̄: hiſtoria nobis res geſtas refert: q̄ teſtis ē
tp̄m lux veritatis eſt vite mḡr̄a oratores ſenatum regunt ꝑp̄los ducunt leges ſuadēt.
Sꝫ qs hec bn̄ agat niſi poeticis ⁊ oratorijs imbutꝰ diſciplinis. Quas p̄terea ḡtes re
ferre homēo dn̄t greci atꝫ troiani: q iā duobꝫ ān̄oꝝ milibꝫ mortui adhuc viuūt. No
uit q̄nta ſit vtilitas poetaꝝ Alexander magnꝰ: Cui ꝑ aſiaꝫ iter facienti cū obuiaꝫ cu
mulus achillis fieret. O fortunate inq̄t adoleſcens quem tanta decantauit tuba ho
meri ſcꝫ muſam deſignans. Alexander ammite filiꝰ. Rex macedonū pindaꝝ poetaꝫ
lirium apprime dilexit. Archilaꝰ eiꝰ ſucceſſor intantum poetas amauit: vt Euripidi
tragico ꝯſilioꝝ ſummaꝫ t̄dēt cuiꝰ ſup̄ma nō ꝯtentꝰ ꝓſeq ſumptu funeris crines ton
ſus eſt ⁊ merorem quem animo ꝯcepat: vultu indicauit. Affricanus p̄or q̄nti Ennij
ſtatuam ſepulcro ſuo iuſſit imponi. Liſander lacedomoꝝ dux cum obſedēt athenas
qꝛ ſophoclis inhumatum corpus iacebat: inducias dedit vt ꝯgrue. ⁊ digne poete exe
quie fierent. Julius ille ceſar q nobis romanum imꝑium peperit non ſolum poetas
amauit: ſꝫ fieri etiam ⁊ dici poeta voluit. Jdem ⁊ Auguſtꝰ ⁊ Octauianꝰ. Ac p̄terea
mortui viuunt: nec vlla iſtoꝝ etas immemor erit. Qz ſi nonnulli p̄ncipes eq̄s potius
⁊ canes alere q̄ poetas volūt: ⁊ multa carne leones vrſoſqꝫ paſcunt inteſtinis poeta
rum nihil p̄bentes: talis erit eoꝝ obitus q̄lis equoꝝ ⁊ canum: nec ptꝰ mortem maius
erit iſtoꝝ nomen q̄ vrſi atꝫ leonis. Jntegri morient̄: nec beneficia muſaꝝ famam ſi
bi vendicabunt: quos tuo ex more nihil curauer̄t. Antiq̄tas ꝓuida tanti poeticam fe
cit: vt tam poetas ptꝰ editum opus q̄ imꝑatores ptꝰ victoriam triumphare ⁊ curro
magnifico duci ꝑ vrbes voluit. Cōmunemqꝫ illis dignitatis inſigne p̄buit lauream:
qm̄ ſicut ab hoſtibꝫ imꝑatores liberant ciues: ſic vicia fulminantes ⁊ v̄tutes excellē
tes poete ciuitates cuſtodiunt ⁊ amplificant. At tu maior Alexādro magno. Liſan
dro victorioſior. melior Scipione. prudentior Julio. Auguſto fortunatior: ⁊ omni
antiq̄tate ſapientior: inutilem poeticam dicis: qꝛ nihil panis affert: nil auri: nil diui
tiaꝝ. Eſto qd̄ ais: non tamen idcirco legibꝫ tuis poetica cedet. Nanqꝫ dum tu auꝝ
petis auare fecis amator mundi cultor: poeta honorem famamqꝫ q̄ritat. Et cantans
ſuperum laudes v̄tutiſqꝫ excitans amorem iter ſibi facit in celum: tu cum auro ⁊ di
uitijs q̄s ſeq̄ris quaſqꝫ ſolas dare beatitudinem putas in terra manebis ⁊ animam
ſimul ⁊ vitam ꝑdes. Non eſt (mihi crede) noſcere leges q̄ poeticam maiꝰ. Scio qꝛ
non credis: ſꝫ ſtulti credulitas nec dat veꝝ nec aufert. Cicero q fuit lingue latine p̄n
ceps ſemꝑ poetas fuiſſe raros teſtat̄: qm̄ hec facultas donum dei eſt: qd̄ non omnibꝫ
dat̄. Artes cetere ſtudio diligentia preceptionibuſqꝫ pn̄t apprehendi. hanc nemo aſ
ſeq̄t̄ niſi diuino munere p̄ditus. Tu te vides iuriſtaꝝ greges inter quos plures ex
cellunt habent̄qꝫ doctores ⁊ legum interp̄tes: q̄ꝝ mores nihil a brutis diſtant: q res
humanas minus q̄ capre norunt. tu nō fateberis h̄: qꝛ fortaſſe caprior es capris. Ego
polinum noui mediolaneñ q lumen habitꝰ eſt iuris ciuilis. Js facturus edificium:
mḡros ꝯduxerat trabes in edium medio erant q̄bꝫ laq̄ar aule conſtrui debebat: tp̄s
cenandi fuit. Jte inq̄t polinus comedite: ego interim aliq̄d opis faciam. Jllis amo
tis trabes metit̄ q̄ longas vult ex ꝑiete in ꝑietem: menſura recepta: nec qd̄ int̄ mu
rum ligni ꝑs eſſe deberet animaduertit: ſcinditqꝫ trabes ⁊ ꝑdidit edificiuꝫ. Js tamē
iuris p̄ceptor erat: multiſqꝫ annis cathedram rexerat. Quid tu mihi hanc diſcipli
naꝫ iuris tantopere laudas ⁊ omnibꝫ p̄fers: cuiꝰ aſini pn̄t eſſe p̄ceptores. Orator atꝫ
poeta ſi Ciceroni pluſq̄ tibi credē voluīnꝰ: nullus erit: niſi ⁊ prudens ⁊ bonꝰ multa
rum ſcientiaꝝ peritiam fuerit aſſecutus. Atqꝫ idcirco rari ſemꝑ poete rariqꝫ orato
res fuere. in q̄ꝝ numero facis ſapienter ſi non deſideras eſſe: qꝛ non potes. Stulte
ſi ꝯtemnis qd̄ tanti viri ꝯmendauerunt. Hec ad nr̄m aſellum ſint dicta. Tu wilhel
me diſciplinarum amator: ſi vnq̄ hoſce homines audiueris. ſuſcipe poetice partes
⁊ oſtende te huiꝰ diuini muneris cultorem. vides q̄ facile ſit has picas ꝯuincē. Hos
tanq̄ pulices inter vngues comprime: nec ſine vt diuinam poeticam. q̄ (vt Cicero
tradit) omnium doctrinaꝝ eſt prior inuenta. pollutis arguunt labijs. Defende hāc

pulcerrimam dñaꝝ. Cui ſi p̄ſidio fueris nomen habebis eternum: ⁊ non ſolum inter meas epl̄as: q̄ tamen non ſunt cito caſure: ẜ inter ſcripta potioꝝ vatum inueneris legendus. Vale ⁊ illuſtriſſimo p̄ncipi dño duci alberto me ꝯmendatum facito. Et qꝛ conſiliarius eius eꝛs. admone illū ne litterarum ſtudia contemnat. Iterum atqꝫ iterum vale.

## Epiſtola. cxij.

Lozini excellentiſſimis nature dotibꝫ prediti rogatu. tractatum de duobꝫ ſe amantibꝫ compoſuit.

banum ſancti ſebaldi virum grauem: tua permotum ſuaſione: multis lucubrationi-
bus hyſtoriam atq̃z rethoricam perſequi. Diligo ego vos ambos qui patriam moribꝫ
ornantes etiam litteris munire ſtudetis. Ceterumq̃z de nilo fuit hodie nobis ſermo:
nõ video quo pacto ex paradiſi monti progredi poſſit. Paradiſum namq̃z terreſtrem
quam deliciarum vocant in oriente poſitam volunt: atq̃z ex ip̃a eufraten fluere: quẽ
ſcriptura tigrim appellat: q̃uis et tigris alius in armenie regione caput tollat. qui
Solino teſte eufratem fluuium in perſicum defert ſinum. Nilus vero a monte in-

ſerioris mauritanie qui occeano propinquat originem habet. Sic affirmare ferun tur punici libri et iube regis ſcripta. Si ſolino credimus et hic nunc latens nunc ap parens diuerſis argumentis deprehenditur is eſſe qui irrigat egiptum et terminus ē affrice atq; aſie. Licȝ lucano huius origo fluminis īcognita videatur: duȝ ait. Egēs ſi qua iacet naſcenti conſcia nilo. Uale et quod verbis fieri debuiſſet ſcriptis accipe Ex noua ciuitate pridie kl'is februarum.

Grates refert de multis beneficijs ſpecialiter de equo veloci ꝓpinato.

## Epiſtola. cxxi.

Splēdido ⁊ magnifico viro dn̄o Caſpari Schlick Imꝑiali cācellario Eneas epiſcopus tergeſtinus. S. p. d. Logor ſequi regem quocunq; ierit duȝ me poſcit. Si manum retrahit longe fugiēdum eſt. Ago tibi gratias ydo neum qui fuge equum miniſtraſti. Tua ſunt innumerabilia in me beneficia. Expe ctare vicem ex me non debes qui vix poſſem numerare quot me beneficijs cumulaſti: beneficia ante premiata ſunt q̄ exhibita. In animo quiſq; ſuo benefactor premiū tulit. Quecunq; poſſidemus viuentes: heres nobis morientibus vel inuitis aufert: ſola fugiunt heredis manus auari que amico diſpenſantur animo. Recluſos in ar cha theſauros fures expilant: predia latronibꝰ patent. Nihil tamrigide ſeruari po teſt quod fortune non ſubiaceat. Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis. quas dederis ſolas ſemper habebis opes. Sic marcialis ait. Tua munificentia digna eſt laudum preconijs ſempiternis. Ignorant te tempora noſtra. Sic eſt inuidia: viuen tes urit: calcat: exterminat. Rari viuentes laudati ſunt. Recte noſter oratius virtu tem incolumem odimus ſublatam ex oculis querimus inuidi. Sed viue tu diu inui tis emulis: laudabere viuens Et ſi tacuerint alij. noſtra loquax nō tacebit muſa. In uidia ceſſabunt fata. Non ſemper glacies geticis horret in agris. Nec ſemper mare vexant inequales procelle. Iaȝ diffugere niues: iam campis gramina redeunt et ar boribꝰ come creſcunt. mutant omnia vices que ſub luna ſunt. Nec felitia nec aduer ſa ſunt immortalia: pruine ſuccedit ver. Pomifer eſtatem ſequitur autumnꝰ. Quis beatus es teipſo et tua virtute contentus. ſperamus tamen beatiorem te cernere: ſoli et ſtellis acceptiorem. Uincet īuidiam virtus. perpauci immo nulli ſunt tui ſimiles Inhonoratam eſſe oportet curiam niſi tu quoq; honoreris. Mittimus iſta modo Laurentius meus ex tergeſto reuerſus. Ait ſe in foro iulij rumorem excepiſſe. Iā me diolani potitum eſſe franciſcum fortiani. Uenetijs eſſe oratores galliarum et magni preſbiteri legatos. In regem aragonum cuditur faba. Poſt laurentium alius ve nit ab ytalia qui mediolani nouitatem cōfirmat. Neſcio credere priuſq̄ nr̄os audio nuncios. Timeo tn̄ et dari noſtris verba. Comiti facta ſuſpicor. Sic ſunt hominuȝ ingenia ꝓpinquioribꝰ fauent preſentia pericula formidant̄. Auxilia longinqua pa rum habent ſpei. Rex noſter hinc abiturus cras exiſtimatur: nouamq; ciuitatem repetiturus: et inde poſt triduum ingreſſurus ſtiriam. fauſtuȝ ſit illi ꝑcor iter. Cōmē do rem meam veſtre magnificentie: tuiſq; me preſidijs fauoribuſq; cōmitto: Fuit hic magiſter hubarum ne dicam nugarum. verba ſecum nulla feci: nec ipſe mihi mutuȝ annuit. Noui nihil actum eſſe ſic ſilentium iudicauit. Uale optime: Certumq; me tuarum reddito operarum. Ex balneis auſtrie. xv. kl'e marcij. Anno ⁊c̄.

Aſſentit ꝑcibꝰ et ſpondet efficē rogatū.

## Epiſtola. cxxij.

Illuſtriſſimo ꝑncipi dn̄o Sigiſmundo duci auſtrie dn̄o ſuo Eneas ſiluiꝰ poeta Salutē plurimā dicit. Efflagitaſti modeſte a me pridie tibi vt ama toriā alicuius epiſtolā mitterē: qua ſuadere poſſes virgini quam diligis vt amare te ſineret. Alius fortaſſe tibi hoc negaſſet timens ne prolabereris. Ego an nuendum duxi. Scio nanq; humane vite conditionem. Nam qui non amat in ado leſcentia: in ſenio poſtmodum amāt quo tempore deriſui eſt ⁊ vulgi fit fabula: quoni am etas illa amori inepta eſt. Noſco preterea amoris conſuetudinem qui in iuuene

torpentes virtutes excitat. Hunc in armis exercet: illum in litteris. Et ſtudet quiſqꝫ id agere propter quod amice placeat. Et quia virtutes nomen bonum faciunt: virtute dat operā qui amat. vt ante puelle faciem laudetur. Et quanqꝫ hoc ineptuꝫ virtutis premiū ſit. probabile tamen eſt quacūqꝫ ratione virtutes adipiſcaris. Adoleſcentes inſuper non ſunt nimium cohibendi ne languidi et inertes fiant. permittendusqꝫ his eſt aliquis ludus: indulgendum eſt aliquantiſper voluptati eorum vt animum et cor ſumāt: vt ſciant bonum et malum: vt verſucias mundi noſcāt: illaſqꝫ cuꝫ viri facti fuerint: euitare ſciant. Hac de cauſa geſſi morem voluntati tue et optatam epiſtolam hac cōditione tibi tranſmitto: vt amans non negligas ſtudia litterarum. Sed quemadmodū apes ex floribꝰ mella decerpunt. ſic tu ex amoris blandicijs virtutem veneris. Vale.

Epiſtola plus audet viue vocis oraculo referre mētis cōceptū de pulchra puella.

## Epiſtola.cxxxiiij.

Hanibal dux Numidie. S. p. d. et ſeipſum dat ſingulari domine ſue inſigni et formoſiſſime virgini Lucretie regis epirotharum filie. Volui te ſepius alloqui amoremqꝫ meū tibi notū efficere: ſed etas mea nimis adhuc verecunda eſt: que nō patit̄ qđ intra me ſentio foras exire. ꝙ primū īcipio loqui mox rubor adeſt: timor impedit: et medijs vox in faucibus heret: nec cogitata poſſum effari. Timeo modeſtiam tuam ne me arguat. Vereor aſtantes ne me derideant. Horreſco meipſum ne balbuciens fiam. Hac de re qđ ſtatuerā dicere: decreui litteris cōmittere. Quia epiſtola non erubeſcit: non ſuſpirat: non timet quenꝙ. Forſitan arduum aliquid et perdifficile poſtulaturū me putas: parum eſt quod volo: hoc ſi mihi cōceſſeris multum exiſtimabo. Ego enī modeſtiſſima virgo fateor me tui amantem eſſe captūqꝫ tui vultus ſplendore. nec aliud die noctuqꝫ cogito ꝙ te: tu mihi ſemper es in mente: te in corde et in animo gero: tu meum deſiderium es: tu ſpes mea: tu quies: tu refugium. Cum te video quieſcit animus meus et ſe oblectat. at cum abes nec te cernere poſſim. magnis vrgeor ſtimulis. nec aliud meditor niſi vt ꝙprimum te reuiſam: hoc multiplici cauſa factum eſt. Nā et forma et honeſtas in te cōcurrūt. Laudant helenā poete: At ego illam nō exiſtimo tibi fuiſſe ſimilem. Nec polixenam tibi cōparauerim. aut eā quā dilexit. hercules deianirā: tu omēs vincis et pulchritudine et moribꝰ quaſi altera philomena. A calce vſqꝫ ad verticē nulla eſt in te menda. Crines tui ſplendorē auri ſuperant. Frōs alta et ſpacioſa eſt. Supcilia in arcū tenſa debitis ſpacijs diſtiguunt̄. Oculi tui tāꝙ duo emicāt ſidera: inde ſagittas emittis. et vulneras iuuenes: hinc qꝰ vis occidis et quos vis viuificas. Naſus ſuis cōueniēs partibꝰ faciem mirifice honeſtat. Genas cādore niuio reſperſas modeſtus rubor interſecat. Quid labia corallina et criſtallinas referā dentes: ⁊ omnes oris tui partes vnde melliflua manant vba: hinc riſus ille ꝓgredit̄ qui me ſepe ad intima penetrat. O virū felicē: qui labia illa mordebit: qui tales oſculabit̄ genas q mētū tuū et cādidiorē ſithica niue gulā tuā poterit tangē. Nolo pectoris tui et illorū pomorū que ibi latent mentioneꝫ efficere: ne referēs nimis ardeaꝫ. Tu te ſcis ꝙ intra et extra formoſa es. Ego mirari magis ꝙ digne commēdare te poſſim. Hoc tm̄ qa mores tui regio faſtigio digni: ⁊ forma plus ꝙ dici poſſit honeſta: ex duce me ſuū tuum fecerunt. Tuus enī ſū nihilqꝫ magis cupio ꝙ rem gratā tibi efficere. Nec miror: Nā et phebꝰ (vt inqunt fabule) licet eſſet Jouis regis crete (quē vetuſtas ꝓ deo coluit) filiꝰ: Admeti tn̄ regis filiā amans: paſtorē ſe fecit ⁊ gregē pauit. Ego igit̄ libēs ſeruio tibi: nec aliud a te poſtulo: niſi vt amare me ſinas. et animo equo feras: ſi mei dicaris amatu: h eſt qđ volo: peto: exigo: nil poſtulo plꝰ. Fer tuꝰ vt amator dicar. Nā ⁊ amator ero ⁊ ſuꝰ. tu modo annuas Cōfitere dignā te fore: quā meliores et maiores ꝙ ego ſum ament Eſſet vir paris aut ypolitus dignꝰ amore tuo. Tu tn̄ noli querere formā. Nā et qui pulchri ſūt ſuperbi etiā ſunt: nec ſtabilem habent amorem. In me erit amor perpetuus: q natꝰ in adoleſcentie mee flore cū etate creſcēs ad ſeniū ꝑducet̄ dummodo tu mihi faueas et me adiuues: quem tamē non debes deſpicere. Nam et mihi non nega-

uit deus mediocrem formam. Sunt mihi preterea opes multe que omnes erunt tue ſi vicem amoris rependeris. Ach quid dixi nimium erraui. non vt amas peto: ſed vt amare ſinas: hoc ſi tua ex gratia impetrauero beatꝰ ſū. Tu qd factura ſis reſcribe. Et vale animula mea delicie mee corculum meum.

Redarguit ꝯſanguineū auxiliū a ſe petētem. **Epiſtola. cxxiiij.**

Wentzeſlaus regie Cancellarie ſcriba. S. p. d. Johanni de buchaw fratri cariſſimo. Pulſas me crebris litteris vt hoſpiti tuo panem ſoluā quē comediſti quaſi tuus cibus mea pinguedo ſit. At ego nō inebrior vino qđ bibis: nec me tua pulmentaria iuuant. Tu da pecuniā quia cōſūpſiſti cibaria. Ego meū aurū cur dem. quia vix tantū ſcribēdo acquiro quantū ſufficit. Thagus hiſpaniam preterfluit: pactolus aſiam: qui duo fluuij harenas dicuntur aureas habere. huc tibi eundum eſt ſi aurum petis. Cancellaria regia inops eſt vixq̧ ſuos aſcripticios nutrit. Ego plus tibi feci q̄ deberē: quia veſtem quā emerā nouam dedi vt te ab hoſpite quaſi captiuum redimerem. Martinus quē pannonia genuit. ytalia nutriuit gallia paſtorem habuit. et omnis xp̄iana veneratur religio. nudo pauperi mediū paludementū ꝓbuit. Ego ſolidā dedi pallam. Nunc quereris nō ſatis eſſe hāc: quid ad me: tu videris. Quod potui hoc feci niſi ſufficit. querere aliunde quod ſufficiat. Vir maturus es etate longeuus: non tibi honori eſt alienū ſubſidiū q̄rere: cū poſſis ex tuo officio viuere: quod ſi tenue eſt: quid ad me? Proximus ſū egomet mihi. ego mihi prouidebo. non curo quid hoſpes dicat. Veſtem ſibi non me dedi. vtatur vt libet ſi ſatis eſt habeat quod ſuum eſt. Si minus in te actio eſt. Me ſatis eſt veſtem amiſiſſe. Nihil ad me vxoris Job verba: nihil maledictio. Nemo leditur niſi a ſeipſo. Cupiat mihi mala quicunq̧ vult. niſi opera faciā malo digna. inanum maledicitur mihi. Ego te rogo et alios omnes mei ſanguinis homines. me vt iam miſſum faciatis: quia non ſum in ſpem natus omnibꝫ qui vix mihi ſum ſatis. Viuite vos vt poteſtis et me nunq̄ fuiſſe natū credite. Cogitate om̄es quō lucrifacere aīam poſſitis: Id ꝗ̄ id curabo. Reliqua vana caduca nulla ſunt Hodie ſumꝰ cras non erimus. Ideo edificemꝰ illic vbi neq̧ tinea neq̧ erugo eſt: vbi nec fur nocet neq̧ latro. Illuc meus fertur cogitatus: Illic vt me queras volo: et vtinam inuenias. De libris aliiſq̧ rebꝫ tuis fac quod iuſti eſt. et aliquando cogita ſine me poſſe viuere: qui poſſum et ſtatim mori et multū viuere. ſed omnia in manu dei ſunt: ideo illi ſeruiendū eſt. Tu vale et deſine me amplius laceſcere iniurijs. Datum wienne.

Captat beniuolentiam et petit ſibi aliquos libros accōmodari. **Epiſtola. cxxv.**

Eneas ſiluius poeta Imperialiſq̧ ſecretariꝰ Magnifico et generoſo dn̄o dn̄o Enrico Comiti de lupfen dn̄o ſuo. S. p. d. In ſcriptis veterū tria inuenio que noſtri partī negligūt. partim aſſequi non valent. Elegantiā eni et grauitatem ſententiarū q̄bꝫ vetuſti codices redolent. nequeūt noſtri ſeculi hoīes imitari: qđ vſitatiſſimū euo p̄ori fuit. Allocutiōes ſingulares enūciare. et ſe i ep̄laꝝ capite ponere poſſent nr̄i. Sed ſupina quadā ignorantia decepti: Dum blandiri volūt: omnem orationis textū cōfundūt. Vos p̄cor inqunt: vobis ſupplico ceſar: veſtrā maieſtatē appello. vr̄m officiū imploro vr̄am clemētiā obteſtor. reddite iudiciū inopi iudicate potentē. meam calamitatē īſpicite. nemo vos magis q̄ iuſticia mouet ceſar. Et in hūc modū infinita. Hoc et mihi facere liceret. ſ; veterem morē magis cōmēdo. Et cū ſūmos illos imitari ſapientes ī eloquētie atq̧ philoſophie ſtudijs nequeā. In hac certe parte ipſorū veſtigijs īherebo. Ideo te q̄uis claro ſanguīe cretus et multa doctrina ſis fretꝰ ſingulari appeltiōe ſaluto. Et ſic Julio ceſari ſcribens cicero ſe āñ ponebat. ſic et tu eq̄ aīo feres eneā tuū ī ipſo p̄mo ep̄le angulo ītueri: qa ñ arrogātis ē ſ; veteres imitantis: quorum ignorantiam modernorum ſcientie prefero: Nūc quid ex te velim paucis accipe. Retulit mihi vir mitis et mihi amiciſſimus: immo alter ego. Michael de pfullendorff notarius imperialis te pluribus libris abūdare: q̄x noīa etiā mihi ꝑſcripſit. Int̄ illos nō nulli ſūt q̄s viſere cupio. ñ q̄ ātea nō ꝑlegerim

ſed ꝙ diu illis carui. Et ſicut amicus poſt magnā temporis intercapedinē auidus ē
amici vidēdi: ſic mihi cupiditas eſt cōtubernales illos meos quibꝫ nimiū priuatus
fui: in domū recipere et per aliquod tempus eſſe cum eis. Hoc poteſt mihi pſtare hu-
manitas tua vt me michael iſturit. Eſt enī apud te Ouidius de triſtibꝫ: de arte amā
di et amoris remedio. Terentius q̈ꝫ comicus et Hieronimus in ep̄lis: quos tam ex
peto relegere q̈ nunc paſchalem adeſſe diem. vt piſcibꝫ atqꝫ oleribꝫ et oleo ſemotis.
veſci carnibꝫ poſſim: quod deſideriū ſi tua benignitas impleret: magno me tibi nexu
retinebis obnoxium. Erubeſco dum ſic ſcribo. Nanqꝫ cum nulla inter nos vſura p-
ceſſerit nullaqꝫ notio: temerariū quodāmodo videt̄ me beneficiū ex te petere. Quiſ-
quis enī poſcere aliquid cupit: ante omnia ſeſe debꝫ metiri et an impetratu ſit dign⁹
rigida trutinare cenſura. ne poſtulatis carēs et damno et irriſiōe mulctet̄. Sed neqꝫ
ego hoc pretermiſi. Sunt enī nonnulle ratōnes que mihi ſpem faciunt te meis votis
annuiturum: quas breuiter tibi exponā ne me temere atqꝫ incōſulte motum iudices
Omnes qui libros cumulant aut oblectari illis et fieri legendo peritiores cupiunt.
Aut videre amatores ſapientie volunt vt tranſeuntes per viam digitulis monſtren
tur. Hi ſunt qui magnas et precioſas habēt bibliothecas: In quorꝫ plateis Ariſto-
teles: Plato: Cicero Seneca Virgilius Liuius. et omnis vetuſtas deliteſcit. Prio-
res quidem vt gaudiū perfectum habeant. opuſcula cōmunicant. cōmodant: et in cō-
modatum recipiunt: tranſcribi permittūt: et tanto magis exultant q̄nto vulgaciora
ſapientum virorꝫ volumina conſpicant̄. Alij d̄o tanq̄ theſaurū libros recondūt ⁊ cor
rodi potius tinea et opizis muribꝫ ferunt q̄ in apertum dari velint. Nec tam diligē-
ter vellus aureum draco coſtodiebat. aut aditū orci cerberus. q̄ iſti ſuos libros: quo-
rū dumtaxat marginibꝫ et aureis oblectant̄: nunq̄ quid interius ſit aut legētes aut
intelligentes. Nā ſi tu ex his eſſes nunq̄ vel tibi ſcribere vl̄ te alloqui tēptaſſem. Sed
aiunt omnes qui te norunt. ſimilē prioribꝫ eſſe: qui poetas et oratores nō vt in tetro
carcere claudas. ſed vt ad tuam et cōmunem vtilitatem publices: emere cōgregareqꝫ
ſtudeas. Aiunt preterea te fore in omnibꝫ rebus liberalem: benignum: munificum ⁊
et tū in omnes homīes: tum in eos qui tuorꝫ ſtudiorꝫ amatores ſunt largū atqꝫ bene-
ficū His ergo allect⁹ moribꝫ: decreui has meas lr̄as ad te dare. teqꝫ hortari. rogare.
obſecrareqꝫ. vt per aliqd̄ temp⁹ in vſū meū oratores et poetas quos pſcripſi venire p
mittas: quoniā ad te nihilo peiores reuertent̄: ſed potius p ridētia prata et florides
agros verni tp̄e trāſeuntes mecū poſtq̄ cōfabulati aliqu antiſper fuerint. tanq̄ recre
ati alacriores te repetēt. Quia nullus eſt tamgratus locus. nulla ſocietas tamiocū-
da. cuius nō aliqñ emergat ſatietas. Miſſos igit̄ illos fac vt non ſolum mihi: ſed vt
ipſis etiā geras morem: Ad hec accedit michaelis que apud te eſt familiaritas: huic
etiam placebis. Et is vadem cū dn̄o wilhelmo racz ꝓthonotario regio et tui obſer-
uantiſſimo ſe dabit. libros nō iturus eſſe ſiniſtrorſum: ſ ad te pura fide remeaturos
Addo et terciū quoniam mihi etiam libri ſunt quorꝫ te potero cū voles participē fa-
cere. et ſic viciſſimi tu meis veteris opuſculis et ego perfruar tuis. Vt ergo finem epi
ſtole donem Credo me non eſſe ſtulta petitione vſū. ſi id poſtulo qd̄ moribꝫ tuis eſt cō
ſentaneum concedere. Si tute mihi potes annuere: ſi tua etiam ī eo verſat̄ vtilitas:
ſi nō ſolum meā ſ etiam michaelis amantiſſimi tui cōmoditatez promoueo. Tu fac
vt ratione pocius obtineaz q̄ ceca fortuna repellar: mihiqꝫ vti mācipio impera. Da
tū in noua ciuitate auſtrie quinto ydus aprilis. Anno. M.cccc.xl.

## Epiſtola .cxxvj.

Heraldorū nomen et officium vnde exortū ſit.

Eneas dei gratia ep̄us Seneñ dn̄o Johanni hinderbach Secretario re-
gio et amantiſſimo fratri. S.p. dicit. Querere multi ſolent vnde ſit heral
dorum nomen exortum. Quis heraldos primos inſtituit: et quid officij
genus hoc hominum inter mortales habeat. Que res mihi quoqꝫ aliquando fue-
runt dubie. Sed cupienti plurima noſſe vt eſt humanum ingenium. querentiqꝫ
certior fieri. apud angliā q̄ olim britania dicebat̄. in ſacrario nobilis edis ſācti pau
li lundonienſ. vet⁹ hyſtoria in man⁹ venit. añ ānos ſexcētos vt ſignatū erat pſcripta

que ſi vera eſt et mee pōt et alioꝝ ſatiſſacere cupiditati. In ea qd inuenerim tibi ſcri
bere decreui vt acri tuo iudicio cū viro p̄mario et doctiſſimo dn̄o vlrico de monte ſo
lis qd tenēdū ſit cenſeas mihiqꝫ reſcribas. Autor hyſtorie tutbides grecꝰ annotatꝰ
erat: quē fama celebrē clarūqꝫ nouimꝰ: trāſlatoris nomē nullū inueni. Conſtat tñ pe
ritū fuiſſe: q magnū illū et facundiſſimū autorē latīe lingue nō minorē q̄ grecꝰ ē reddi
dit. Non teneo v̄ba hyſtorie vt erant ꝯtexta: Sentētie memini in ea ad hūc fere teno-
rē ſcriptū erat. Heraldi ſūt qui apud maiores nr̄os heroes vocitabant: quos maio-
res hoīb₉. diis minores fuiſſe tradunt. Nā quē priſti reb₉ geſtis inſignē videbāt gra-
tū populis virtute ſublimē in deoꝝ cetu colligebāt. Si modo miracula extabant qui
bus eū ſupra naturā aliqd opatū fuiſſe cōſtaret At ſi miraculi nihil erat v̄tus tñ ad-
mirabilis videbat: hunc neqꝫ deū neqꝫ hominē cōpellare phas putabāt: ſꝫ mediū īter
vtrūqꝫ ſortiti vocabulū heroē vocabant q̄ſi ſemideū. ſic heroes introducti a quibus
corrupto vocabulo heraldi ſunt appellati. Illos aūt inſtituit p̄mus omniū dyoniſiꝰ
q etiā p̄mus armatꝰ et cū exercitu inuaſit Indiam. ac rudes illos et agreſtes hoīes
corticib₉ arboꝝ et crudis feraꝝ carnib₉ vtentes in vrbes legit: boues aratro iunge-
re. frumēta ſerere. deos colē: nutrire comā: mitram ferre. et vnctiones docuit vngen-
toꝝ: Fuitqꝫ his dator vini ſicut et grecis: armauit eos armis marcialib₉ et ad vſum
vite cultioris erexit. Quib₉ cōpoſitis cū vellet abire atqꝫ alias luſtrare regiones: fu-
erūt cōplures ī eius comitatu q iā ſenio ꝯfecti. et aſſiduis attriti laborib₉. neqꝫ rema
nere volebant ſine rege. neqꝫ ſeq ducē volebant. Receſſumqꝫ p̄ncipem lacrimis. et fle-
tib₉ obſecrabant vt ſui misereret. Ad quos liber pr̄. ponite curas inqt cōmilitones
fratreſqꝫ mei: diu pugnaſtis diu me ſecuti eſtis: ego alia ex aliis in fata vocor: vobis
iam parata qes eſt ⁊ hic p̄mia laboris vos manent: Siſtite hic et vrbem hāc terram
quā vr̄i mihi lacerti queſiuerūt poſſidete. Ego vos hodie militie laborib₉ abſoluo.
veteranos milites eſſe volo heroaſqꝫ vocari. Munꝰ vr̄m erit reipubice ꝯſulere. ſon-
tes arguere: laudare ꝓbos. ceteris munerib₉ vacabitis. quocūqꝫ gentiū terrarumqꝫ
veneritis. victū vobis reges veſtitūqꝫ dabūt: honoratiores apud omēs eritis Xenia
vob̄ p̄ncipes offerēt: ſuaſqꝫ veſtes ꝯdonabūt. Stabit fides dicto vr̄o: mendatia horre
bitis. ꝓditores indicabitis. q feminas male hn̄t hos īfames aſſeuerabitis. In omni
terra libertas vob̄ eſto. ſecuruſqꝫ vobis tranſitus et īcolatꝰ. Si qs vos vr̄mqꝫ v̄bo fa-
ctione angariauerit quempiā. gladio ferietꝛ. Ceterū ex amicis meis bachoſiſſimum.
Spartēbā vob̄ regē indiſqꝫ conſtituo: q vobis alimēta p̄beat et annuas ſtipes. Qui
cuſtodiat p̄uilegia vr̄a. et honoratos vos habeat ex grege vr̄o ad regni faſtigiū euoca
tꝰ: vos illi ꝯſulite et poſteris: Cuiꝰſi genus defuerit ex vob̄ veſtriſqꝫ liberis reges īdo
rū ſinito. Atqꝫ ſic adhortatus heroas dyoniſius ex india duxit exercitū. Spartēbas
aūt regnauit ſuper indos qnquaginta et duos annos. Budāqꝫ filiū ſucceſſorē religt
qui cū regnaſſet annos viginti inſtituto filio cradena vitā finiuit. Ac poſt eū ꝑ duode
cim generatōes heroū ſoboles vſqꝫ ad herculē regnauit in india. Hercules autē cū
domitis terraꝝ mōſtris ac ſeuicia tyrannorū deleta penetraſſet: Indiā regnū heroū
in ſe recepit. Priuilegia tñ his non ademit: ſꝫ auxit eoꝝ numeꝝ cōſcriptis īter eos q
ſecū ab hiſpania ⁊ mauritania militauerāt. et cōtra gerionē triplicis aīe et āteū terre
filiū arma tulerāt longis itinerib₉ et ſenecta etate defunctis. Sꝫ cū veniſſet ad mor-
tē multoſqꝫ filios haberet (Multis enī mulierib₉ mr̄imonio iūctꝰ fuit) vnicā autem
filiā ſuſtuliſſet pādeā noīe: huic regnū cōmiſit. Et vt oſtenderet heroas q̄nti faceret
p̄ ceteris liberis. vnū ex numero heroū noīe iobarem viꝝ filie dedit. qui regē gereret
quingentoſqꝫ huic elephantes: quatuor milia eqtū et centū triginta milia peditū cō
ſtituit quib₉ regnū tuereꝛ. Ex hoc natꝰ ē polimbotras a quo dicta eſt vrbs maxima
polimbotra: Cuiꝰ poſterioritas vſqꝫ ad alexandrū magnū ꝑ centū et trigītā octo re-
ges Indiā gubernauit. Ex qb₉ ortꝰ ē porꝰ: cuiꝰ v̄tutē miratꝰ ē alexander. atqꝫ adeo
dilexit vt victor victo regnū dignitatēqꝫ reſtituerit. Cū qꝫ alexander ex ſuis militib₉
heroas legit ſenes qngentos. longa et laborioſa nimis militia cōtritos. qs porro com
mendauit. qb₉ ſingulis annis ī ſingula capita viginti argenti talenta daret: adiecit

qꝫ priuilegijs heroū . vt auro et purpureis coccineiſqꝫ veſtibus et paludamento vti
poſſent: quin et arma regia et inſigne deferre quouis gentiuꝫ terrarūqꝫ loco fuerint.
Si quis hos manu pulſaſſet aut verbo leſiſſet. eum capitis reum eē: bonaqꝫ ſua fiſco
deberi. Sic tuthides vt ille refert qui tranſtulit: qui ſimilia herodotū et didimum et
magaſtenem et xenofontem ſentire cōtēdit. Additqꝫ demū ex perſona ſua autor igno
tus. Habemus igitur heraldorum nomen idem ſignificare quod apud veteres hero-
um ſignificabat. Dyoniſiūqꝫ primuꝫ hoc genus hominū apud indos inſtituiſſe. Of
ficium eoꝝ eſſe vt regibꝫ aſſiſtant. vt conſulant reipublice. vt virtutes extollant: vicia
fulminēt. Nec aliud ſunt ꝙ milites veterani qui poſt multa egregia facinora multa-
qꝫ bella mirifice confecta et ampliſſimos triumphos. exhauſti viribꝫ feſſiqꝫ ſenio a
labore militari remittuntur et in curiā cōſulturi accerſunt. Traditū ꝗ apud maio-
res ē huiuſmodi homines ſemper honoratos fuiſſe. ac tum Saulis: tū Dauidis: tū
Salomonis: tū ceterorū regū hebreoꝝ latera cōſtipaſſe: quin et iter machabeos hec
dignitas locum obtinuit. Legimus et Iuliuꝫ ceſarem cum victo pompeio in egiptū
perrexiſſet hoc nomine et hoc honore pleroſqꝫ ſuos cōmilitones donauiſſe: qui ſecuꝫ
et in gallia et in britania et in germania et in grecia. forti pectore militauerant: iamqꝫ
torpente ſenecta languebant. Nec octauianꝰ auguſtus hoc preclariſſimū genus ho-
minum neglexit: qui ſuperato apud accium Marco anthonio: extīcta cleopatra: cū
parthorum ſuperbia timore poſito veniam poſtulaſſet. ablatoqꝫ Marco craſſo cum
precioſis muneribꝫ ſigna remiſiſſet: tum reges indorum ad famam tāti nominis mo
ti vſqꝫ ad hiſpaniam legatos miſiſſent. ac vltro parere ſe romano imperatori obtu-
liſſent. Cum ſubmerſo cātabro terra mariqꝫ pacem romanus populus haberet: clau-
ſiſſetqꝫ denuo iam portas huiuſmodi: fertur legē tuliſſe. Omnes idcirco mortales ex-
ercere ſe ſolent ⁊ obiectare periculis et aliquādo pace frui quiete poſſint: Nec labor
eſt vllus q premia nō expectet. Ea propter maiores noſtri militibꝫ qui bene pugna-
uiſſent: non ſolum ſtipendia quibus ſe ſuāqꝫ poſſent nutrire familiā: ſed honores am
pliſſimos conſtituerunt: vt coronas. armillas. haſtas. et alia virtutis inſignia quaſi
ſolamē et premiū laboris exacti. Similiter et nos facē decet q dijs fauētibꝫ et magna
v̄tute militū rē romanā reſtituimꝰ. et altā pacē toto reformauimꝰ orbe. ne milites q
longa et duriſſima nobiſcū bella gegerūt: ac plurimū ſanguinis tū ſui tū hoſtiū effu
derūt ſine mercede tāti laboris euadāt. Quiſqꝫ ģ per decenniū nobiſcū militaueris
Si modo quadragenariꝰ fueris ſiue pedes ſiue eques ſtipēdia merueris: militia pꝰ
ha c et omī labore vocato heroes eſto veteranuſqꝫ miles. Nemo te ciuitate foro tēplo
hoſpicio domo ꝓhibeat. Nemo tibi crimen aſcribat: onꝰ imponat: pecuniā ex te q̄rat
Si qd peccaueris ſolam ceſaris vindictā expectato. Quicqd turpitudinis admiſerit
hoīes. te iudicē ꝑpalatoreqꝫ timeant ſeu ꝑuati ſeu principes fuerit. Quod dixeris af
firmaueriſqꝫ: nemo falſū arguat. Libera et aperta tibi oīa itinera locaqꝫ ſunto. In
edibꝫ ꝑncipantū menſa tibi potuſqꝫ eſto. Stipendia quibꝫ te tuamqꝫ domū ſerues
ex publico q̄tānis habeto: quā legittīa face duxeris vxor: ceteris feminis ꝑferat: quē
exprobaueris īfamemqꝫ dixeris: hic reprobatus homo et īfamis eſto: Arma īſignia
noīa et ornamēta heros ferto q̄ reges decent. Que dicere aut facē velis: vbi vis gētiū
locoꝝ nationūqꝫ facito. Si qs tibi iniuriꝰ fuerit ceruice careto vtqꝫ ſenectuti tue ge-
tius cremonēſiū qui ꝯ vos anthonij ꝑtes fouerūt agros tibi tuiqꝫ ſimilibꝫ viritim di
uidendos aſſignamus: qui ſi pauci fuerint addimus ⁊ mantuanos vt bona fide et al
ta v̄tute ꝓfuiſſe te reipublice gaudeas. Sic octauianū veteranos ſuos honoraſſe con
firmāt decreuerat idem penꝰ hanibal facē niſi fortuna fractꝰ aduerſa āthiochi regis
et pruſſie coactus fuiſſet. ſupplex tribunalia petere cōperimꝰ Athilā hunoꝝ regem
ꝗuis efferatū et inanem gloriam. ſimilia ſuis veteranis priuilegia contuliſſe. Neqꝫ
theodericus gotthorum maximus et audentiſſimus rex heroas inhonoratos reliqt
quibus et ciuitates et prouincias tributarias fecit. Carolus aūt magnus q primus
poſt grecos apud romāos ſuſcepit imperiū. germanus hō ex antiq̄ francorum proſa
pia natꝰ poſtq̄ ſaxones ſepiꝰ rebellātes mltā vi domuit: ac feces hunoꝝ lōgobardos

ab infeſtatione romani preſulis exterruit. ſuſcepto ceſaris nomine et auguſtus ap-
latus. milites omnes qui tanti laboris comites fuerant: in hunc modum honore fer-
tur et libertate donaſſe. Ite inquit milites mei. vos heroes vocabimini. ſocij regum et
iudices criminū. Viuite poſthac laboris expertes. conſulite regibus et publico nomi-
ni turpia corripite: fauete feminis: iuuate pupillos: conſilio circūdate principes: ab
his victū veſtitum ſtipendiumqꝫ petite. Si quis negauerit inglorius infamiſqꝫ eſto
Si quis iniuriam vob intulerit. reum ſe maieſtatis agnoſcat. Vos autem caueritis
ne tantum decus tantumqꝫ priuilegium iuſto bellorū labore partum. aut ebrietatis
aut ſcurrilitatis aut alio quouis vicio maculetis. Ne qd vobis largimur ad gloriā
redundet ad penā: quam de vobis ſumendam ſi forſitan exceſſeritis nobis et ſucceſ-
ſoribus noſtris romanorū regibus perpetuo reſeruamus. Hec ſunt que de nomine et inſti-
tutione heraldorum quos heroas fuiſſe conſtat apud antiquos ſcripta cōperimus.
Cur autem noſtris diebus qui nunꝗ militarunt et abiecti quidam hoies hoc nomen
aſſecuntur. neſcio cauſaꝫ niſi quia omnia degenerāt: nec eſt hominū genus quod ſtet
ſuis legibus. Nam et indocti doctioris inſignia recipiunt. et qui nudū nunꝗ enſem vi-
derunt militiā profitentur nitentqꝫ calcaribus aureis: atqꝫ vt de noſtra dignitate dica-
mus: abſqꝫ litteris abſqꝫ moribus ſermone leues atqꝫ vita cathedram pōtificalem au-
demus aſcendere: Quere religiones: pcurre mechanicas artes: omnes oberrant nihil ē
qd ſuis legibus puris inuiolatiſqꝫ perſeueret. Vale et ſi quid habes ꝙ his cōſonet au-
ctoritate dignum et fide: ſcribito nobis: noſtri memor et amans: Cuius rei michaelē
pfullendorffiū conſecretariū tuum et noſtri diligentem doctrina plenū. aut iudicem
aut arbitrū experiemur. Ex wienna kl's Junij Anno dñi. M. cccc. quīquageſimo primo

## Epiſtola. cxxxvij.

Paſſagium ꝙ difficile cōduci poſſit
i effectū arguitur pluribus ex rōnibus.

LIttere ad me tue amātiſſime leonarde duplicate et triplicate peruenerūt
In omnibus hortaris me magnopere ad rem bellicam inſtituendā pro mea
virili quādo apud ceſarem ſeruio operas nauem facis vt xpianū decere
hominem ſenis natum cuius eſt (neſcio quare id fiat) quo minus pōt eo magis de cō-
muni bono anxiū eſſe. Laudo tuū cogitatum: tuas curas probo. Utinā tui ſimiles re-
gibus maximis preeſſent. Credo multo melius xpianitati eſſe cōſultū. Nāqꝫ ſi verū dice-
re libet: nimia ē īter orbis nrī rectores ſomnulentia: aut aduerſus officiū aut pter offi-
ciū omnes ītenti ſūt. Arbitror te iā cognouiſſe que ſūt apud ratiſpanā geſta et ꝙ ne-
gligēter eo cōuentū ē. Ex ytalia nulli cōparuere. Nā legati venetorum prius ſolutum
audiuere conciliū quā bauariam ingrederētur. Unus mihi videtur ſuper omēs lau-
dandus pnceps philippus Burgundie dux. qui etſi eſſet britanico bello implicatus
vocatus tn̄ ad cōuentū qui pro ſalute populi xpiani erat indictus: noluit excuſari:
noluit reipublice deeſſe. Congregationem que cōmune bonum tractare videbat ſua
preſentia noluit eſſe puatā. Venit igitur ratiſpanam iterumqꝫ ſe cōtra thurcos ī pſo-
na ꝓpria pollicitꝰ eſt. Si vel ceſar vel rex vngarie vel alius magnus princeps exerci-
tum duceret. Si minimꝰ miſſurū ſe quas poſſet copias: neqꝫ his in rebus excuſatum
ſe habere voluit: niſi tale ſibi ſuperueniret impedimentum quod tota xpianitas legi-
timum reputaret. Quis hunc ſatis cōmēdare principem poſſet? Nemo eſt inter xpia-
nos cui minus timendi ſunt thurci et infideles ceteri ꝙ duci burgūdie. Nemo tamē
eſt qui pro depulſandis atqꝫ cōprimendis hoſtibus fidei ſolicitior eo reperiatur? Un-
de iſta mens homini: Nō cupido rapiēdi hūc trahit: cui ſūt opes infinite: nō ſpes vl-
la voluptatū qbus frui victores putant: qui eſt iā euo prefectior. Et ſi delicias amet
nuſꝗ maiores ꝙ domi reperiat. Non augendi dominij ratio: q ſe nouit ī grecia aut ī
aſia nequaꝗ regnare poſſe. Sꝫ ē h religioſus pnceps: amat eccl'aꝫ mrēm ſuā. Cupit
fidei nrē ꝯſultū eē: dolet cū audit xpianū nomē blaſphemari. Miſeret īfelicibus aīabus
que dietinus ī captiuitatē a barbaris rapiūt. Pudet cū ignomie quā thurci nobis ī-
ferūt. Eſt em̄ nobilis animꝰ. nō poteſt mens alto ſanguine nata: non alta meditari.
Nihil turpe ferre pōt generoſus ſpūs. Uidet ſe dono dei ampliſſimis et populoſiſſi-

mis regionibꝫ prefectũ: multiſqꝫ bñficijs cumulatũ. ¶Non vult ingratus videri. Re-
cognoſcit munera in ſe diuina eſſe ꝙ plurima vult pro ſua facultate vices reddẽ. Me-
minit Johannis patris ſui: quem thurci pugnantem pro fide catholica captiua-
runt. Cupit vlciſci paternũ vulnus: imitariqꝫ maiorum ſuorum veſtigia: quos pro fide
orthodoxa conſtat fuiſſe ardentiſſimos. Huiꝰ igitur opa factũ eſt. ꝙ in cõuentu rati-
ſpanenſi nõnulli articuli cõciperent̃ quorum ego copiã rectoribꝫ noſtre vrbis feci. ¶Nec
me dubiũ tenet quin tu illorũ noticiã habeas. ¶Nã et illuſtri dñio venetorum apud qđ
nunc moram trahis articuli per ſuos legatos huiuſcemodi miſſi ſunt: quorũ ſi fiet ex-
ecutio nihil erit noſtre religioni timẽdum. Ceſar eiuſce rei cupidus nouũ apud fran-
ckfurdiã concilium indixit: Jd futurum eſt tercio kl's octobris. Ceſar aut eo ſe curiã
qꝫ ſuam tranſferet aut preſidentes plena poteſtate ſuffultos mittet: neqꝫ negligetur
quãtum in ſe erit cõuentus. ¶Nunc quoniam de me multa dicis: reſerabo tibi que mi-
hi incumbunt. Optaui domũ reuerti. viſere amicos. conſolari ac paſcere quocunqꝫ
tandem paſtu valerem meas oues: ſupplicaui ceſari: benignã mihi vt licentiam prebe-
ret: qua patrios lares peterem: non obtinui. Ait enĩ ſua ſerenitas: neceſſaria ſibi eẽ
ſeruitia mea dum inſtat apud franckfurdiã dicta dies: Eã ob rem fero moleſte meũ
exiliũ. vereorqꝫ quod nuper ſum expertus. Etenim cum ratiſpanã pergerem inuaſit
me dolor pedum quem podogrã medici dicunt: que res mihi intereundum acerbiſſi-
ma fuit. ¶Nõ tñ neglexi cõmiſſum onus. Jter cum magno labore peregi: adeo vt pede
ad ſellam ſuſpenſo vnius diei viam fecerim: cum inter aſperrimas alpes non eſſet q̃-
drigis locus. Jdem timeo ne mihi nunc accidat, ſi vt mentem ĩtelligo ceſaris: vl' mit-
tar inter legatos: vel ſuam ſequi ſerenitatẽ iubeat. Sed quid agam? quis ego ſum q
tantum imperium effugere poſſim. Uideo inſuper res maximas eſſe ad quas teneor
et vniuerſe criſtianitati vtiles. Quid in laborem pro facultate mea ſtatui manere et
ad meum exilium paucos menſes addere. donec franckfurdiñ conſilium finiat̃. Jm-
partiar meas operas in cõmune bonum. Et ſi nequeo grãdes manipulos in areã fer-
re dominicã: at ſaltẽ ſpiculas aliquot in horreũ eccleſie referã. ¶Neqꝫ enĩ deus noſter
tã facta hominũ ꝙ mẽtes inſpicit. Et laudatã in euangelio mulierculã legimus. que
duo era minuta ĩ gazophilaciũ obtulit. Jllđ aũt oro Leonarde amãtiſſime. ne vl' paſ-
ſagiũ ꝯtra thurcos ĩſtituẽdũ ytalice pace cõpares: vel me monacho q illã ꝯcluſit eq-
parãdũ putes. ¶Nãqꝫ ſi pulcerrime et vere dicis nullã eẽ ꝑſonã adeo tenuẽ ꝑ cuiꝰ ma-
nꝰ neq̃at ſi velit diuina maieſtas res maximas cõficẽ. Et addis exẽplũ nr̃i tp̃is. ¶Nã
pacis ytalice humil' et q̃dãmõ deſpectꝰ heremitarum ſãcti auguſtini monacellꝰ auctor
hr̃. ¶Nõ ẽ tñ eq̃ rerum et ꝑſonarum ꝓportõ. Pax ei ytalica etſi vt ais rome ad maturitatẽ ꝑ-
duci nõ potuit: adeo tñ ĩ alto illo ſũmi p̃ſulis igne cõſiſtoriali decocta fuit vt paruo
poſtmodũ ſole potuerit matureſcẽ. Erãt ⁊ ptes q̃ cõtẽdebãt lõge defeſſe bello cõtrite
atqꝫ exhauſte. ĩtelligebãtqꝫ niſi ꝯcordiã amplecterẽt̃ vtrinqꝫ fũditꝰ eẽ pereundũ. ¶Nec
plurima erãt capita q̃rũ ſenſus cõbinãdi ad ꝯficiendã ytalice pacẽ viderẽt̃. At nego-
ciũ hoc gerẽdi ꝯtra thurcos belli: rude adhuc indigeſtũ et pene ĩtactũ eſt. ¶Nec germa-
nie aut gallie principes q̃rũ potiſſime mẽtes excitande ſũt ſatis ĩtelligẽ poſſunt: quid
ſua mõ interſit. cõtra thurcos arma mouẽ q ſũt ab eis remotiſſimi. Quis ĩſuꝑ galliã
aut germaniã armet niſi cerebra pene infinita ꝯiũgat. Adde ꝙ oĩs ytalice vires ad
maritimã claſſem ſunt vniende. Qualis deinde inter me et monachũ ytalice pacis in-
uentorẽ ꝯparatõ cadit? Fateor q̃a nihil ẽ repertori ac rectori orbis factu difficile. vel
le illi ⁊ poſſe vnũ ẽ. ¶Nec ĩficias eo. ſpirare vbi velit ſpiritũ dei: q⁊ aliq̃n infima mũdi
eligit vt fortia queqꝫ ꝯfundat. Sꝫ audi ꝑſonas ꝙ diſpares adnectis. Ego illũ mona-
chũ q ptes ytalie diſſidẽtes ꝯpoſuit: crimĩe mũdũ: longa vite ſanctimonia ꝯprobatũ
doctrina plenũ. ¶Nihil miror ſi deus in iſtrumẽtũ elegit ꝑ qđ paccaret ytaliã. At iſtic
ꝙuis turpitudinẽ ꝓdo meã longe a me abſũt. Habꝫ ĩ me deus ml'ta q̃ puniat: nulla
q̃ p̃miet. Quo igit̃ pacto me velud organo magnis ĩ rebꝫ vtat̃: Uereor vereor vt te ve-
ra nõ celem: ne dum me grandibus ingero negocijs: ĩpedimẽto magis ꝙ ꝓmotioni
reperiar. Tu deſine de me tibi multa promittere: ac me domi ꝙ foris malis cimbam
fortaſſe non inutiliter regam: ¶Nauis magne ſi clauem tenuero et me ſimul et nautas

perdam. Franckfurdie ſi fuero naucleros inueniã optimos: atqꝫ ipſe remigis officio
fungens peccatorum meorũ partem delebo. hec tibi de me volui dixiſſe. Nunc de or-
dine dato pauca diſſeram. Scripſiſti vocandos eſſe multos ex ytalia ad cõciliũ rati
ſpanenſe: putaſti id futurũ conſtañ ſimile ne dicã baſilieñ quod in annos viginti pro-
tenſum eſt: At noſtrũ exacto menſe finem accepit. Indictũ eẽ aliud: huc rurſus vocã-
tur ex ytalia rex Aragonũ: Veneti: Ianuenſes: Florentini: Seneñ: Lucani. Comes
quoqꝫ franciſcus: ꝙuis nõ eſt iueſtitus de ducatu mediolaneñ accerſitur et dux mu-
tine. Marchiones inſuper mantue: montiſferrati et ſaluciarum. Videbimus quantus
erit noſtrorum feruor ytalorum. Regibus ꝙ francie anglie bohemie vngarie polonie dacie
ſwecie norwegie ſcocie littere dantur vt ad cõuentum mittant. Principes alamanie
adeſſe. comitates mittere legatos iubent. Si erit conuentio grandis: ſpem bene ge-
rende rei ſummã. Si pauci conuenerĩt obrigeſtam. Dices: Quid ſentis? quid putes
futurũ? Mallem tacere. Mallem opinionem meam eſſe falſiſſimam ac mendacis ꝙ
veri prophete nomẽ. Dicã tñ ꝙ meus preſagit animus. Non ſpero qđ opto: nil boni
menti mee perſuadere poſſum. Quare inquis? Quare inquã. Ego bene ſperem. Chri-
ſtianitas nullũ habꝫ caput cui parere omẽs velint. Neqꝫ ſummo ſacerdoti: neqꝫ Im-
peratori que ſua ſunt dant. Nulla reuerentia: nulla obedientia eſt. Tanꝙ ficta no-
mina: picta capita ſint: ita papam imperatoremqꝫ reſpicimus. Suum queqꝫ ciuitas
regem habet. Tot ſunt principes quot domus. Quomodo tot capitibus quot regunt
chriſtianũ orbem arma ſumere ſuadebis? Age dicito cõcurrere in bellum cunctos re-
ges: Cui ducatũ dabis? Quis ordo ĩ exercitu erit? que diſciplina militaris? que obe-
dientia? quis paſcet tãtũ populum? quis intelliget varias linguas? quis reget diuer-
ſos mores? quis anglicos amicabit gallicis? quis ianuenſes cõiũget arroganenſibus?
quis theutones vngaris bohemiſqꝫ cociliabit. Si paucos cõtra thurcos ducis faci-
le ſuccumbis. Si multos: confunderis. Vndiqꝫ ſunt anguſtie. Perge vltra atqꝫ iſpi-
ce xpianitatis vultũ. Pacata in quis ytalia eſt: facile aduerſus exteros arma ſumet
domi quieta. Neſcio ꝙ quieta. Inter regem aragonũ et ianuenſes adhuc belli reli-
quie manent. Nec ianuẽſes hi ſunt qui cõtra thurcos pugnaturi credantur quibus
tributa pendere dicuntur. Veneti cũ thurcis fedus ꝑcuſſere. Et ꝙuis aiunt ſe ſum-
pturos arma ꝓ nr̃a fide: ſi ceteri xpiani bellum thurcis indicãt. Quis hãc cõditioꝫ
implebit? Vocare nũc rogare atqꝫ excitare venetos oportebit: qui ceteros imitaſſent
ſi par eis cũ thurco non eſſet. Quid cũ ytalis facies qñ due nauales potentie et qđẽ
maiores deſũt. Rex aragonũ ꝙuis eſt potentiſſimus et ad cõmune bonũ ardens: haud
quaꝙ ſolus bellũ nauale cõtra thurcos agitabit. Sũmi põtificis q̃nta ſit claſſis nõ
ignoras. Deficit igit̃ nobis altera belli pars. Nã cũ terra mariqꝫ thurcos vexare ꝓ-
poſituꝫ eſſet: deficiẽtibus ytalis nihil eſt qđ de maritimo bello ſperemus. Patebit aſia-
nus elleſpontus. Et ſi terra bellũ gerat̃: infinitas ex aſia copias in greciã thurci tra-
ducent. In hiſpania noſti ꝙ multi ſũt reges potentia regimine voluntate et opinio-
ne diſpares. Neqꝫ illi in extremo iacẽtes occidẽti ad ſeptentrionẽ trahendi ſunt. Eſt
qꝫ qđ agunt cũ g̃natenſibus domi. Rex francie et ſi toto regno pepulit hoſtẽ: marinas
tñ oras ingetas habet: nec militẽ extra regnũ audebit mittere: dũ claſſes ex anglia
repetinas timet. Anglici nil aliud animo gerũt ꝙ vt repulſã ex frãcia vindicẽt. Sco-
ti Dani Sueti Norwegij in vltimis orbis oris ſiti: nihil eſt qđ ext̃ domũ queãt. Theu-
tones inter ſe diuiſi nulla in parte coherent. Ciuitates cum principibus diſſident. Et
ipſi inter ſe principes nullo cõcordie vinculo tenẽt. Swicenſes cum ducibus auſtrie ve-
tus odium tenent. Comes palatinus archiepiſcopo moguntino infeſtus eſt. Ducatus
luczelbergenſis inter regem bohemie et ducem burgũdie litigioſus pendet ꝙuis ſũt
ad kl's vſqꝫ nouembris in eam rem inducie. Duces ſaxonie de ſexaginta caſtellis cũ
bohemis litem habẽt. wratiſlauienſes requiſiti ꝑ bohemie regem: homagium facere
recuſarunt: niſi ad ſe rex proficiſcatur. Pruteni qui religioni ſancte marie theutoni-
corum ſubiecti fuerunt: excuſſo priori iugo ad regem polonie defecerunt. Iſqꝫ nunc
regionem ingreſſus cum coniuge ſacramenta fidelitatis accipit. Lignicenſes quos

Ladiſlaus rex gubernatori bohemie dederat: ſubire iugum recuſant. Nec pudi dicen-
ſes parere domino de roſis voluntarij ſunt: q̃uis dono regis ad eum pertineant. In
auſtria nihil quieti eſt. Baronem eyczinger dominantem ſpernūt: Ciuitates amāt:
ſeditiones frequentes aguntur. iwancho bohemus cum duobꝫ milibꝫ latronuꝫ regio-
nem longe lateq̨ vexat. In wienna crebra fiunt incendia: nec auctores in famam ve-
niunt. In vngaria prelati et barones infenſi ſunt Johanni vainode: qui quondam
gubernator fuit: nunc capitanij nomen tenet regniq̨ maximaꝫ partem occupat. Giſ-
kra bohemus inueſtitus a rege de territorio ſcepuſion in vngaria ad poſſeſſionem ve-
nire per iohannem impeditur. Diſpotus Raſtie q̃uis thurcis vnitus putetur. auxi-
lia tamen regis vngarie petit et thurcos aſſerit bello paratos. Nihil tamen ad hec
vngari mouent̃: ſed habituri pocius inducias ſiue cōcordiā cum hoſte q̃ moturi bel-
lum credunt̃. Cde nunc in tanta rerū varietate quid ſperandū aut timendū ſit. Intu-
ere deinde mors hominū ac noſtroꝝ principū facta cōſidera: quātus auaritie ſinꝰ pa-
tet: quanta iertia quāta voracitas. Nemo litteris aut bonaꝝ artiū ſtudijs intentus
eſt. Et tu cū hiſce moribꝫ deleri poſſe thurcorū exercitus putas: vtinam tu verax iue-
niaris: ego fallax. Vtcūq̨ res ſeſe habent. manebo ad dictā diem franckfurdieñ. ⁊ ſi
non prodero reipublice xp̄iane. macerabo tamen meipſum et in vindictā meoꝝ deli-
ctorū affligam corpus et mentem. Si quid in cōmuni redundabit boni tanto id libē-
tius videbo: q̃tomagis p̄ter ſpem eueniet. Tu vale et me vt ſoles ama. et ſi amaſti pa-
rum amorem auge. quoniā eo te pro tua virtute vehementer amo. Ex noua ciuitate
die. v. Julij. Anno. M. cccc. xliiij.

Excuſatio regis dacie q̄re ad dietā nō venit. **Epiſtola. cxxviij.**

REuerendiſſimo principi domino. F. diuina fauente clementia romanoruꝫ
imperatori ſemper auguſto duci auſtrie ⁊c̄. Criſternus dei gratia regno-
rum Dacie Norwegie ſaluorum gottorum rex: comes ī aldenborch et del-
manhorſt Salutem et triumphantis victorie continuum incrementum. Perlectis
nouiſſimis imperialibus litteris nobis directis. merore cordis ⁊ mentis anxietate ī-
dicibili vrgebamur. Cuꝫ videamus tandem virus peſtiferum in xp̄ianam fidem du-
dum congeſtum: viperā illam balymamech thurcoꝝ tirannū feraliter euomiſſe. ⁊ qđ
in ſue impietatis cōtētaculis fabricauit incentiuū ſue iam crudelitatis detexit. Hūc
non ambigimꝰ imaginem beſtie illius geſtare: quā Johannes euāgelicus vates aſcē-
dētem de mari preuidit. terciā partem ſtellarum ad ima trahentem: immo Aſiam ⁊
africā et iā ſuis execrabilibus ſpurcitijs europe terminos defedantem videre vide-
mur. sereniſſime imꝑator et frater cariſſime qđ cum ſingulari meſticia referimus ſta-
tuū omniū et ſexuum omnium religionem fidem et vrbanos mores in populo criſtia-
no adeo a iuſticie tramite declinaſſe. q̄ diuinā non ceſſent irritare. et prouocare vin-
dictā. In illos precipue qui aliorum vita et exemplo deberent merito eſſe ductores:
vnde vltione cōdigna hoc noſtro tempore quo peccata magis et vicia ſubrepunt. fla-
gellis ⁊ plagis ḡuioribꝫ excribrant̃. Nullos enī chriſtianorū fines per vniuerſi orbis
machinā a peſte cladibꝫ vel incurſibꝫ hoſtiū eximij videre aut cognoſcere valeamus.
omne quoq̨ ſolum vbi chriſti nomen colitur crebris agitari et oppugnari contrarijs.
Neq̨ ꝓpterea vllam diuine miſerationis et pietatis recuperā̄de: maiorem adeſſe fidu-
ciā: q̃ q̄ incipientes a capitibꝫ diuinis inſtitutis et bonis moribus ſm euangelicam
legem reſumptis: priorem culpam et noxas emendemus in melius. quatenus placa-
ta diuinitas ſuorum calcorum felicibus propitia non deſit optatibꝫ. Hec ſunt inui-
ctiſſime ceſar arma fortiſſima: propugnacula munitiſſima et ſecura preſidia: quibꝫ
aptius et facilius. immo felicius et fructuoſius hoſtium vires et frontem ſuperbie
demoliri cōueniat: q̃ militaribꝫ cuneis q̃ bellicis munimētis. Hoc quidem exēpla-
rit phiſicis traditōibꝫ cōpat̃. q̄ medici ſatagentes noxiales a corporibꝫ chymos re-
pellē ꝑ pꝰātbidotis et cathaplaſmate ꝯgruētibꝫ ꝑparatas ad exitū ſuꝑfluitates dei
de formato expellūt. Sic ḡ Imꝑalis maieſtas erga deū celi deuota: ſuperioribus et

inferioꝛibus ſuggerat melioꝛis vite feruoꝛem. Interioꝛis enim conſcientie peniten-
tia cilicio ſacco et cinere. non auro vel argento. non exquiſitis monilibus nec in arcu
foꝛtium aut roboꝛe potentatus Niniuite diuinam contra ſe concitatam placure fu-
roꝛem. tunc auguſtalis maieſtas ſuperno adiutoꝛio comite. cū exercitibꝫ chriſtianis
hoſtium caſtra penetrabit ſecura. omneſqꝫ barbaroꝛū conſtringet conatus auſus ar
mis et potentia vindicabit. Eruntqꝫ hoſtium vires angelo dn̄i cohartante ſicut ſti-
pula ante faciem venti et titubabunt pauoꝛe et timoꝛe ſoꝛdeſcent. O ſaluberrimum et
iocundiſſimum omen ſi fata preſtaſſent. Nꝫ regnoꝛum noſtroꝛum rebus cōpoſitis: q̄
varijs in preſentiarum contrarioꝛum detinētur anfractibꝫ cum proceribus noſtris
quos numero et ſolertia militari oꝛnatiſſimos obtinemus. cum veſtre ſerenitatis cō
tubernio pꝛo fide catholica: pꝛo gloꝛia immoꝛtali: pꝛo illius nomīe qui nos ſuo ſacro
cruoꝛe redemit: pꝛo fidelium ibidem a thurcis oppꝛeſſoꝛum tutela: ī ceſarea comiti-
ua adeſſe poſſemus. Teſtamur deum nihil nobis gratius nihilqꝫ optabilius q̄ ꝙ
in tam ſancto opere adeſſe liceret. Condolentes ex ipſis coꝛdis viſceribus imperiali
Conſtantinopolitanē vꝛbi. et venerande patriarchali eccleſie: quā conſtantinū ma-
gnum pꝛimum poſt philippum oꝛthodoxoꝛum ceſarem ꝑdeceſſoꝛem veſtrum: foꝛtiſſi-
mis menijs obfirmatam ſuo nomine que pꝛius biſancium dicta eſt et preſentia legi-
tur decoꝛaſſe. Ubi ſumma eccleſiaſtice et imperialis viguit ſanctionis. Ibi fuerat
legum ſacrarium: fidei viguit noꝛma et religionis ſpecimen inſtitutis et obſeruātijs
religioſiſſimis pꝛeoꝛnata. Licet et ibi quādoqꝫ ſathan non abfuit: qui Arrium Sa-
bellium: manicheos: neſtoꝛium: macedonum dipſtoꝛum: Eutbicem et ceteros ſuſci-
tauit hereſeon: qui in agro domini in tritico fidei zizania ſeminauit. Uerumqꝫ im-
pedimentum huic noſtro ſincero pꝛopoſito pꝛeſtitit. ꝙ veſtras imperiales litteras
dūtaxat decē diebus feſtum ſancti Gregoꝛij ꝑcedē ꝑſentate recepimus baiulo. Cū
vero regnum noſtrum dacie vbi reſidemus ad pꝛeſens inſulis interſecetur diuerſis
vadis ponti a ſe diſtantibus inuicem et pꝛimo tempoꝛe parliamentum regni noſtri
pꝛedicti: cuius cōſultatione in rebus grauioꝛibus affectare ſolemus abſqꝫ pꝛolixi tē-
poꝛis interuallis congregare minime poteramus. Tum etiam quia ſumus in pꝛo-
cinctu ad regnum noſtrum nauigandi noꝛwegie cum expeditione contra hoſtiū no-
ſtroꝛum incurſus quos frequentius ſuſtinemus. Quo propterea ceſarijs veſtris deſi-
derijs et hoꝛtantibus pꝛonunc ſatiſfacere minime potuimus. Si vo in pꝛefata di-
eta pꝛo ſancto iſto et pio opere celebꝛanda aliqua ſalubꝛia et vtilia concludentur:
de quibus nos certioꝛari curaueritis. quantum nobis poſſibile fuerit. ſaluis regnoꝛū
noſtroꝛum negocijs animo gratiſſimo faciemus. Ceterum in cauſa oꝛdinis pꝛuteno-
rum beate marie Jeroſolimitan̄ litteris vr̄e ſerenitatis pleniꝰ itellerimꝰ. Cuꝫ vo tal
iter oꝛdinē militiā et patriā ſit exoꝛta diſcoꝛdia vt peioꝛa magiſqꝫ idies nocitura ve-
riſimiliter foꝛmidamꝰ. Quo ꝑterea indies tractatꝰ concoꝛdie magis difficultari veri
ſimiliter timeamꝰ: in quo oꝛdini et p̄rie ex intimis ꝯdolemus. ſi tamen fuerimus req
ſiti obtentu veſtraꝝ imperialiū litterarū omnē ad oꝛdinis pꝛofectum et patrie con-
coꝛdiamqꝫ et pacem efficacem operā libenti animo impendemꝰ. Ualete ſereniſſime
pꝛinceps et frater cariſſime in illo qui habitat in celis et imperat: cuncta ſua oꝛdina
tōe gubernās feliciter et longeue cui nos offerimꝰ gratiſſimo animo ꝑparatos: affe-
ctantes a celſitudine fraternaqꝫ caritate vr̄a hanc preſentē excuſationē noſtrā coꝛam
illuſtribꝫ ꝑncipibus et ſereniſſimoꝛū regū oꝛatoꝛibꝫ et legatoꝝ aplice ſedis: qui die-
te conſtitute ꝑſentes extiterint legi et recitari. Datum in noua ciuitate nr̄a Roſtil-
dēn die dn̄ica palmaꝝ Anno a natiuitate dn̄i. M.cccc.liiij. nr̄o regali ſub ſecreto.

## Epiſtola.cxxxix.

A rege Aragonū ad ſacrū collegiū Car-
dinalium. ſponte cōtra thurcos ire.

Reuerendiſſimi in xp̄o p̄res ꝛ dn̄i amici nob ſingulares poſt memoꝛiam
nr̄am: Nihil ꝑfecto cecidiſſe recoꝛdamur qꝺ nos adeo cōmouerit aut tan
tā idignatōꝫ aio iniecerit: q̄ntā ꝯſtātiopolitāe vꝛb caſus ꝛ grecoꝝ miſerāda
atqꝫ iaudita calamitas: neqꝫ vo ob id ſolū idignamur. ꝙ grecia q̄ magꝰ pꝰ ē xp̄iāe gētis

amiſſa libertate oppreſſaꝫ ac in manuꝫ et ſeruitutem infideliū: ꝑ xp̄ianorum negligē-
tiam redactam ⁊ xp̄iano corꝑe diſtractā atqꝫ diſciſſaꝫ videmꝰ (Quāq̄ eſt id grauiſſi-
muꝫ quod ⁊ oīm mentes atqꝫ aīos magnoꝑe cōmouere atqꝫ excitare in vltionem de
bet) ſed etiā q: turpiſſimam et indigniſſimaꝫ notaꝫ nomini xp̄iano ob eam rem iniu-
ſtam cognoſcimus. ⁊ que vix vnq̄ vllis cōſilijs ꝑiculis aut laboribꝫ aboleri poſſe vi-
deať. Quid eñ tamindecens. tamturpe: tampudendum xp̄ianis. q̄ pati xp̄ianos a
barbaris opprimi ⁊ acerbiſſimo ſeruitutis iugo ſubijci fidemqꝫ nr̄aꝫ labifactari atqꝫ
funditus euerti. Pro q̄ tuenda atqꝫ ꝯſeruanda dubitare debet nemo q xp̄ianus re ſit
mortē impigre appetere. Sed hec ꝯmunis culpa ſit. Dū eñ alij alios intuemur añ cō
ſtantinopolis calamitatē ſi quis in eius defenſionē arma capiat ⁊ obſiſtere iniurie.
conetur: illa ciuitas interim capta eſt. ⁊ illa oīs grecia cōcidit. Capite eñ confracto
⁊ cetera membra caſſata ſunt. Cum aūt quottidie intelligamus ex multoꝝ ſermoni-
bus ac lr̄is ip̄m thurcoꝝ pricipem in eam inſolentiā ac furorem ꝓuectū eſſe. ob res
ſcdas q̄ ſolent animos extollere atqꝫ inflāmare: eumqꝫ nō cōtentuꝫ grecie captiuita
ti ceteris xp̄ianis atqꝫ e gretie clauſtris in ytaliaꝫ velle erumpere. Imperiuꝫ orbis
terraꝝ ſibi ꝑmittentē ⁊ xp̄ianam fidē euertere molientem. Inſtituimus animo: illiꝰ
furori ꝓ viribus noſtris obſiſtere: conatuſqꝫ eiꝰ nepharios quātū in nobis fuerit re-
primere atqꝫ infringere: Sperātes xp̄o deo noſtro autori atqꝫ fautori. ꝓ cuiꝰ fide de-
fendenda hanc expeditionē glorioſam ſuſcepturi ſumus: vt ⁊ alij principes ⁊ populi
xp̄iani vna nobiſcū ad ſalutē ſacroſancte romane eccie exemplo nr̄o excitēť ac fore. il
lum atrociſſimū fidei hoſtē nō ſolū vlciſcamur ⁊ intra gretie terminos cohibeamus.
ſed etiā recupata oī grecia ip̄m e tota europa depellamus: ac ne in aſia qdem ſua qui
etum eſſe ſineamus. Que cū ita ſint. R. p. vr̄as oratas eſſe volumus primuꝫ. vt voſ-
ipſi qui fidei xp̄iane duces eſtis in eam tuendā ⁊ ꝯſeruandā omēs vires ⁊ ſtudia vr̄a
conferatis. nec eam ruere patiamini. cuiꝰ ꝓtectores acerrimi merito eſſe debeatis: vt
alijs exemplo ſitis q ad vos oculos referūt qcquid agitis intuenť cum ad vos primū
qui eſtis religionis capita acceptam iniuriam ⁊ cladē hāc ꝑtinere exiſtiment. Dein de
vt cūctos ꝓp̄los principes ac reges xp̄ianos ꝑ legatos ac lr̄as q̄ad fieri poſſit exhor-
temini atqꝫ excitetis. vt ⁊ ip̄i exemplo vr̄o noſtroqꝫ h̄ et neceſſariū et maxime glorio-
ſum bellum ſuſcipiant. ⁊ ꝓ eo gerendo q̄s poſſint copias claſſes arma ⁊ comeatꝰ parēt
Si ꝓ fide noſtra tuenda in q̄ eſt ſalus nr̄a repoſita nō depugnamus. ꝓ qua dimicare
ſuſtinebimus? Si feramus iniurias xp̄o deo nr̄o factas. cuius ille ymagines deleuit
ſanctoꝝ ac martiruꝫ ſtatuis euerſis: reliquijs luto ꝓuolutis: ſacris virginibꝫ inceſta
euangeliſtaꝝ nullus dicat h facite in meā ꝯmemoratōem niſi ſolus lucas: qui pꝰ panem benedictū hec verba ponit. Nec poſt calicē geminat. Cū q̄ paulus h ad vtranqꝫ ſpēm repetit tenēdū ē. et poſt panē et poſt calicē dixiſſe dn̄m. h facite ī meā ꝯmemoratōem. Ex q̄bꝰ v̄bis p̄cepta tibi vtriuſqꝫ ſpēi ꝯmunicatio videt̄. Et q̄ p̄cepta xp̄i ſeruanda ſunt: his qui ſalui eſſe volūt. Quicūqꝫ ſub ſpē panis ⁊ vini nō acceperit ſacr̄m damnatōȝ incidit et in iuſta eſt ap̄lica ſedes huiꝰ inimica p̄cepti. Sed audi r̄n̄ſioneȝ fateoꝛ ſic locutos vt dicis euāgeliſtas. neqꝫ v̄bis pauli qcq̄ demo. Nō tn̄ idcirco eē p̄ceptū intelligo ſub ſpē panis ⁊ vini ꝯmūicari plebes. Nā v̄ba q̄ retuliſti nō oībꝰ fidelibꝰ ſ apoſtolis ſolū dicta fuerunt. Qui vt ē ꝯm̄s ſentētia doctoꝝ: aut iā ſacerdotes. aut tūc ſacerdotiū acceperūt. Nā ſi p̄ceptū id eſt. h facite in meā ꝯmemoratōeȝ: preceptū hoc nō ſacerdotes: nō plebē obligat eccleſiāqꝫ ſimul collectā: non q̄dlibet eccleſie membrū reſpicit: atqꝫ vt tecū neruoſus agā ⁊ argumētatōnibꝰ fortōribꝰ vtar: aut ſacerdotes erāt ap̄li qn̄ mandatū h acceperūt: ⁊ ad id ſoli ſunt obnoxij ſacerdotes: aut adhuc erāt laici. et tūc n̄ ſumere tm̄ ſ ꝯficere quoqꝫ ſacr̄m laicis eſt p̄ceptū. Sȝ hoc tā vobis q̄ nobis abſurdū eſt. Ergo ſacerdotes erāt ap̄li et ſac̄dotes tm̄ p̄ceptō ligat̄.

¶ Galeth. At paulus ad choꝝ. nō ſacerdotibꝰ ſoluȝ ſed vniuerſi plebi clericis laicis maribꝰ feminis ſcribit. ¶ Eneas. Nō mandat illic paulus ſ dn̄i mādatū refert ⁊ reȝ geſtā. ⁊ quō ſacr̄m inſtituit dn̄s exponit. Cunqꝫ nullus euāgeliſtaꝝ verba illa h facite in meā ꝯmemoratōem pꝰ ꝯmūionē calicis ponat. notandū eſt quō paulus loquat̄. Quid ille poſt panē ſacr̄m inquit hoc facite in meā ꝯmemoratōem. poſt calicē aūt. h facite quotiēſcūqꝫ biberitis in meā ꝯmemoratōeȝ. Addit̄ hic quotienſcūqꝫ biberitis. Quid ſibi vult h q̄tienſcūqȝ biberitis inq̄t facite. h eſt qn̄ neceſſariū erit de calice bibere. Qn̄ ꝯficietis. qn̄ ſacrificiū offertis h facite in meā ꝯmemoratōem. Qd̄ ſolis ſac̄dotibꝰ ꝯuenit. Duobꝰ nanqȝ modis h diuiniſſimū ſacr̄m ꝯſideramus. vt ſacramentū ſolum. vt ſacrificiū ⁊ ſacramētū. In ſacrificio vtraqȝ ſpēs exigit̄: q̄ imago eſt illius ſacrificij: in q̄ xp̄c aſſiſtēs pontifex futuroꝝ bonoꝝ ꝑamplius ⁊ ꝑfectiꝰ: tabernaculum nō manufactū. id eſt nō huiꝰ creatōnis ſeipm̄ ꝓ nobis ſacrificiū obtulit deo p̄ri ī ara crucis. Ideoqȝ nō ſolū rep̄ſentari dr̄ xp̄c paſſus: ſ etiā q̄ȝ paſſio xp̄i in q̄ ſanguis fuit a corpore ſeꝑatus referenda. In puro aūt ſacramēto qd̄ ad ſanctificatōem nr̄am requirimus. vt inuiſibilis gr̄a ſub viſibili ſpē nobis tradat̄: ſufficit rep̄n̄tatio xp̄i paſſi quē panis ſpēs abunde refert. Quia ⁊ dn̄s grano tritici ſe ꝯꝑauit q̄ mortuus eſt. vt multū fructū afferret. Atqȝ vt altius de tāto ſacramento loquamur. Triplex eſt (vt ait noſter aquinas ſanctus ⁊ ꝓfundiſſimꝰ doctor) huiꝰ excellentiſſimi rei ſignificatio triaqȝ tꝑa reſpicit. Ex p̄terito ſignificat nobis dn̄icā paſſionem vocat̄qȝ ſacrificiuȝ. Ex p̄n̄ti refert eccleſiaſticā vnitatē ⁊ ꝯmūio dicit̄. Ex futuro preſignat dei fruitōem. quā preſtolamur in celis. et appellat̄ viaticū: q̄ viā prebet ad patriā. et ſm̄ h etiaȝ eukariſtia id eſt bona gr̄a nuncupat̄: Et ſacerdotibꝰ quidē ſacrificiū ꝯuenit. ceteris v̄o ꝯmunio atqȝ viaticū: in quibꝰ ſpēs panis eſt ſufficiēs ſignū: q̄ ex multis granis ꝯficitur ⁊ pulchre denotat eccleſiaſticā vnitatē. et illū panē angeloꝝ q̄ fruemur in celeſti hierl̄m.

¶ Galeth. Multa ꝓuoluis ⁊ a ꝓpoſite queſtiōis ſtatu longe recedis. Hoc facite inq̄t dn̄s id eſt ꝯficite vt ego ſac̄m: ſumite vobis. bibite et alijs date: hic nodꝰ eſt: hic vis. ¶ Eneas. Pulchre de nodo locutus es. Nā tu noduȝ in ſirpo queris. ſed nō eſt hic nodꝰ quē ferūt alexandrum in curru Gordij reperiſſe. quē cū ſoluere manu nō poſſȝ. enſe recidit. Facilis eſt huius ſolutio nodi. Neqȝ em̄ inquit dn̄s quomodo ego feci: ſic vos facite. Sȝ hoc facite id ē hoc ſacramentū ꝯficite in meam ꝯmemorationem. Nā ſi notā precepti ſub illis latere verbis affirmas. Accipite ⁊ comedite ⁊ bibite. Dico q̄ prius ad ſacerdotes mandata referri: quia tunc apoſtoli ſacerdotiū ſuſceperūt. Ceterū ſicut mandatū illud. Euntes p̄dicate euāgeliū om̄i creature. Sic eſt iſtud. Suſcepit eccleſia non ab omnibus: ſed ab electis miniſtris ac ſacerdotibus exequendum. Sic doctores intelligunt verba domini: ſic ſancta eccleſia docet. Nā ſi xp̄s his verbis communionem calicis etiā laicis imperaſſet. nonſolum bohemis ſ alijs quoqȝ gentibus per tot annorum curricula reuelatū fuiſſet. Sed nulla ſcola h ſentit

nulla ciuitas probat:nulla extra bohemiam collegia tenent. Mirabile dictu eſt. ſi
multa fercula et mixta ceruiſie vina ⁊ longiſſimi ſomni melius vobis ſcripturam ex-
ponūt q̄ ceteris abſtinētie atqȝ vigilie. ¶ Galeth. Male nos arguis. Nō eñ noſtrā
ſed apoſtoloꝝ doctrinam grecorumqȝ ſequimur. ¶ Eneas. At illi nō dixerunt dam
natos eſſe populos qui de calice nō acciperent. Nec nos ad omnia tenemur que in ec
cleſia primitiua patres egerūt. Complurima illi que ad perfectōnis ſtatum pertine-
bant tanq̄ perfecti obſeruabant. Nec eñ quicq̄ proprij poſſidebant. Sed vt in actib
coꝝ lucas ait. Omnes qui credebant erāt pariter. et habebant omnia cōmunia. poſ-
ſeſſiones et ſubſtantias vendebant ⁊ diuidebāt illa oĩbus prout cuiqȝ opus erat.
Nos autem non cogimur omnia vendere:et tamen ſaluamur. Illi carnē cum ſangui
ne non edebant nos comedimus et non damnamur. Illis vxores fuerunt:nobis de-
ſunt et magis meremur. Illi populum a communione calicis non prohibebant. nos
arcemus et meritum inde recipimus obedientes eccleſie que communionem ſub ſpe
cie vini ſubtrahendam multitudini monente ſpiritu ſancto decreuit. dicente apud Jo
hannem domino. Paraclitus autem ſpiritusſanctus quem mittet pater in noĩe meo:
ille vos docebit oĩa ⁊ ſuggerat vobis omnia quecunqȝ dixero vobis. Cum enim ex pre
cepto chriſti nō ſit ꝯmunio calicis in populo. Quis non videt in hoc ſicut in ceteris
que dominus expreſſe non iuſſit eccleſie ſtandum eſſe iudicio. Cuncta enim que ſub
precepto diuino non cadunt regentis eccleſie ſunt diſpoſitioni commiſſa. Cuius mā-
data tanq̄ diuina recipienda ſunt ⁊ omni deuotōne complenda: quādo precepto dei
nō ſunt aduerſa. vel vtrum ſint aduerſa nō eſt certa cognitio. Sed nec tu tibi de Gre
cia blandiaris. q̄uis enim nō errant greci vetuſtam cōſuetudinem obſeruantes. non
tamen vobis excuſatio eſt qui ſub latinis nati educatiqȝ moribus. laudatum. ſecurū.
purum eccleſie romane ritum. auctoritate propria reieciſtis. q̄uis ordinationeȝ eius
ſiue conſuetudinem longo vſu probatam infringere peccatum tranſgreſſionis exiſtat
Nec ſcio quid vos in hac re grecā magis q̄ latinā eccleſiaȝ imitari compellat. Lati-
nus certe ſenatus ⁊ mūdius ⁊ rationabilius ⁊ cautius agit q̄ grecus. Nam trib' de
cauſis calicis potum plebibus interdixit. Prima ne rudis populus ſub duplici ſolū
ſpecie cōtineri xp̄m putaret. Altera ne qd' eſt liquidū multum. attrectatum manibus
effunderet in terrā: Quemadmodū nup in praga factum referūt vbi puerul' vix an-
niculus ab vbere matris ad ſanguinē domini raptus calicē ex manu minus ꝯſideran
ti ſacerdotis arripiens. ſacramētū ſparſit in humum. Tercia vt impleret figura ve-
teris legis. Que licet populo miniſtrari de ſacrificio iuberet: libamina tamē ſolis ſa
cerdotibus leuitiſqȝ reſeruat. Quid eſt grecam eccleſiam tātopere laudatis. An non
latinam eccleſiam multo florentiorem eſſe q̄ grecā cernitis:et noſtram longe lateqȝ
dominātem. Illaȝ machometi cultoribus ſeruientē. hanc vno ſub capite gubernatā.
illam multis ſciſmatib' implicatā: hāc templis ſublimiorib' exornatam. illaȝ omni
ſplendore nudatam: hanc ſemper recta dogmata predicantem. illam ſepius errori-
conſentientem. Nolo cum Cicerone dicere. Romanis aut nihil a Grecis ſuſcepiſſe:
aut ab eis recepta feciſſe meliora. Laudo et magnifacio grecos ex quorum fontibus
noſtri maiores hauſere doctrinam: Sed conſenuit Grecia. frigida eſt et non habet
qui calefaciat eam. Facta eſt ſub tributo domina gentium et que fuit aſianorum ma-
giſtra:nunc eſt diſcipula latinorū. Quid eſt quod vos bohemos ſub norma latina nu
tritos in communione calicis grecari compellit? Cur nō ceteras quoqȝ grecoꝝ ob-
ſeruantias amplectimini? Cur nō panem fermentatum conſecratis? Cur religiones
monachorum quas illi recipiūt aſpernamini? Cur veſtis ornatus vt illi ſacrificātes
non recipitis? Cur nō coniugio copulamini q' cum greca poteſtis et cum primitiua
eccleſia facere nō decet. Vos partim grecos partim latinos eſſe: aut calidū fieri opor
tet aut frigidum. Sed agite quod in rem veſtram eſt. Nolite plus ſapere q̄ oportet.
Audite docentem matrem. Amplectimini legem eccleſie que ſancta eſt et honeſtate
condita. Nolite putare ſemper apoſtolos alioſqȝ chriſti diſcipulos ꝯmunionē calicis
accepiſſe. q' poſt xp̄i paſſionē de calice rarus. de pane frequēs habet ſermo. vt ē illud

Cognouerũt eum in fractione panis.et in actib9 apoſtoloꝝ. Frangẽtes circa domos
panẽ. Et iteꝝ: ꝑſeuerantes in fractõne panis. Quib9 in locis nullã repimus de vino
mentõem. Sed nec moueri debetis ꝙ nõnulli doctores de ꝯmũione ſacramentali lo-
quẽtes illãq3 populo ſuadentes Johis verba recipiũt. ¶Neq3 eñ ꝓpterea illius loci
vel talis verus eſt et ꝓprius intellectus. Sed ex quadã ſimilitudine ꝯſonantiꝗ ratõ
ne trahiẗ inde ſenſus magis ꝙ duciẗ. Et lic3 doctorib9 oratorio more loquẽtib9 nũc fi
guris: nũc trãſlatõnib9 vti. ex quo fit: vt ſepe de ſigno loquẽtes trãſeant ad ſignatu3.
Sed plurimũ intereſt an determinando docentes an ꝑſuadendo ꝯmouentes loquan
tur. Et aduertendũ eſt. ꝙ ⁊ ſi pleriq3 doctores incidenter verba iohannis ad ſacramẽ
tũ altaris referãt. in ꝯtinua tñ expoſitõe nullus id agit: ſicut in libro quẽ de textura
euãgelioꝝ ſcripſit Zacharias Chriſopoletanus affirmat. Qđ aũt de leonis decreto
ꝯmemoraſti. nihil impedit noſtri ꝓpoſiti curſu3. ¶Nanq3 cũ manichei Leone ſedente
xp̃m nõ vero corꝑe ſed fantaſtico et ſine ſanguine veſtitũ ꝑdicarẽt. neq3 reſurrectõem
eius crederẽt. neq3 diẽ dñicum ſanctificarẽt: Sumẽteſq3 xp̃i corpus ſub ſpẽ panis vt
ſuũ palliarẽt errorẽ: potũ calicis rennuerũt: ¶Obuiaturus tãte nequicie pontifex ſta-
tuit vt qui ſub vna ſpecie ꝯmunicaſſet ab altera nõ abſtineret. Sic plurima ſepe ſta-
tuta ſunt ex cã: ex ꝑſona: ex loco: ex tꝑe: q̃ ꝯſiderare oportet qui de illis iudicãt. ne pri9
inculpẽt ꝙ intelligãt: prius arguant ꝙ ſenſu ꝑquirant. At cũ hodie alius ſit reꝝ ſta-
tus Cum veſtri nr̃iq3 ꝓgenitores ſub vna ſpecie ꝯmũicauerint: cũ multi doctores ab
eccleſia recepti et in cathalogo ſc̃toꝝ conſcripti miraculis choruſcantes retinendum
plebi calicem dicant. ¶Cum latina eccleſia id ſeruet. doceat. mandat: Suadeo vt vos
illi obtemꝑetis. cuſtodiatiſq3 legẽ matris: vt addaẗ gr̃a capiti vr̃o ⁊ torques collo ve
ſtro. Sicut ſalomonis v̓ba ꝓmittũt his q̃ ſunt matribus obſequẽtes. ¶Nicolaus.
Eſt ne vllũ aplice ſedis aut generalis ꝯcilij decretũ ꝙ laicos ſub vtraq3 ſpẽ ꝯmũica-
re ꝓhibeat? ¶Eneas. Vultis obtemꝑerare ſi decretũ oñdo. ¶Nicola9. Obtempe
rabimus ſi nõ erit legi diuĩe ꝯtrariũ. ¶Eneas. Lex diuia nulla eſt cui talis ſanctio
poſſit eſſe ꝯtraria. ¶Nicolaus. Tibi ſic videẗ. nobis lõge alia ſentẽtia ẽ. ¶Eneas.
Vos ꝯñionẽ duplicis ſpẽi de ꝑcepto dñi dicitis: ¶Nos ꝯtra. Cui magis credẽdu3 eſt:
vobis an ſedi romane? ¶Nicolaus. Ei credendũ ẽ cui ſcriptura diuina ſuffragatur
¶Eneas. At vos dicitis legẽ diuinã ſentire vobiſcũ. ¶Nos ꝯtra. quid mõ. ¶Nico-
laus. Qui verbis diuinis legis ꝓpinquior ẽ. hãc fidẽ digniorẽ puto. ¶Eneas. Quid
ſi eſt h̓ dubiũ: Quis obtinebit? ¶Nicolaus. Xp̃s dñs iudicabit. ¶Eneas. ¶Nullũ
ergo vt intelligo iudicẽ: nullũ in terra ſuꝑiorẽ vultis q res dubias diffiniat. Sic ne-
q3 romanũ põtificẽ caput eẽ xp̃iani ꝓpl̓i creditis. neq3 militantẽ eccleſiã honoratis: ꝙ-
uis eſt mgr̃a fideliũ: doctrix veritatis: inimica mẽdacij: mr̃ nr̃a que nos xp̃o regenera
uit ⁊ alit atq3 nutrit in fide. Et ſi vos aliud nõ moueret: vr̃a vos paucitas exterrere
deberet. ¶Quot eñ eſtis q aduerſus viuos innũerabiles ⁊ mortuos infinitos linguas
acuitis. Tota xp̃ianitas ꝯtra vos eſt. et tñ a ſentẽtia nõ receditis. Que ſi vera eẽt om
nes nr̃i ꝓgenitores cũ dyabolo et ei9 angelis arderẽt. q calicis expartes fuerũt. ¶Na3
regnũ h̓ poſtꝙ ſacramẽtis eccleſie relictis ydolis initiatũ ẽ: ſemꝑ aplice ſedis ritu cõ
municauit. exceptis paucis annis eui nr̃i: in q̃ monitore iohanne huſ atq3 Hieroni-
mo ab eccleſie vnitate receſſiſtis. ¶Galeth. Arguis paucitatẽ noſtrã: ſed xp̃s aduer
ſus multitudinẽ iudeoꝝ paucis diſcipulis circundatus predicare nõ timuit: nec mul
ti erant iudei ꝯſiderata gentiliũ multitudine qñ legẽ acceꝑunt moſaicam. ¶Eneas.
Xp̃s deus et hõ dñs et mgr̃. nouã daturus legẽ in mũdũ venit redẽpturuſq3 populũ
Qualis ꝯpatio lucis ad tenebras. Terre ad celũ: Xp̃i ad belial. ¶Nõ tñ dñs ſine mi-
raculis creditus eſt. neq3 moyſes abſq3 ſignis legẽ tulit. At vos que ſigna facitis vt
veſtre paucitati credamus. vobiſcũq3 ſumus. ¶Galeth. Generatio praua ⁊ adulte
ra ſignũ q̃rit. ¶Nos paucitatis nr̃e tutorẽ xp̃m habem9: q apud euãgeliũ diẽ. Vbicũq3
fuerint duo aut tres collecti in nomine meo: ego cum eis ſum. ¶Non indigemus hu-
mano fauore qui ducimur celeſti ductore. ¶Eneas. Apud Ciprianum martirẽ his
ſororia verbis nonnulli iactabant. Quibus ille ſic reſpondit. Corruptores euange-

lij atqꝫ interpꝛetes falſi extrema ponūt ⁊ ſupiora pꝛetereūt. partim memores partim
ſubdole ꝯprimētes vt ipi ab eccleſia ſciſſi ſunt. ita capituli vnius ſententiā ſcindunt.
Dn̄s em̄ cum diſcipulis ſuis vnanimitatē ſuaderet et pacē. Dico inquit vobis: quoni
am ſi duo ex vobis ꝯuenerint in terra de om̄i re quācunqꝫ petieritis ꝯtinget vobis a
patre meo qui in celis eſt. Ubicunqꝫ em̄ fuerint duo vel tres collecti in noīe meo ego
cū eis ſuꝫ. Oñdēs nō multitudini: ſed vnanimitati depcātiū plurimū tribui. Si duo
ingt ex vobis ꝯuenerīt in t̄ra vnanimitatē pꝛi⁹ poſuit. ꝯcoꝛdiā pacis an̄ p̄miſit. vt ꝯue
niat vobis fidelit̄ et firmit̄ docuit. Quō aūt pt̄ ei cū aliq̄ ꝯuenire. q cū coꝛpe ipi⁹ eccīe
⁊ cū vniuerſa fraternitate nou⁹ venit. ¶Notate v̓ba ⁊ ſig̃te miſteria. ¶Nō ē cū eis xp̄s
q ab eccleſia recedūt: In vna eccīa fuim⁹ oēs. pꝛi⁹ vna fides: vn⁹ de⁹: vn⁹ rit⁹ ⁊ vobis
⁊ nobis erat. ¶Nō nos a vobis: ſꝫ vos a nobis receſſiſtis: facientesqꝫ vobis ꝯuēticula di
uerſa: pegrina dogmata recipiētes: que nō audiuerāt p̄res noſtri: veritatis caput at-
qꝫ originē reliquiſtis. Ex ſi xp̄i p̄ntiā cupitis ad ſponſaꝫ eius redeūdū eſt. ¶Galeth
¶Nos in eccleſia ſumus neqꝫ ab illa receſſim⁹ vnq̄: Tranſire aūt ad vos dū xp̄i legē
violatis nulla ratō ſuadet. Quia nunq̄ miſtico xp̄i coꝛpoꝛi iungitur. qui ab eius euā
gelio ſepatur. ſed cur nobis retices. ſi qua eſt ꝯſtitutio q̄ ſumere calicē vetat? ¶Ene-
as. Quia noluiſtis obedientiā polliceri. Sed dicaꝫ tamē. ego ita vos pitos arbitroꝛ
vt ꝯſuetudinem vniuerſalis eccleſie nō minoris efficacie cenſeatis q̄ ſcriptam legem
quia vis legis ex cōſenſu reſultat. Conſenſus aūt minoꝛ nō ineſt ꝯſuetudini q̄ legi cō
ſcripte. ¶Nam ꝯſuetudinem longus et approbatus vſus inducit: Que nullius impedi-
menta clamoꝛe. diuino magis q̄ humano videtur recepta cōſilio: leges aūt q̄uis dei
nutu decerni credantur: ſepe tamen vel populi vel ſenatus magna pte diſſentiēte tra
duntur. Ob quam rem non minus plectendus eſt vetuſte conſuetudinis q̄ ſcripte le-
gis pꝛeuaricatoꝛ. Cuꝫ igit̄ iā pluribꝫ ſeclis obſeruarit eccleſia ne plebes de calice bi-
berent: decebat et vos bohemos huius obſeruantie tanq̄ paterne legis emulatoꝛes
exiſtere. que ſicut ante dictum eſt. neqꝫ noui neqꝫ veteris teſtamēti codicibꝫ aduerſat̄.
ſed ratōne magna ⁊ honeſtate ſubnixa eſt. Uerū quia ſcripti decreti ſanctionē requi-
ritis. non fruſtraboꝛ expectatōnem veſtram. Euoluite Conſtantien̄ concilium atqꝫ
eius acta perquirite. Conſuetudinē quā modo expoſui ⁊ approbatā ⁊ ꝓ lege rectam
⁊ ſcripto firmaꝫ repietis. In baſilea quoqꝫ dum generalis ſinodus illic erat. poſtq̄
exacte viſa ſunt ⁊ diligenter excuſſa ſacrarū teſtimonia litteraꝝ. magnoꝝ concilioꝝ
decretis. ac ſanctoꝝ patꝝ ⁊ illuſtriū doctoꝝ traditionibꝫ enucliate penſatis. decretū
pꝛomulgatum eſt. qđ apte declarat fideles laicos ſiue clericos ꝯmūicātes ⁊ nō ꝯficiē
tes. ad ſuſcipiendū ſub ſpecie panis ⁊ vini diuinū eukariſtie ſacramētū ex p̄cepto dn̄i
nō eſſe aſtrictos. In cui⁹ fine ſubiungit̄. Laudabilis q̄ꝫ ꝯſuetudo ꝯīcandi laicalem
populū ſub vna ſpecie ab eccleſia ⁊ ſanctis p̄ribus introducta. ac hacten⁹ diutiſſime
obſeruata. ⁊ a doctoꝛibꝫ diuine legis ſanctaꝝ ſcripturā atqꝫ canonū multā periciā ha
bentibꝫ. iā longo tpe ꝯmendata: pꝛo lege habenda eſt. ¶Nec alicui licitū eſt eā repꝛoba
re: aut ſine auctoꝛitate eccleſie ipam immutare. Sic ergo ⁊ ſcripta cōcilioꝝ habetis
decreta ⁊ vetuſtuꝫ eccleſie ritū. ¶Galeth. Poteſt eccleſia vel ꝯcilium q̄ xp̄s inſtitu-
it ſacramēta ꝑuertere? ¶Eneas. ¶Nō pōt. ¶Galeth. At ſacramentū hoc ſub ſpecie
panis et vini xp̄us inſtituit. Cur ꝑuertit eccleſia q panē ſolū ad laicos defert. ¶Ene
as. ¶Nō ꝑuertit eccleſia ſacramētū ſed ritum mutat. Que ſunt em̄ de neceſſitate ſacra
mentoꝝ immutabilia ꝑſeuerant. Que circa ritum ſunt imutare eccleſia pōt. Cuius
ptās nō minoꝛ ē hodie q̄ ſub apoſtolis erat. Poteſtas aūt ⁊ admīſtratō eccleſie ſicut
doctores tradūt: tribus in rebus conſiſtit. In oꝛdinibꝫ diuerſoꝝ pꝛelatoꝛum. In ad-
miniſtratōibꝫ ſacramentoꝝ. In diuerſis pꝛeceptis ſubditoꝝ. Ob quā rē nō ſine rōe
putauit doctoꝛ inſignis Aquinas. in arbitrio eſſe eccleſie diuerſos gradus pꝛelatoꝛū
inſtituere ⁊ inſtitutos pro rerum diuerſitate vel tempoꝝ amouere. Sic ſubdyaconi
ſunt oꝛdinati: quos eccleſia pꝛimitiua neſciuit. Sic p̄lati preſbiteris epiſcopi: quos
olim Hieronimus eq̄lis fuiſſe poteſtatis affirmat. Sic cardinaliū ſacer ſenat⁹ inuē-
tus. eccīe magnū dec⁹ ⁊ ſtabile firmamētū. Pōt etiā eccleſia in admiſtratōe ſacramē-

totum abolitis priorib⁹ nouos ritus inducere ⁊ cerimonias nouas. Qua de re licet
dominus diſcipulos ſuos facta cena communicauit: eccleſia tamē neqꝫ pranſos neqꝫ
cenatos fratres: niſi neceſſitatis cauſa tantum ſacramentū ꝑmittit aſſumē. Rurſus
quoqꝫ q̄uis amictus linthea xp̄s. quotidianaqꝫ veſte indutus. hoc ſacramentū inſti-
tuerit. dixitqꝫ pauciſſima verba. eccleſia tamen ob eius reuerentiā. et ornamēta veſti
mentoꝝ ſacerdotib⁹ dedit. ⁊ miſſaꝝ ſolennia ꝓphetaꝝ ⁊ apoſtoloꝝ lectionib⁹ ⁊ de-
uotis orationib⁹ adornauit. Sic eñ in veteri lege rubicatas pelles ⁊ rudia taberna-
culi ſacra ſublimis gloria templi ſecuta eſt. Sic et in nouo teſtamēto poſt illa eccleſie
primitiue rudimenta pedetentim ſplendor in cultu diuino et ritus ſacramentoꝝ ex-
politior et maieſtas ſacerdotij maior ſucceſſit. Tercio loco poteſt eccleſia ſtatuta ⁊ or
dinationes patrū que de morib⁹ agūt. ꝓut loco tempori ⁊ ꝑſonis viderit cōuenire im
mutare ⁊ abrogare: ſicut et prius diximus. Sed q̄tum ad ſacramentū ꝑtinet qđ ne-
ceſſarium eſt tolli nō poteſt: quod neceſſitati nō ſubeſt et variari poteſt. et tolli. In eu
kariſtia v̍o ſicut ante ꝓlatū eſt nō eſt vſus vtriuſqꝫ ſpeciei populo neceſſarius. adimi
ergo altera ſpecies nō inepte potuit. q̄2 non eſt hoc ſacramentum variare. ſed vſum.
¶ Galeth. Sacramentum eſt ſub ſpecie vini quis neget: ergo qui vini ſpeciem tollit
ſacramentū tollit. ¶ Eneas. Haud recte infers. Septem ſunt eccleſie ſacramenta
et ſi vos q̄nqꝫ tm̄ recipitis. ex his vnum eſt eukariſtia precellentiſſimum et maximū
hoc ſemꝑ integrum. ⁊ vnum eſt ſiue ſub vna ſpecie ſumit̄ ſiue ſub duab⁹: et licet mille
ꝑticule panis fiant viniqꝫ totidem. vnus tamen eſt vbiqꝫ totus ⁊ integer chriſt⁹. Nec
ſubtracta vini ſpecie ſubtrahit̄ ſacramentum: quia totum in altera ſumit̄. Recte igit̄
et ſanctiſſime Romana eccleſia in huius obſeruantia ſacramenti ſeſe habet. Quib⁹
ex reb⁹ ſi cōſolationem ſp̄ūs cupitis. ſi quietem amatis. ſi veritatem queritis. ſi lucri-
facere aīas vultis: ſedē apoſtolicam audite. ſequimini traditiones eius. honorate il-
lam quoniam ſancta eſt immaculata ſponſa xp̄i. columba pura et albiſſima: ex cuius
ore felicis ramus oliue dependet: qui pacē hoīb⁹ pollicet̄. ſuꝑbis bello minat̄. ¶ Fi-
nitis ſermonib⁹ iſtis aſſurrexit vnus de primorib⁹ thaboritaꝝ ⁊ animo ſatis inflato
Quid tu nobis inquit apoſtolicā ſedē tot verbis amplificas? Nos papam ⁊ cardi-
nales auaricie ſeruos nouimus: impatiētes: inflatos: tumidos. ventri ac libidini de
ditos: miniſtros ſceleꝝ: dyaboli ſacerdotes et antixp̄i precurſores: quoꝝ deus vent̄
eſt pecunia celum. Erat hic homo ventroſus craſſus et multo abdomine pinguis:
quē cū aſperiſſem admoui ventri eius leuiter manus ac ſubridens. Unde inquā tu-
mor hic ventris eſt. Cur te ieiunio maceras ⁊ affligis inedia. Riſerūt oīēs magniſ-
qꝫ illū cachinnatōnib⁹ exceperūt. At ego cū animaduerterē ſacerdotes illos magis
ſtudio contradicēdi q̄ꝫ voto diſcendi ad me veniſſe. poſui modū verbis meis ſubtra-
xiqꝫ diſputationi pedē. Intellexi eñ quia facilius ⁊ leuius eſſet turbulenti maris cō
citos fluctus clamorib⁹ retundere. q̄ꝫ illoꝝ rabiē ſermonib⁹ cohercere. Nam labor ir
ritus et nullius effectus eſt offerre lumē ceco: ſermonē ſurdo: ſapientiā bruto. Con-
uerſus tamē ad eos dixi. College mei pranſi ſunt. et itineri ſe accingunt: hora eſt vt a
vobis recedā: ſatis diu ſimul diſputauimus. Uos tñ vt video nec meis verbis fidem
ꝓbetis. nec ego vr̄is argumētatōib⁹ moueor. remaneamus oīēs qđ ante fuimus. Ex
iſtimaui h̄ priuſq̄ꝫ inciperē: nolui trāſilire vt mea taciturnitas opinionū vr̄aꝝ fieret
auctoritas. Nec quis poſthac diceret: fuit apud thaboritas Seneñ. ep̄us: nec q̄cq̄ꝫ
aduerſus illoꝝ ſnīaꝫ dixit: aut eos v̍a ſentire putauit. aut eoꝝ argumēta poſſe ſuꝑare
diffiſus eſt. Nā ſi nihil aliud verba nr̄a fecerūt: h̄ tñ preſtant. q̄ me vr̄is opinionibus
aduerſantē oīēs q aſtant intellexerūt. Uos tñ amplius et fortaſſe melius cogitabitis
Tūc illi ſi tp̄s eſſet afferem⁹ huc libros oſtenderemuſqꝫ tibi: q̄2 xp̄i ſequaces ⁊ legis
dei zelatores ſumus. Sꝫ vale. Ad q̄s ego: Nec vobis nec mihi ociū eſt. valete. Atqꝫ
hoc modo a me eos dimiſi et exeūte dñō de roſenberg. cū eo Soboſlaniā veni. atqꝫ in-
decurnā inſulā et ſeniorē de roſenberg dñm petiui: videbatur mihi vltra Sauroma-
thas ⁊ glacialē occeanū fuiſſe. inter barbaros. inter ātropofagos. aut inter mōſtruo
ſas indie libieqꝫ gentes. nec ſane in omni terra quā circuit amphitrites. gēs nulla eſt

monſtruoſioꝛ thaboꝛitis. Ethiopes em̄ quoſdaꝫ et ſcitas ⁊ Trapobanos coꝛpoꝛis vi-
cio mōſtruoſos aiunt. Thaboꝛitas vͦo deprauate mētis vicia ⁊ innumerabiles ani-
me macule mōſtruoſos efficiūt. Ad quos om̄s hereſes migrauere. q̄s ab initio naſcē-
tis eccleſie vſqꝫ in hūc diē peſtifera ingenia ſeminarūt. Sūt ibi nicolaite: ſūt arria-
ni: ſunt manichei: ſunt armeni: ſunt Neſtoꝛiani: ſunt berengarij: ſunt paupes de lug-
duno. Precipui tm̄ apud eos waldenſes habentur vniꝰ xp̄i vicarij ⁊ aplice ſedis ini-
mici. q dū frena ſupioꝛitatis abijciūt: libertatēqꝫ pꝛedicāt. neceſſariū eſt vt om̄es erroꝛes
admittant. A qbꝫ dū exiuiſſeꝫ. et inferiori videbar inferno reuerſus. Nec me priꝰ ad
ſupos recepiſſe putaui q̄ꝫ Budwiſcos atqꝫ vlricū de roſenberg ꝯueni. Nā ⁊ Budwi-
ſei nullis hereſibꝫ inquinati ſunt. ⁊ vlricus acerrimꝰ hoſtis hereticoꝝ verus eccie filiꝰ
inter alios bohemie principes q fidē catholicā vͦbis armiſqꝫ tuent. anterioꝛ ē dignꝰ
quē ſedes aplica inter caros habeat ⁊ inter primos honoꝛet. Scripſi hec tue ꝑſtabili-
tati feſtino ⁊ currenti calamo. Pꝛopante nāqꝫ romā Johe meo quē ꝓbe noſti: malui
te q̄ mihi in hac via ꝯtigerāt vtcūqꝫ narrata cognoſcē. q̄ꝫ penitꝰ ignoꝛare. Res altas
de fide diſputātes ⁊ archanos ſcripture ſenſus attingē ꝑſumpſimus. Scio qꝛ nō defu-
erūt ineptie. Nam rudem et inexptū tyronē hec me pugna ſuſcepit. Sed nolui latrā-
tes impune lupos abire: nolui deſerere veritatē: nolui eccleſie deeſſe. et quoniā impe-
ritie mee tenebras nō ignoraui. ſupne claritatis lumen intrepidus expectaui. iacta-
ui ſuper dominum curā meam ⁊ ipe adiuuit. ſenſi diuinitus aſſiſtentiam. nam verba
neſcio quomodo ſuapte fluebant. quibꝫ miſeri thaboꝛite miſerabiliter pꝛemebantur
benignus et miſericoꝛs dominus: qui nec peccatoꝛum voces obaudit. Credo ⁊ certꝰ
ſum quia nō mea vita: ſed mea fides meruit audiri. ne thaboꝛitarum elenchis inuol-
uerer aut ſophiſmatibꝫ caperer. vtcunqꝫ res acta eſt. Scio me plura tunc dixiſſe ⁊ mi-
nimo ſcripſiſſe digna coꝛreptōne. Sed que tunc dixi coꝛripi nequeunt. quia ſemel e-
miſſum volat irreuocabile verbuꝫ. Que nunc ſcribo facile poterūt emendari priuſq̄ꝫ
edantur. Ideo te ꝑ veterem beniuolentiam ⁊ quam mihi ſemper oſtendiſti caritateꝫ
precor te et oꝛo huic opuſculo vt tuam limam ſummamqꝫ manum admoueas: Neqꝫ
pꝛius in lucem ſinas exire: q̄ꝫ tuo fuerit acri ⁊ graui iudicio compꝛobatum. Uale no-
ſtri memoꝛ et amans. Quando deus et fata volent veniemus ad te. Ex nouaciuitate
.xij. kal. ſeptembris. Sub anno dn̄i M°.cccc°.lj°.

## .Lxxxj.

Oratio Enee de Conſtantinopolitana clade et bello contra Thurcos ꝯgregādo.

Conſtantinopolitana clades Reuerendiſſimi patres. Illuſtriſſimi prin-
cipes. ceteriqꝫ viri genere ⁊ doctrina pꝛeſtabiles. q̄ꝫ Thurcoꝛum gran-
dis victoria: Grecorum extrema ruina. Latinorum ſumma infamia
fuit: vnumquēqꝫ veſtrum vt arbitror. tanto magis angit magiſqꝫ cru-
ciat: quanto ⁊ nobilioꝛes eſtis et melioꝛes. Quid enim viro bono et nobili magis cō-
gruit: q̄ꝫ curam gerere fidei oꝛthodoxe: fauere religioni: chriſti nomen ſaluatoꝛis pꝛo
ſua virili magnifacere atqꝫ extollere. Sed amiſſa nūc Conſtantinopoli: tāta vrbe in
poteſtatem hoſtium redacta: tanto chriſtianoꝛum ſanguine fuſo. tot animabus in ſer-
uitutem abductis: vulnerata eſt miſerabiliter catholica fides. Confuſa turpiter no-
ſtra religio: chriſti nomen damnificatum nimis atqꝫ oppreſſum. Neqꝫ ſi verum fate-
ri volumus. multis ante ſeculis maioꝛem ignominiam paſſa eſt. q̄ꝫ modo chriſtiana
ſocietas. Retroactis nanqꝫ temporibus in aſia atqꝫ in aphꝛica: hoc eſt in alienis ter-
ris vulnerati fuimus: nunc vͦo in Europa id eſt in patria in domo propria: In ſe-
de noſtra percuſſi ceſiqꝫ ſumus. Et licet dicat aliquis ante plurimos annos: ex aſia
Thurcos in Greciam tranſiuiſſe: Thartaros citra thanaim in Europam cōſediſſe
Saracenos herculeo mari traiecto haſpanie poꝛtionem occupaſſe. nunq̄ꝫ tamen aut
vrbem aut locum amiſimus in Europa. qui Conſtantinopoli poſſit equari. Eſt
enim ciuitas illa totius terre que cōmode colitur pene centrum. Poꝛtumqꝫ habet
⁊ ampliſſimū ⁊ tutiſſimū: in quo nō dicaꝫ naues ſ numeroſe claſſes armari ſuſtenta-

riqꝫ poſſunt.atqꝫ inde ꝑ boſſorū.hinc ꝑ heleſpontū ad omnia mediterranei maris
ſiue tuēda ſiue vexanda littora trāſmitti.At hic locus tā cōmodus tā vtilis tā neceſ
ſarius nobis tacētibus:ne dicam dormiētibꝫ amiſſus xp̄o ſaluatori: lucrifactus ma-
hometo ſeductori ē.Quid ꝙ ibi ex duobus imperatoribus xp̄ianis alter occiſus eſt
Nonne ex duobus xp̄ianitatis oculis alterū erutum.ex duabus manibus alteram
amputataꝫ dicere poſſumus?Addite ꝙ ex quatuor ſedibus illis patriarchalibꝫ p̄-
mis ⁊ p̄cipalibus.q̄bus veluti ſolidiſſimis baſibus xp̄iana ſubnixa fides:ī om̄em
terrā ramos ſuos extendit.Maiores noſtri duas ſimul cū hieroſolimitana.ꝑ igna
miaꝫ atqꝫ ſecordiaꝫ perdidērt:nos terciam et illaꝫ quidē cui om̄es pruteni:m̄lti ad
boream:multi ad orientē:thanaim iacētes populi ſeruiebāt:nō minori deſidia:ma-
iori tn̄ infamia prorſus amiſimus.Nimirū principes ſi doletis om̄es ac de tāto xp̄i-
anitatis vulnere:q̄ cecidiſſe grecos:ſuperaſſe thurcos:cōfuſos eē latinos animaduer
titis.cōſternati atqꝫ attoniti eſtis.Sꝫ nō ē minor diui ceſaris friderici dn̄i nr̄i glori
oſiſſimi q̄ veſter meror.Vidiſſetis euꝫ cū tanti mali factus ē primū certior.in cubicu
lo flentē.in aula meſtum.in cōſilio ſolicitum.ī eccleſia ſupplicē.ī quouis loco turba-
tū ⁊ anxium.Verum cū res xp̄iane nō tam dolorē ⁊ lacrimas.q̄ vigorē ⁊ arma requi
rent(Nā thurci maiora indies mala minātur)operepreciuꝫ exiſtimauit ſua ſereni-
tas.tum principū.tū ciuitatū accerſiri cōuētum.in quo d̄ tuenda xp̄iana republica
cōſilia caperētur.Nā priuſq̄ incipias cōſulta ⁊ vbi cōſulueris mature facto opus ē.
Fuit itaqꝫ cōcilium apud ratiſpanam cōuocatum.que ibi geſta ſunt omnes tenetis.
Ex autoritate illius cōgregatōnis hic nūc cōuentus habetur.Cur non fuerit apud
nurēbergam indicta cōuentia?⁊ cur nequiuerit ad hec negocia Ceſar aſcendere.ſa-
tis his diebus expoſituꝫ ē.Ille quidem pro tanta xp̄ianitatis neceſſitate in hoc con-
uentu minime defuiſſet:ſi domum tutam relinquere potuiſſet.Sed cum eius deſide
rium ab his impediretur:quibus nō tam pax ⁊ otium q̄ cōtentōes ⁊ bella ſunt vſui
miſit hoſce p̄ſtantiſſimos et celeberrimos legatos.qui ſuum locuꝫ tenēnt.ſuaſqꝫ vi-
ces implerent cū plena ⁊ ampla poteſtate.ſiue res imperij ſiue commune fidei tuēde
negocium tractare libet preſto erunt.Ceterum quia ſuper articulis ratiſpane medi-
tatis.hec potiſſimum congregatio cōſultura eſt:voſqꝫ ceſaris animum circa illos co
gnoſcere cupitis:que ſit eius mens:que ſententia.que voluntas:aperire me nūc col
legarum meorum autoritas iubet.Ego qui malo per obedientiam parum prudens
q̄ per contumaciam videri ſapiens.onus meis humeris pene intollerandum ſubiui
confiſus in eius auxilio qui victimis obedientiam pretulit.Nec timeo ſub tanto fa-
ſce deficere.quando preſto ſunt qui cadenti mihi manum porrigant.Pareo quoqꝫ ī
hac re tanto libentius.quanto et cōſpectum veſtrum frequentiorem intueor.⁊ mihi
benigniorem autumo.Nec ego de omnibus articulis verba faciam:ſed illum qui eſt
p̄cipaliſſimus aggredior.hoc eſt an cōtra thurcos.qui Conſtantinopolim per in-
iuriam inuaſerunt:nobilitatem cum principe grecorum occiderunt:ſacra noſtra om
nia polluerunt:et vltra vincula verbera cedes xp̄ianis omnibus minitantur:ſit bel
lum ſuſcipiendum.Quo perſuaſo.quantas habere copias neceſſe:quomodo legēdi
milites:que ſtipendia danda:que priuilegia cōcedenda:vnde cōmeatus habendi:q̄
bellica inſtrumenta paranda:quo tempore.qua via ſit eundum facile cōcordabimꝰ.
Capitaneum quoqꝫ ſeu belli ducem quem priſti romanorum imperatorem appellare
cōſueuerunt.non erit arduum nominare.Neqꝫ dubitabitis illum eligere in quo ſit
ſciētia rei militaris eximia:virtus excellēs.autoritas euidens.preſumpta felicitas.
qui ſit laborioſus in negocijs:fortis in periculis.induſtrius in agendo:celer in cōfi-
ciendo.cōſultus in prouidendo.qualem reperire apud vos minime dubitaueri.Nec
d̄ pace domi tuēda multū laborabitis:ſi foris bellū gerere decreueritis vt poſtea ſuo
loco dicemus.Intelligitis iā p̄cipes orō mea q̄bꝫ in rebus radices agat.⁊ que ſit
cauſa in manibus videtis:de bello gerendo tota cōſultatō ē.Ego q noīe ceſaris bel-
lū venio ſuaſurus.nequaq̄ hoc oneris accepiſſem:niſi rē dignā vr̄a ꝟtute.vr̄a nobili
tate.vr̄aqꝫ natōe.manifeſtiſſime priꝰ intellexiſſeꝫ.Agite igit̄ audite ⁊ ꝯſcite an bel-

lum hoc ꝓ fide veſtra xpiana ſuſcipere debeatis. ¶ Omnis ſenatus omniſq; populus
cui bello gerēdo cōſultatio eſt. clariſſimi pꝛincipes tria diligēter ac rigide ⁊ preſſe diſ-
cutere debeatis: ne quid agat cuius deniq; penitudo ſequatur. Turpe eſt em̄ vt Sci-
pionis prouerbium fuit: poſtq̄ erratum eſt dicere: nō putaram. Bellum ergo geſtu-
rus primo querat an ſit iuſtum. ſecūdo an vtile. tercio an facile. Niſi em̄ hec tria cō-
currāt: n̄ eſt cur bonis atq; prudentibus viris belligerendum ſit. Diſcutiamꝰ ⁊ nos
hec ex ordine pꝛīcipes. Ac primū de belli iuſticia cognoſcamus. Bellum quod ꝓ tuē-
da religione: ꝓ ſaluāda patria: ꝓ cōſeruādis ſocijs: ex auctoritate ſupioris gereret̄
nemo vnq̄ veterum reputauit iniuſtum. Hinc moyſi. hic ioſue. hic ſaulis. hinc daui-
dis. hinc machabeorum p̄lia cōmēdātur. Hinc illi demoſcenis clamores. quibꝰ ple-
num exultabat apud athenas theatrum ī marathone. ī arthemſio. in ſalamina pro
patria defunctos cōmēdātis. Hinc ex romanis oracij. decij. fabij. et alij pene innume-
rabiles celebrātur. qui ꝓ ſalute ſuorum ciuium ſe deuouere. Hinc ex veſtris germa-
nis karoli. rolādi. raynaldi. cōradi. ottōis. heinrici. friderici. et nis p̄conijs extollūt̄.
Qui ꝓ tutādis xpianoꝝ finibꝰ. maximis ſe periculis obiectarūt. Nūq̄ tamē veſtris
ꝓgenitoribus tam iuſta pugnādi cauſa. q̄ vobis obiecta eſt. Nūq̄ illi iam attrocem
iniuriam tam inſignem cōtumeliam ab infidelibus accepezūt. quēadmodum per peſ-
ſa eſt hec noſtro tempore xpiana cōmunitas. Repetēda eſt breuiter hoc loco cōſtanti-
nopolitana calamitas. Si em̄ ⁊ iniurie magnitudo nocior ⁊ belli iuſticia manifeſti-
or erit. nulla pulſatus iniuria mahometus. Sic em̄ vocatur q thurcis imperat. Bel-
lum grecis indixit. Cōſtantinopolim obſedit. ac male defenſā expugnauit. Ubi cō-
ſtātinus grecorum imperator intrātibus vrbem thurcis. ī extremo patrie ſue pericu-
lo fortiſſime pugnās obtrūcatur. Caput eius lācea infixum ſpectaculo fertur. Fit mi-
ſerāda grecorum cedes: occidūtur nō ſolum qui ſe tueri conātur: verūetiam qui ꝓie-
ctis armis ſeſe dedūt. Nec ego ꝟ magni duco ī ipo furore p̄mi introitꝰ trocidatos eē
q̄plurimos. Illud horreo: illud abhominor. illꝺ omino deteſtor. Capta ciuitate: de-
poſitis armis: cōiectis ī vīculis ciuibus: tum maxime ſeuitum eſt: tum filij ante ora
parētum occiſi: tum viri nobiles velut beſtie mactati. : tum ſacerdotes laniati: tū mo-
nachi excarnificati: tum ſacre virgines inceſtate. tum matres ac nurus ludibrio ha-
bite. O miſeram vrbis faciem. O infelicem populū. O ſceleratū mahometū. Quis
talia fādo temperet a lacrimis. om̄ia luctu plena. cede. cruore. cadaueribus erat cer-
nere. Mahometus ipe terribili facie. tetris oculis. terribili voce. crudelibus verbis
nephādis nutibus homicidia mādat. nūc iſtum nūc illum ad cedē poſcit: manus in
ſanguie xpianorum lauat. Om̄ia fedat. om̄ia polluit. Templa dei noſtri pſeudo ꝓ-
phete tradūtur: diuina altaria ꝓterūtur. Oſſa martirum ⁊ aliorum ſanctorum iam
cum xp̄o regnantium. aut porcis aut canibus obijciūtur: frangūtur ſtatue: picture de-
lētur. Nec matris domini regine celorum glorioſe marie virgīs ymagini parcit̄. qn
et ipm ſaluatoris xp̄i crucifixi ſimulacrum cum magno clamore: maiori irriſione p̄-
cedētibus tympanis ac tubis ī caſtra ꝺfertur: huc atq; illuc rapit̄: cōſpuitur. luto ꝓ-
uoluitur. O nephas inexpiādum. O ignominiam xpiane gētis. O dedecus noſtri no-
minis ſempiternum. Huic ſigno in quo redempti et ſaluati ſumus. thurcorum feti-
dum genus illudit: ⁊ quaſi nos ſignum n̄ ſignatum colamus. Hic eſt inquit xpiano-
rum deus. Sētio quia cōmouemini pꝛīcipes dum ſaluatoris iniuriam refero. dum
tante ciuitatis damna cōmemoro: ꝟ qs cladem illius vrbis: qs funera fando expli-
cet aut poſſit lacrimis equare labores. horret animus talia meminiſſe luctumq; r̄fu-
git. O nobilis grecia. Ecce nūc tuum finem: nūc demum mortua es. Heu quot olim
orbes fama rebuſq; potētes ſūt extincte. Ubi nūc thebe. vbi athene. vbi nicene. vbi la-
riſſa. vbi lacedemon. vbi corīthiorum ciuitas. vbi alia memorāda opida: quorum ſi
muros queras nec ruinas inuenias. Nemo ſolum ī quo iacuerūt queat oſtēdere: gre-
ciam ſepe noſtri ī ipa grecia requirūt: ſola ex tot cadaueribus ciuitatum cōſtātino-
polis ſuperat: quem paruo ambitu bizantij a pauſania quondā edita. per cōſtātinū
primum imperatorem eius nomīs ī emulatōne romane vrbis erecta. tātum opum

mirabilium.tantū armorum.tantū litterarum.tantum glorie habuit.vt om̄ium ciui
tatum damna hec ſola vrbs recōpenſare ac reſarcire videretur.hinc poſt pacem cum
Gratiano factam ⁊ a Theodoſio cōfirmatam veniens Conſtantinopolim:rex Go-
torum Athanaricus.cum regie vrbis amplitudinem ſplendoremq̄ cōtemplatus eēt
veluti ſtupens dixiſſe fertur.Uere deus terrenus eſt imperator hic habitās.Et quiſ-
quis aduerſus eum manus mouerit:ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit.Et q̄uis poſt im-
periū ad vos o germani trāſlatum:ſepe Cōſtātinopolis capta direptaq̄ fuerit:nūq̄
tamē i poteſtatem xp̄i hoſtium:niſi modo deuenit:nūq̄ baſilice ſanctorū dirute:nū
q̄ bibliothece cōbuſte:nūq̄ monaſteria deſolata:nūq̄ ſacra nr̄a ex toto niſi nūc dele-
ta fuere.Itaq̄ māſit apud cōſtātinopolim vſq̄ ad nr̄m tempus vetuſte ſapientie mo
numētum:ac velut ibi domicilium litterarum eēt.⁊ arx ſumme ph̄ie.Nemo latinoꝝ
ſatis doctus videri poterat niſi cōſtantinopoli aliquādiu ſtudiſſet.q̄dq̄ florēte Ro-
ma doctrinarū nomē habuerūt athene.hoc tempeſtate noſtra cōſtantinopolis obti-
nebat.vn̄ et multa veterum ſapiētum volumina ſuſceperamus ⁊ in futurum ſuſcipe-
re ſperabamus.At nūc vincētibus thurcis ⁊ om̄ia poſſidentibus que greca potētia
tenuit:vereor ne de litteris grecis om̄ino ſit actum.Neq̄ em̄ vt pleriq̄ arbitrantur
aſiani ſunt ab origine thurci.quos vocāt theucros ex quibus eſt romanorum origo
quibus littere nō eſſent odio.Scitarum genus eſt ex media barbaria profectum.q̄d
vltra ex euxinum pirrichioſq̄ mōtes vt ethico ph̄o placet ad ſeptentrionalem occea-
num ſedes habuit.gens immūda et ignominioſa.fornicaria in cūctis ſtuprorum ge-
neribus.que vt tradit veſter otto friſingēſis epiſcopus.nō futulis auctor:regnante
apud francos Pipino mōtes caſpios exiuit.ac lōgo itinere i aſiam ſe recepit.ibiq̄
poſthac morata eſt.Et q̄uis ſubmitti celo ⁊ mūdiori terra per tot ſecula parumper
excultam ſe prebuerit.ſapit tamē adhuc multum priſtine deformitatis.neq̄ oēm bar-
bariem deterſit.Carnes adhuc equorum veſonciū vulturumq̄ comedit.libidini ſer-
uit.crudelitati ſuccūbit.litteras odit.humanitatis ſtudia perſequitur.In cuius ma
nus veniſſe nūc doctam eloquētemq̄ greciam.neſcio quis ſatis deflere queat.Sed di
citis milites.Quid tu nobis litterarum detrimēta cōmemoras.quid nobis de litte-
ris.nos haſtas gladioſq̄ verſamus.Uos genus ignauum tecto gaudens ⁊ vmbra.
Immo vō fortiſſimi equites nullius q̄ veſtri magis intereſt ſtudia litterarum eſſe q̄
florētiſſima.Quid em̄ vos viri excellētes aliud queritis:cum preſtanti animo ⁊ alto
corde prelium cōmittitis.q̄ fame dulcedinem.laudari vultis ſcio.⁊ gaudetis cum d̄
vobis bonos eē rumores auditis.Trahimur om̄es ſtudio laudis.et optimus quiſq̄
gloria ducitur.inquit Cicero.Sed que laus veſtra diuturna eſſe poteſt niſi litteris
cōſecretur.Breuiſſima eſt fama que humane vite ſpacio terminatur.Uiuūt nomine
prohemij quos littere inſertos habent fortunati ambo ſi quid mea carmina poſſunt.
nulla dies vnq̄ memori vos eximet euo.In eurialum et niſum inquit maro.Nec
nos aut Sampſonis aut Gedeonis aut iepte aut aliorum iudicium fortitudinem
regumq̄ magnifica geſta ſciremus:niſi litteris edocti eſſemus.Quanto ergo quiſq̄
veſtrum nobiliſſimi equites aut induſtrior eſt aut fortior animoſior.tāto fauere inge
nijs ac litteris magis debet.Hec ſunt em̄ que progenitores veſtros virtute preſtātes.
q̄uis iam dudum mortuos:memorie tamē hominum quaſi viuētes exhibēt.⁊ que ve
ſtrum nomen ſi viriles fueritis ad poſteros deferre cum laude queant.Senſerat hec
alexander macedo.qui cum i Sigeo ſepulcrum vidiſſet achillis.O fortunate inquit
adoleſcēs qui tue virtutis p̄conem homerum inueneris.Et vere inquit orator.Nā
niſi illi ars illa fuiſſet.idem tumulus qui corpus contexerat nomē etiam obruiſſet.
Themoſtenes autem ille ſummus athenis vir.cum ex eo quereretur cuius vocem li
bētiſſime audiret.A quo ſumma virtus inquit optime laudatur.quo dicto nimirum
humanitatis ⁊ eloquētie ſtudia magnope cōmēdauit.At nūc cōtrita deletaq̄ grecia
quāta ſit facta lr̄aꝝ iactura cūcti cognoſcitis.q latinoꝝ oēꝫ doctrinā ex grecoꝝ fontibꝰ
diriuatā n̄ ignoratis.Quid ḡ i tāto dāno i tāta iniuria dicēꝰ pncipes.An ꝯ iuſticia belli
aduerſꝰ h̄ mōſtra hoīꝫ dubitabiꝰ q nulla hūaītatis ſtudia colūt.q fedēa nll'a cuſtodiūt

qui ſanguinē nrm ſitiunt:qui cedibꝫ ſaturari nō poſſunt:qui ſacra dei noſtri omnia
polluunt et extermināt. Fortitudo inquit ambroſius in officijs que bello tuet̃ a bar-
baris patriam. vel domi defendit infirmos vel a latronibus ſocios. plena iuſticia ē
Ac ſi ordo ille naturalis paci accōmodatus auguſtino teſte id poſcit vt ſuſcipiendi
belli auctoritas atqꝫ ꝯſiliū penes principes ſit. neqꝫ bellū alioquin iuſtū exiſtimetur
videte quāta ē huius belli iuſticia. cuius nō ſolū papa et imperator duo maxima lu-
minaria:duo primi in terra principes:ſ; ipē rector orbis mūdiqꝫ fabricator deus eſt
autor. qui ſponſam ſuam eccleſiā matrē noſtrā vt pupillā oculi nobis tuendā cōmē-
dat. ¶ Monſtrauimus belli iuſticiā fortaſſe pluribus verbis ꝙ neceſſe fuit. Sz tra-
xit me iniuriarū acerbitas. Parcite ſubirato. Date veniam leſo. Nunc ex bello que
ſequatur vtilitas breuiter exponēdum ē. Cur em̄ ſe bello quiſꝙ immiſceat. niſi ⁊ bel
lo ſe iuuat. Uos igitur principes ſi fructum huius belli cōtra thurcos ſuſcipiēdi co-
gnoſcere cupitis. damna que toti xp̄ianiſmo imminēt. niſi thurcoꝝ frāgat̃ impetus
penſitate. Audiuiſtis que paſſi ſunt Conſtantinopolitani. Idem nunc multe ciuita-
tes expectant:niſi dū tp̄us eſt opitulamini. Serpit indies hoc virus magis ac ma-
gis. nūc vna ꝓuintia nūc alia nobis deficit. Raſcia iā nouiſſime occupata ē. Diſpo-
tus eius ꝓuintie cū coniuge et liberis in vngariam ſe recepit hungari qui hactenus
noſtri fidei clipeus. nr̄e religionis murus fuere:bis victi bello poſt mortē alberti re
gis. bis capti a thurcis ſunt. centūmilia hominū aut eoplus duobus prelijs amiſere
Nō tulerūt integri thurcorū vires quō fracti ferent. Succubuerunt auxiliantibus
polonis. quomodo vincent ſoli. Magna eſt thurcorum potentia et in aſia et ī grecia
Thartarorū ferocem gentē federe iunctā habent. Ducenta et tercentamilia pugna-
torū ne dicā plura in armis cogere poſſunt. Euis ſint hungari ſtrennui et potenteſꝫ
viri atqꝫ omni laude digni:nō tamē tantis viribꝫ pares habētur. Siue vincit̃ hun-
garia ſiue coacta iungit̃ thurcis:neqꝫ italia neqꝫ germania tuta erit neqꝫ ſatis reuꝰ
gallos ſecuros reddet. At nōnulli quia ſuis diebus nō videre ſimilia nec fieri poſſe
cōfidunt. Nos aūt ſepe thartaros ꝓtrita hungaria germanie fines ingreſſos ad re-
num vſqꝫ debachatos nouimus. Hungari priuſꝙ xp̄m colerent. ſepe auſtriā bauari
am. ſueuiam. franconiā. ſaxoniam ꝑcurrerūt. Attila rex hunoꝝ ab hungaria ꝗ tūc
pannonia dicebat̃ digreſſus. quātas italie. quātas germanie. quātas remotiori gal-
lie atqꝫ hiſpanie turbas intulerit. nō ignoramus. Quid gothos. quid wandalos. qd
gepidas. quid herulos. quid longobardos. quid burgundiones referatur? Omnes
hi populi per hungariā ab vlteriori Scithia veniētes. hanc nr̄am xp̄ianitatē miris
afflixerūt modis. Expectabimus igit̃ ⁊ nūc venire thurcos. atqꝫ acceſitis thartaris
nobilē atqꝫ potētem hungariā ſui iuris efficere. ac deinde reliquam xp̄ianitatē locu-
ſtaꝝ more corrodere. Pugnandū ē vobis omnino principes. ſi liberi. ſi xp̄iani vitam
ducere cupitis. Exiſtimatote nūc. an ſaluis et integris ſocijs. an fractis atqꝫ dimiſ-
ſis id agere magis expediat. Romani quos fama ſapientiſſimos fuiſſe predicat. ſo-
cioꝝ tutelam ſemꝑ ſuā ſalutē eē ducebāt. ac foris ꝙ domi pugnare malebant. Nam
foris ſi qua fuerit accepta calamitas emēdari poteſt. Que domi excipiuntur clades
exitiales habētur. hinc hanibal maximꝰ ille penorum imperator. cū regi Sirie anti
ocho aduerſus romanos bellum ſuaderet. nō in aſia ſiue in grecia:ſ; in italia pugnā
dū eē dicebat. Et nos ergo theutōes. ſi quēadmodū ſpero ſapiētes eritis maiores ve
ſtros imitabimini:qui remota ſemꝑ a domo bella gerere. ac vicinorum fines nō mi-
nus ꝙ ſuos tueri cōſueuerūt. Quod ſi vos germani hoc tp̄e hūgaros neglexeritis:
nō erit deniqꝫ cur vos ex gallis auxilia ꝑſtolamini:nec rurſus illi apᵈ hiſpanos opē
inuenient. Atqꝫ ita fiet. vt cū ſingulis ſemꝑ gentibus pugnaturi hoſtes. facile qᵈ cu
piūt orbis imperiū aſſequētur. At ſi acceptis armis et hungaris et raſtianis ⁊ alijs
xp̄ianis. qui vicini ſunt thurcoꝝ potētie opē tuleritis. nō ſolū vicinos veſtros tuebi-
mini:ſed vosipōs vxores ac liberos veſtros ex maximo ꝑiculo liberabitis. Atqꝫ hec
eſt vt mihi videtur maxima vtilitas belli gerendi. Cum exploratum ſit ad nos dicti
thurcos properare:prius occurrite ꝙ veſtros fines ingrediuntur et auxilia vicinis

afferte.Nã tũc tua res agitur vt ille vt paries cũ ꝓrimus ardet. Et ſi certiſſimi eē-
tis nũq̄ illos ad vos eē venturos: ꝓ debito tñ baptiſmi vr̄i q̄ eſtis initiati. ꝓ maxi-
mis beneficijs qbꝫ vos diuina pietas cumulauit: aduerſus hos euangelij corrupto
res ⁊ xp̄i ꝑfidos inimicos eiuſq̄ꝫ crucis deriſores bellũ gerere deberetis. Equidē p̄-
ſtantiſſimi p̄ncipes cũ oĩbꝫ v̄tutibꝫ affecti ſitis. nihil tñ arbitror vos magis velle q̄
gratos eē atq̄ꝫ videri. Hec ē em̄ vna v̄tus ñ ſolũ maxima ſꝫ mater oĩm v̄tutũ reliqua
rũ: Quid ē em̄ pietas niſi volũtas grata erga parẽtes. Qui ſunt q liberi anĩo ꝓ pa-
tria pugnãt: niſi q patrie beneficia meruerũt. Qui ſunt qui fidẽ erga p̄ncipes inuio
latã cuſtodiũt: niſi q eos in ſe beneficos recordant̄. Qui ſunt q p̄ceptores honorant
niſi q ſe doctrinã ab his accepiſſe nõ ſunt obliti. Qui ſunt q amicos om̄i ſtudio ꝓſe-
quũtur: niſi q fructũ amicicie tenaci memoria tenẽt. Et ſi erga patriã: erga parẽtes
p̄ncipes: p̄ceptores: amicos grati eē debem⁹: quãtomagis erga deũ nr̄m. ⁊ cui⁹ obſe-
cro pignora q̄ dei nr̄i beneficia ſumus experti. Ille cũ nihil eēmus nos in eē ꝓduxit
neq̄ꝫ lapides aut arbores aut equos ſꝫ hoĩes rõis ꝑticipes nos creauit: nobis inge-
niũ: ſermonẽ: virtutẽ: vires corpis atq̄ꝫ aĩe dedit. Et cũ primi parentis culpa inferni
mancipiũ facti eēmus: vt nos redimeret deſcẽdit de celo. exinaniuit ſeip̄m: formã ſer
ui accepit: hoĩem induit: factus obediẽs vſq̄ꝫ ad mortẽ mortẽ aũt crucis. inq̄t apl̄s.
Sub ip̄a aũt paſſione et cruce priuſq̄ ad crudelitatẽ necis ⁊ effuſionẽ ſanguis ꝑue-
niret: q̄ ꝯuiciorꝫ ꝓbra: q̄ ꝯtumeliarũ ludibria tulit. ſputamina inſultãtium excepit.
q ſputo ſuo ceci oculos aperuerat: flagellatus ē q p̄tatẽ flagellãdi demones habet.
Spinis coronatus ē q ſanctos ſuos floribꝫ coronat eternis palmis. In faciẽ ceſus ē
q veras palmas mũdũ vincẽtibꝫ tribuit. Spoliatus ē terrena ⁊ caduca veſte. q cele
ſti atq̄ꝫ immarceſcibili cãdidas aĩas veſtit. Cibatus ē velle q ſe cibũ hoĩ p̄buit. Po
tatus ē aceto q populo ſuo nectaria pocula repromittit. Agnus ille innocẽs: immo
ip̄a innocẽtia: ip̄a iuſticia inter facinoroſos cõputata ē. pepẽdit inter latrones deus
nr̄: viderũt faciẽ eius ⁊ ñ erat ſpecies neq̄ꝫ decor. A vertice capitis vſq̄ꝫ ad plãtā pe
dis nõ erat in eo ſanitas: ſꝫ paſſus ē vt nos redderet impaſſibiles: mortuus ē vt nos
redderet immortales. Paſſus quia ip̄e voluit. iniq̄tates nr̄as ip̄e portauit. O boni-
tatem. o clemẽtiam magni dei. miſeratões diuine pietatis incredibiles: q̄ maxima et
inextimabilia ſint xp̄iano populo p̄ſtita beneficia. Sed corã ſunt hec in oẽs fideles
dona dei. Uos aũt o germani peculario2 quedã honoris rõ reddit obnoxiores. Nã
qui vobis imperiũ dedit: Is vos oĩbꝫ populis gẽtibꝫ nationibus p̄tulit. Hec eſt em̄
prima in ſeculo dignitas. cui omnes principes: omnes reges cedunt. Quam ſalua-
tor ſꝫm carnem naſcẽdo: peregrinãdo: moriẽdo dignam cẽſuit quouis honore. Que
in prophetis promiſſa. in euangelio cõprobata. in apoſtolorꝫ ſcriptis magnifice cõ
mẽdata exiſtit. Hec ē illa excellẽtiſſima dignitas qua ſtante: nõ eſt cur antixp̄i formi
demus aduentum: quẽadmodum et terculianus ⁊ cipzian⁹ ⁊ auguſtinus et multi
veterum ex verbis doctoris gentium Pauli colligere videntur. Hinc antiqui noſt ri
ſpirituſancto pleni: q̄uis adhuc ydola colerent. Imperatores perſequerenturq̄ꝫ
xp̄ianos. Uitam tamen illis prolixam. imperium ſecurum: domum tutam: exercitũ
fortem: ſenatum fidelem; populum probum: orbem quietem optabant. Uos igitur
magni: vos incliti o germani quibus tanta dignitas credita eſt. curare pre ceteris
debetis: ne vobis imperantibus chriſtiane religionis maieſtas intereat. Sed quid
vos ad hec deo rependitis: immo quid nos omnes chriſtiani pro tantis beneficijs
agimus: vbi tantorum bonorum memoria eſt: Principes vbi gratitudo eſt. viri po
tentes terrãm ſacratiſſimam in qua viſus eſt deus noſter et annis ſupra triginta
homo cum hominibus conuerſatus agareni occupant: officinas noſtre ſalutis ma
homet⁹ obtinet ſacroſanctũ domini ſepulchrum lectũq̄ꝫ illum veneratu digniſſimũ
in quo propter nos vita nr̄a obdormiuit in dñ̄o ſaracenorum impurateman⁹ obtre
ctãt: loca illa ſc̄ta loca bñ̄dc̄ta. loca p̄cioſa ⁊ agni imacl̄ati purpurata cruoẽ: dũ nos

apud regē multos bonos viros. qui cauſe veſtre aſſiſtēt: informabitis cōſiliarios eiꝰ ius veſtrū dicetis. Credimus equidē plures erūt cauſe veſtre effecti: ꝙ̄ Rochezane. Neqꝫ putamus vos cōpelli ad rem aliquam iniuſtā ⁊ cōtra ſtatū eccleſiaſticū dum publice ſecuritatis litteras habebitis. Et ſi vobis aut de Rochezana in archiepiſ̄ recipiendo. aut de cōpactatis amplectendis verba fiant: poteritis vos ſꝑ ad domi-nū noſtrū papā referre dicētes. Et ſine eius ſpeciali mādato nihil ī talibꝫ vos agere liceat: et ita vobis cōſulimus. Neqꝫ nūc aliud dicendū videtur. niſi quia rogamus vt forti aīo temptatōes ꝑferatis: quoniā virtus in aduerſitate perficitur. Nos tam̄ hec que ad nos ſcripſiſtis ſanctiſſimo dn̄o nr̄o cuncta ſcripſimus. Supplicauimuſqꝫ ſue ſanctitati vt d̄ vobis veſtraqꝫ fidelitate paterno more cogitet. ſperamus aliquid ſuā ſanctitas meditabitur: quod ad veſtrū ac regni veſtri ꝯſolatōnē ꝑtineat. Nametſi nūc ſuper rebus grecorū afflictis multa diſponere habet: nō tn̄ orthodoxorū qui ſunt in bohemia oblitus ē. Xp̄c dn̄s noſter vos tueatur. Valete et in diuina ſperate miſe-ricordia que preſto eſt cum ſinceritate ad eaꝫ recurrentibus. Datum in Gretz Sti-rie die. xxvij. Julij. Anno quo ſupra.

## Epiſtola .clviij.

Hortatur fortiter aduerſa eccl̄ie tolerare.

Eneas dn̄o wenceſlao d̄ Crumnaw decretoꝝ doctori. decano ⁊ adminiſtra-tori eccleſie pragen̄. Venerabilis et eximie doctor amice honorāde. ꝙ̄uis litteras veſtras libēter accipimus. que veſtrā memoriā recentiorem nobis fecerint. cōtēta tamē earuꝫ inuiti audiuimus. quippe dolemus eccleſie veſtre inſignia negocia nō bene ac votiue ſuccedere. ſimulqꝫ nobiſcuꝫ timemus ne peiora emergant. Hortamur aūt vos: quādo vocati eſtis ī arcem ſolicitudinis. vt forti pectore cunctis procellis reſiſtatis. vt vim oēm aduerſantis inimici ſolido ſcuto fidei repellatis. aſſi-ſtet vobis dn̄s: et ꝙ̄uis vrgeri vētoꝝ turbinibus ſuam nauē patiatur. nō tamē ſinit ſubmergi. Cū magis tribulatur eccleſia: tūc fortior aſſurgit. Cōfidite in dn̄o ⁊ virili-ter: pugnate, ꝓ cauſa dei. Dabitur victoria legittime pugnātibus. Scribimus venera-bili capitl̄o veſtro. quid nobis ī rebꝫ vr̄is ex vſu videat̄. Quia legetis vna cū capitu-lo noſtras litteras. nō eſt cur verba repetamus. Cōpatimur veſtris laboribus: velle-mus et ꝯſilio et auxilio eē. ſ꧕ tantū facimus quātū poſſumus. Scripſimus dn̄o nr̄o: ſperamus ſanctitatē ſuā res veſtras minime neglecturā. Que nobis reſcribētur cu-rabimus veſtre prudētie nota facere. et vbicūqꝫ poterimus tā veſtre perſone ꝙ̄ memo-rabili eccl̄ie Pragen̄. vſui ſtudebimus eē. Rogamus nos magnificis dn̄is de roſen-berg. patri et filijs quorū memoriā colimus et obſeruamꝰ cōmendatos faciatis ⁊ ad vota eoꝝ offeratis. Valete ī xp̄o optime. Ex Gretz die. xxvij. Julij. Anno q̄ ſupra.

## Epiſtola .clix.

Dux venetū reddit certuꝫ imperatorem romanū de cla de Conſtātinopolitana.

Sereniſſimo et excellētiſſimo dn̄o dn̄o Friderico diuina fauente clemētia Romanorū imperatori ſꝑ auguſto ac Auſtrie Stirieqꝫ duci ⁊c̄. illuſtriſ-ſimo. Franciſcus foſcari dei gr̄a dux venetiarū ⁊c̄. Recōmendatōē ⁊ ꝓ-ſperorū ſucceſſuū incremēta. Nihil nobis attulerūt noui Sereniſſime princeps litte-re veſtre ceſarie maieſtatis ſi queādmodū ip̄a ſcribit: graui moleſtia ac merore com-mota ꝯſtiterit cū primū innotuerit ſibi acerbū ⁊ horrēdū nouū vrbis cōſtātinopolis quā ꝑfidiſſimi theucri magna xp̄ianoꝝ ſtrage ſuo impio ſubmiſerūt. Eſt ſiqdē caſus iſte infelix. tātū magnifaciēdus. vt nil ſupra tꝑibꝫ nr̄is ꝯtingē potuiſſet. At quoniaꝫ vr̄a ſerenitas neqꝫ ei indigne cuꝑe vid̄r eiuſce nefande rei ſeriē a nobis certius ac ꝑti-culariꝰ intelligē. et ſi hec referētes dolorē et amaritudinē renouemꝰ: vt tn̄ maieſtati vr̄e morē geramꝰ: nūciamꝰ eidē. impatorē thurcoꝝ q cū maxima potētia incredibiliqꝫ apparatu terra mariqꝫ ꝯtra vrbē ꝯſtātinopolitanā caſtrametatꝰ erat die. xxix. Maij p̄-teriti. ciuitati ip̄i. quā circūquaqꝫ obſeſſaꝫ tenabat oīqꝫ tormētoꝝ bellicoꝝ genē de-bellauerat. maximū ⁊ acerrimū bellū intulit. Tādēqꝫ eā die ip̄a inenumerabili xp̄ia-

norum clade ſubegit: remq; vtiq; obſcuram: calamitoſam ac xp̄iano nomini ſummū immodū periculoſam. Hec ſi quidem noua: vtinam tam falſa eſſent ꝙ̄ nimiū vera ſūt Nam ea accepimꝰ a capitaneo galearū noſtrarꝫ nuꝑ huc regreſſo: ꝗ ad illud viagiuꝫ ꝯſtantinopolis ⁊ Romanie cū nōnullis nr̄is triremibꝫ: more mercatorio ꝓfectꝰ erat. Qui ꝟe cū eiſdem galeis ad tutandā vrbeꝫ illā vſq; ad vltimū eiꝰ excidiū ꝯſtans ꝑmā ſit: ita vt magna ꝑs hoīm: triremiū earundē male ꝑierit. Nam partim trucidati partim in miſerabilē captiuitatē abducti ſunt. Multi ꝗ̄ nobiles ciues et mercatores nr̄i ꝗ in ea vrbe aderāt cū facultatibꝫ ⁊ bonis ſuis magni valoris: aut gladio ꝑierūt aut ad ſeruitutē ipſam crudeliſſimā deuenerūt: nec abſq; magno ere redimi poterūt. Preterea ſubinde nunciatuꝫ ē. teucrum ipm̄ occupaſſe ciuitatē pere: ⁊ quedā alia loca finitima cū magno xp̄ianorꝫ excidio. De qua tn̄ re aliā certiorē noticiā nondū accepimꝰ. Eni mucro ꝑnceps excellētiſſime: hoſtis iſte truculētiſſimꝰ adeptꝰ eſt vrbem precipue Conſtantinopolis nobiliſſimā. ⁊ taꝫ rōne ſitus: ꝙ̄ ex alijs dignis ꝯditōibꝫ aptiſſimā ⁊ mirūimmodū accōmodatū ad potentiā ſuā augendam: ita vt vbiq; terra et mari de hoc potentiſſimo hoſte ſit plurimū dubitandū. Et ꝑfecto niſi xp̄iane potentie aliť excitenť. et huic morbo validis ꝓuiſiōibꝫ occurrāt. anteꝙ̄ vlteriꝰ ꝓlabať: vidē videmur magna ꝑicula incūbere toti xp̄iane religioni. Quibꝫ non facile erit xp̄ianis principibus poſſe reſiſtere. Datum in noſtro ducali palatio die. xxvij. menſis Julij. Inditiōe prima. Anno. M. cccclīij.

## Epiſtola. clx.

Suꝑintēdens yconomo inſtruiť ꝗd agendū.

AXimie doctor fili cariſſime. Sex menſibꝫ poſtꝙ̄ Senis ſcripte fuerūt. reſtitute ſunt nobis littere tue: quas licet veteres: tamen auide legimus: cum loqui tecū quē habemꝰ cariſſimuꝫ videmur. Eſt nob voluptati ꝙ athoniā tibi placere ais: ſuoſq; mores laudas: ſperamꝰ indies acceptioreꝫ tibi futuraꝫ: ſi mō veſtigia parentū ſecuta fuerit. Nāq; vt de ſorore nr̄a taceamꝰ in ꝗ̄ ꝯmendanda: poſſet nos fallere ſanguis. Quis bartholomeo pr̄e modeſtior: ꝗs ſuauior: ꝗs amantior: vtinaꝫ iuueneſceret hō ille. Sed nimis iam ſenio ꝯfectus eſt. Om̄ia ꝑ etatē labūť: animus ꝗ̄ fit tp̄e debilior. Juueneſcūt tamen in filijs ⁊ quodāmodo renaſcunť homines. qn̄ paternos habitus ſepe liberi refertūt. Tenes quid dicere velimꝰ: athoniā ſua virtus et imitatio paterna nō ſinet nō eſſe grataꝫ. Nec plura de hac. De vicario cognouimus ꝗ̄ ſcripta ſunt a te ⁊ a dn̄o gregorio: qm̄ breui ad vos redire ſtudemꝰ: nō eſt cur multa ſuꝑ eo dicamꝰ. Habet dn̄s gregoriꝰ mentē nr̄am. Multa tolerare oportet hoīes: cōpati ꝗ̄ alterutrū ꝯuenit. Cuiq; ſuum vitiuꝫ eſt: viuendū ſine ſocio fuerit: ꝗ vitiū habenti noluerint ꝯuerſari. Neq; corpa ſine macula: neq; animi ſine mēda reꝑiri facile poſſunt. Cū dn̄o bartholomeo ꝓcuratore cupimꝰ ꝯpotū fieri: ne cū venerimꝰ eiꝰ rei curam habeamꝰ: nouimꝰ eum bonū eſſe virū. Sed nemo eſt ꝗ nō egeat adiutore. Ideo te hortamur cum ꝑ occupatōnes licet ſuperintendas domui noſtre. De frumento ſepe mentem noſtram intellexiſti: credimus vos ꝗ̄ meliora ſunt agere viuimuſq; animo quietiori dum te curare ſimul cum manne res noſtras intelligimus. Cōmendamus tue fidei matrē et ſorores nepoteſq; ac neptes nr̄as. Bartholomeo ſocero vt noſtro noīe multas ſalutes dicas bonūq; aīm facias optamꝰ. quē loco pr̄is habemus plurimūq; videri optamꝰ. Franciſcū eiꝰ filiū ſaluere iubemꝰ. Antoniū nepotem: ſi qn̄ errat: acriter corripito ⁊ ad ſtudiū incendito. Amicis nr̄is. d. Mariano ſozino. Georgio andrencio. Franciſco patricio Thomaſio ⁊ anthonio ac guidoni picolominibus ne tedeat nr̄a vice ſalutes dicere: et vale optime. Ex grezio die. xiij. Julij. Anno quo ſupra.

## Epiſtola. clxj.

Rata habet facta ab amico nomine ſuo.

ANeas ſeneñ ep̄s dn̄o franciſco de tholomeis canonico ſenenſi. Venerabilis et eximie doctor amice ⁊ frať amātiſſime. Tuas lr̄as poſtꝙ̄ ſenis date ſunt. Sex mēſibꝫ accepimꝰ. In ꝗbꝫ de collatōe cuiuſdā eccl'e mentōeꝫ facis: cupiſ-

q̄ tuū ꝓbari factum. Quid ni ꝓbemus: aut qđ a te fieri pōt nō ꝓbatu dignum placet
nobis oīa que facis: laudamus ꝓbamuſq̄ ſingula. Nametſi rōnem facti nullam
afferas. vides quantū d̄tuti tue tribuimꝰ: ipſa nos aucte moueres. Habeto bonum
aīm nō eſt cur tua geſta reſcindere cupiamꝰ. Viueremꝰ quippe ſecuriores: ſi te vices
nr̄as ſemꝑ ducere ſciremꝰ: tibi namq̄ nihil boneſtate ⁊ aīaꝝ ſalute nouimꝰ eſſe antiq̄
us. Sꝫ mittimꝰ hec qm̄ prope diē te viſere atq̄ amplecti ſperamꝰ. Interea cupimꝰ re-
uerendo pr̄i nouello ep̄o groſſetano ꝯmēdatos nos facias: cuius ꝓmotiōeꝫ auide in-
tellerimus: etſi nemo ex nr̄is de re illa nobis ſcripſerit. Vicariū nr̄m tue caritati ac
ceptū eſſe ꝯmendatūq̄ cupimꝰ. Cui cū nouiſſime ſcripſerimꝰ: nō fuit mō neceſſe lr̄as
multiplicare. Vale ⁊ nos ama ⁊ noſtra cura vt ſoles: ſcitoq̄ te nobis eē cariſſimum.
Ex grezio ſtiriēſi die. xiiij. Iulij. Anno milleſimoq̄dringēteſimoq̄nquageſimotercō.

Ad nicolaum q̄ntum pontificeꝫ ſummū de clade vniuerſalis eccleſie orthodoxe et
de ſitu et fertilitate vngarie ⁊ de aduerſis prutenoꝝ ꝯtra cruciferos ordinis theuto-
nicorum.

## Epiſtola. clxij.

Inuitus quideꝫ btiſſime pater q̄ aduerſa ſunt ſcribo: ſed ꝯpellit me debitum
officij mei: qui iuſſu pietatis veſtre germaniam incolens: quecunq̄ accidunt
ſiue ſcđe ſiue aduerſe ſortis nouitates Ap̄lico teneor culmini notas facere.
Sane ꝑ hos dies noua res in vngaria exorta eſt: q̄uis mala et aduerſa paci boniſq̄
moribꝰ: tn̄ ſcitu digna ⁊ admirabilis. Quaꝫ veſtre ſanctitati referre hac ep̄la breuit̄
inſtitui. Vngaria ſicuti vr̄e btitudini ꝯſtare nō ambigo: et vltra et circa danubium
latiſſimas terras occupat. Quod citra danubiū eſt: olim pannonia fuit: q̄ ab oriente
moeſiā: ab occidēti noricū habuit ſeptētrionē ei danubiꝰ Auſtꝝ illirici montes exce-
pere. Quo yſidorꝰ magno errore vt mihi videt̄ deceptꝰ apēninos vocitat. Que trans
danubiū vngaria iacet: ps ſcithie priꝰ erat: duaſq̄ gētes hūit Gepidas q̄ ꝯtermi ger
manis fuerunt: et dacos. Non qui nūc daci vocant̄: quorum rex ad occeanum germa
nicuꝫ inter ſueciam ⁊ ſaxoniam latiſſimo regno: ſed paluſtri potitur. Nam hi daui
melius appellantur. Sed qui ea loca tenuerūt: que nūc tranſſiluani occupant vicina
tartaris in corone ſpeciem montibus cincta. In hac parte vngarie: que gipidarum
fuit adhuc territorium eſt: quod ſepuſium appellant. pro gepudio: vbi aque riuus ha
betur. in quo merſa ferri materia in cuprum vertitur. gleba illic frumenti ferax. Au
ri et argenti diuites vene: multum pecoris: aer ſalubris: terra optimis comparanda
niſi ſua ſe vbertate corrumperet. Verum latrones ex omnibꝫ ꝓuintijs per circuitum
depulſos: ipſa ſoli inuitat fecunditas. Illic eniꝫ velut aſilum impunitatis habeant:
omnes qui domo vel propter flagicium vel propter ſeditōnes exulant: armati ſeſe re
cipiunt Cenſualeſq̄ ſibi accolas reddunt. Sepe illic dum ſigiſmundus imperauit la
tronibꝫ receptacula patuere. Neq̄ alberto ceſare raptoribꝫ ea regio caruit: ſub rege
Polonie pax miſeris incolis ignota fuit. Giſchra bohemus non alto loco natꝰ: mul
ta vi animi et corporis eam prouintiam: magna ſibi ex parte ſubegit: multa ibi pre-
lia varia fortuna confecit. Sepe cū paucis magnas hoſtiū ſuoꝝ copias fudit ſepe vi
ctor raro victus. Tandē vngarie ꝓceres ipſumq̄ regni gubernatorem mortuo rege
polonie pacē ex ſe petere ꝯpulit. Ciuitateſq̄ regionis illius diutine ac miſerande ſer-
uitutis iugo contriuit. Nouiſſime autem cum ladiſlaus alberti filius paternum re-
gnum ſuſcepiſſet Giſcraꝫq̄ data pecunia ſepuſinis opidis cedere ſuaſiſſet: ſpes erat
quieturā terrā. atq̄ ptꝰ longas belli calamitates dulcis tandē ocij ſuauitatem fruitu
ram. Sꝫ minime ita viſuꝫ ē ſuperis. Nouꝰ latro noua ꝑlia miſcet. Nempe int̄ mon-
tes ⁊ ſiluas: q̄ poloniā vngariāq̄ diſterminant: diu latrocinatꝰ eſt bohemus quidam
obſcura domo vilibuſq̄ parentibꝫ ortꝰ: ſꝫ audax hō manu atꝫ ingenio ꝓmptꝰ laboris pa
tiens. ꝑiculiq̄ ꝯtemptor. cuiꝰ multa facinora referunt̄. Qui cū ſericeam duploidem
dn̄o cui ſuiebat olim furatꝰ eſſet: cognomēto axamit appellatꝰ ē: qđ latine villoſuꝫ ſe
ricū ſonat. Hic poſtq̄ giſcram ſepuſio amotum audiuit: terrāq̄ milite vacuaꝫ agno-

nit.cõgregata nõ ꝑua latronũ manu quaſi in eius locũ ſuffectus regionẽ inuaſit. duabuſq; arcibus natura et arte munitis:partim vi ꝑtim dolo receptis.mox ruriculos in aptis villis ꝯmorãtes.ferro atq; igne deterritos:mĩſtrare victui neceſſaria pecunias dare mẽſtruas ad om̃emq; nutũ preſto eẽ coegit.Cũq; munitões aliquot locis oportunis cõſtruxiſſet atq; in his preſidia collocaſſet.ciuitates q̃q; munitas ſibi tributarias reddidit.Deinde aſtutus homo quia in potẽti regno diu craſſari ſine magnis copiis:ſe nõ poſſe itellexit.Ad ingeniũ bohemicũ rediens.pulcrã fallaciam cõmentus ẽ.qua latrones vniuerſos ex ꝓximis regionibꝫ ad ſe traheret.Oĩbus eñ q ſub eo militare vellent:ſtipẽdia publicauit:homi equeſtri in ebdomadã aureũ nummũ:pedeſtri mediã ꝑtem:ac tributoꝝ et ſpolioꝝ oĩm equã cuiq; diſtributõem.Quicq̃d eñ ex tributis rapiniſq; corradit̃ in cõmuni reponit̃.Cũq; ꝑfinitum diuiſionis adeſt tẽpus.emerita cuiq; ſtipendia perſoluũtur.Qđ ſupat viritim diuidit̃:atq; vt mos bohemoꝝ eſt ad euãgelij corticem cũcta referre.Tantũ ꝯſequũtur qui vltima die menſis in ſocietatẽ belli veniũt:quãtũ qui menſem integrum arma tulerũt.Sic eñ euãgeliũ velle ait:in quo vltimi veniẽtes q prima hora venerãt operarij cõparantur.Qua re cognita.om̃es quos flagiciũ egeſtas.conſcius anim⁹ domo ꝓpulit ad Aramit cõfugiũt.Ex quibꝫ ille iam quinq; miliũ pugnatoꝝ ꝯflauit exercitũ:ac iam nõ Sepuſinnis tm̃ ſ; vniuerſis hungaris terribilẽ formidabilẽq; ſe prebet.Neq; iohẽs hunyad gubernator hui⁹ hominis impetũ cõpeſcere pt̃.Qui et ſi maiores ſepe mot⁹ ſedauerit:maioreſq; hoſtes regnũ ingreſſos deleuerit:nõ tñ mõ latronis hui⁹ obuiare conatibꝫ audet.Cui et nõnulli regni Barones clam manus porrigere ꝓhibent̃:quibꝫ gubernatio iohãnis diuturnior grauiorq; videt̃.Ob quã rem interpellatus eſt ladiſlaus rex.vt in hungariã aduerſus latrones ꝓficiſcatur niſi regni magnos motus:ſubditoꝝq; varias clades audire velit.Hic aũt etſi Bohemis iturũ ſe pragã ꝓmiſerit:tñ q2 maiori ꝑiculo prius occurrẽdũ putauit.exercitũ tota Auſtria atq; morauia ꝯgregari mãdauit.Publice dictitãs aduerſus Aramit ꝑſonaliter ſe velle ꝓficiſci.Perſuaderi tñ pp̃lo nõ poterat Regem puerũ aduerſus latronẽ ductare exercitũ.Sed opinabãtur nõnulli hãc eſſe comitis Cilie et Johãnis gubernatoris hungarie tegnam:qui pacem cũ ceſare tractatã habere ratam nequaq̃ volunt.Nec militem cõgregare poſſunt:cupiẽtibꝫ ociũ auſtralibus.Jõ q̃ſi Aramit extermĩaturi:ingentes habere copias ſtudebant.quas cõgregatas in ceſarem verterent.Quidã võ altiori cõſilio rem penſitãtes:in caput Johis cudendam fabam exiſtimabant.qui parũ regi paret:nec amplius q̃ vigintiquatuor milia florenoꝝ vt aiunt in annos ſingulos Regali erario cõtribuit.qđ ſuperat ſibi retinet: regnũq; ꝓ ſuo arbitratu gubernat.Hunc extollens:illũ humilians:vt imperium apud eum:regni titulus apud ladiſlaũ eſſe videatur.Judicabant igit̃ aliqui comitem cilie locũ eius appetere:neq; poſſe ad eum ꝑuenire niſi Johãnẽ fraude circumueniat.Eũ igit̃ cõmentũ eſſe vt ꝯuocent̃ om̃es ex hungaria:auſtria:morauiaq; Barones in exercitum ad pñtiam Regis.cauſam cõuocatõis Aramit habũde ꝓbere nõ poſſe.Johãnem nõ comparere.Cõparentẽ aũt in vincula recipi cõpelliq; regni quecũq; bona ſibi vſurpauerit:regi reddere.Tumq; comitem voti compotẽ fieri. Que res mihi haud võ ſimilis eſſe viſa eſt.Neq; eñ facile decipi gubernator poteſt oculatus hõ et amicis prudẽtibꝫ circũdat⁹.Fruſtra quippe iacit̃ rethe añ oculos pẽnatoꝝ.Vtcũq; foret Auſtrales inſidias veriti ſine cõuentu terrigenaꝝ delectum habere militũ negauerũt.Comes aũt qui multis nõ ignorat inuiſũ ſe eſſe:cõgregatõem multitudinis veluti peſtem vitauit:ne vt ante ceſaris:ſic et tũc ſuum iugum excuteret.Itaq; carere exercitu maluit q̃ ꝯuocando populũ regimen ſuũ in dubio ponere.Ne tñ nihil oĩno feciſſe videretur mercenarios milites ere publico mille cõduxit.atq; in hungariam miſit q ſe copiis gubernatoris adiũgentes:in Aramit vaderẽt.Quo aũt res acta int̃ illos ſit:nõdum exploratũ hẽo:timendũ ẽ ne fortuna latronibus faueat vt ſepe malis q̃ bonis eſt melior.Interea bohemoꝝ legati ad viẽnã

venere:petineruntq; regem ad eos q̄ primum iter facere: coronamq; regni accipere.
Niſi hoc ageret:mutatões in bohemia timendas dicentes. His reſponſuz ē regem
ad feſtū ſancti michaelis iturum.prius etſi maxime velit nō poſſe:multis in auſtria
morauiaq; negocijs occupatū et auro excuſſum:non hr̄e comitatum:regi ꝯuenientē.
Cū tempe fieri oīa. Legati q̄uis reſponſi eos tederet:illud tn̄ in bohemiam rela-
turos ſe ꝓmiſere. Interea fratres ſancti franciſci:qui ꝑ ſigiſmundū ceſarem p⁹mul-
tas huſſitarum clades ad pragam reducti fuerant.conante rochezana repulſi ſunt.
Sacerdotes ſi qui bene de fide ſapiūt infinitis ꝯtumelijs afficiuntur: oīa in manu
hereticoꝝ habent:neq; illic xp̄iana religio.poſtq̄ bohemi baptiſmū ſuſceperūt ma-
gis vnq̄ oppreſſa fuit:q̄ modo:neq; predia:neq; corpora tueri poſſunt. Qui fidem or-
thodoxam ſecunt ex arbitrio pſidi ⁊ hominū qui viuunt ſceleratiſſimi rochezane cū-
cta geruntur. Ladiſlaus eñ rex georgio gubernatori p̄tatem regni in clericos laicoſ
q; ꝯceſſit. Is vō quia ꝯmunionis labem induit. Rochezane quē maxime timet:nihil
cōtradicit. Tempalia ſolum curat. Spiritualia rochezane ꝑmittit. Sic regnum il-
lud nobile ⁊ olim opulentiſſimū ab hereticis ex integro gubernatur. quod ante hūc
diem inauditum eſt. Cuis enim huſſitaꝝ rabies primas in regno partes aliquādo
poſſiderit.ſemꝑ tamen aliquot ciuitates atq; barones ecleſie romane ritum ſeruan-
tes.extra imperium illorum manſere. Nunc omnis nobilitas omniſq; plebs Geor-
gio paret. Hic p̄nceps:hic caput habetur. Nec dubiū eſt qn mores dn̄antis imitari
ſeruientes ſtudeāt. Inde malū ingens regno iminet ⁊ vicinis regionib; īmenſa cala-
mitas:niſi rex ladiſlaus cito bohemiā ingrediat:rebuſq; moduz adhibeat meliorē.
Quod futurū multi ſperāt. Ego cū videro tūc credā. Dolenda ſunt hec q̄ modo nar-
ro. Sed ꝓteſtatus ſum ab initio de reb; aduerſis me verba facturū. Pergā vltra.nō
vt moleſtus ſim vr̄e ſanctitati:ſ; vti vr̄m ſoliū quantū valeo nihil ignorare ſinaz.que
germanos inter agant. Dum bohemi atq; vngari q̄ dicta ſunt gerūt. Pruteni q ad-
uerſum mgr̄m ordinis ſancte marie theutonicoꝝ certū inter ſe nō laudandū fed⁹ pe-
pigerant. Uocati ad iudiciuz ceſaris.legatos ex ſe primarios homines delegerant.
qui maieſtatem ceſaream accedentes:cauſam ſuam tuerentur. Sed fuit his iter per
morauiam:latronibus inhabitatam terram:vbi tanto quiſq; nobilior ducitur:quan-
to ſpolia maiora ꝯmiſit:ibi hoīes intercepti:excuſſiq; rebus oīnibus aliquib; coruz
occiſis:in captiuitatē deducti:q̄uis et ceſaris et ladiſlai regis publice fidei lr̄as ha-
berent. Sicq; dicta iudicij dies circumducitur.neq; ſpes eſt iuſticie locuz fieri. Pro-
cedere nanq; aduerſus abſentes q ꝯparere nō poſſunt nulla rō patit. Profiteri dies
ſine ꝯſenſu partiū nō pōt:qn̄ ex ꝯpromiſſo res agitur. Neq; procuratores magni ma-
giſtri ꝯſenſum ꝓrogatōni adhibent:quo attamen ceſar poteſt.ad ꝯcordiā nauat ope-
ras. Sunt eñ aliqui ex ꝑte ciuitatū:q et iuri ſtare nō poſſunt. Cōpoſitōnis tamē ad-
mittende p̄tatem habent. Neq; in hac re magna ſpes eſt ciuitates fedus dimittē. re-
ligioſi ꝑmittere nolūt. Ac ſi reb; infectis hinc ꝑtes abeant:magnū diſcidiū magnuz-
q; malū inſtat. Religio potens ē armis amicis auro habundās: neq; ciuitates nude
ſunt. Quinq; ⁊ qnq̄ginta ſimul opida iūcta ſunt. Ciuitates imperij q̄s vocāt ſtagna-
les:cū his ſentiūt:opemq; pollicent. Rex q; polonie vicin⁹ciuitatū ꝑtes adiuturus
timet.q ſepe religioni et magno mgr̄o fuit infeſtus. Uiri ſeniores cū vetera mente re-
voluūt.admodū verent:ne bohemis pruteni ſimiles fiāt. Indeq; magnus ille ⁊ cla-
riſſimus theutonicoꝝ ordo pellatur. Hec ad extrema germanie pertinent ⁊ ād occe-
anum verſa.parum mediterraneos mouent homines. Sed quid illud horribile no-
uum modo allatum de conſtantinopoli:tremit manus dum hec ſcribo: horret ani-
mus:neq; tacere indignatio ſinit:neq; dolor loqui permittit. Heu miſeram chriſtia-
nitatē. Pudet iam vite:feliciter vtinā añ hunc caſum obijſſem⁹ytalia: Germania:
gallia et hiſpania magna ex parte ſalua:proch pudor ab effeminatis thurcis inclitā
vrbē ꝯſtātinopoli capi ꝑmittim⁹. Credo hec iā vr̄e pietatis aures accepiſſe.egredior
germaniā ⁊ ad greciā ꝑgo.thurcoꝝ imꝑator magnis militū copijs ꝯſtātinopolim ꝑ-

rimis bis diebus obſidione terra mariqꝫ cinxit. Atqꝫ admotis machinis et inſultu
ter facto expugnauit: ꝑplm oīm̄eꝫ gladio extinxit. Sacerdotes diuerſis tormentorūꝫ
generibꝫ excarnificauit: neqꝫ ſerui neqꝫ etati pepercit: quadragīta et amplius milia
perſonarum illic occiſa referunt. Qui res geſtas ad nos ex raſtia venientes enarrāt.
Paleologum qui apud eos imperauit capite mulctatuꝫ: filium eiꝰ ereptum fuga: in
Pera modo obſeſſum aiūt. Nolo iſta ſigillatim ꝓſequi: que ꝑ alios ⁊ meliꝰ et verius
ſanctitati vr̄e ꝯſcripta eſſe nō ambigo. Satis ē mihi cuꝫ vr̄a pietate de tanta xp̄iani-
tatis ruina dolere. Urbs: q̄ poſt ꝯſtantinum in annos. M.c. ⁊ vltra durauerat: neqꝫ
vnq̄ in poteſtateꝫ venerat infideliū: ſpurciſſimoꝝ thurcoꝝ hoc infelici anno directi-
oni patuit. Roma quoqꝫ poſt ſuam cōditionem in anno. M. clxiiij. per Gothorum
regem athlaritum direpta refertur. Sed hic ne templa ſanctorum violarent̄ edixit.
Thurcos aūt in eccl'ia dei ſeuituros: qs dubitet. Doleo templū illud toto terraꝝ or-
be famoſiſſimum ſophie: vel deſtrui vel pollui. Doleo infinitas ſanctorum baſilicas
opere mirando ꝯſtructas: vel ruine vel ſpurcitie machomethi ſubiacere. Quid de li-
bris dicā qui illic erant īnumerabiles: nondū latinis cogniti. Heu quot nūc magno-
rum noīa viroꝝ ꝑibunt. Scd̄a mors iſta homero eſt: ſcd̄s platoni obitus. Ubi nunc
ph̄oꝝ aut poetaꝝ ingenia reqremus. Extinctꝰ ē fons muſaꝝ. Utinā tantū nob̄ ſupa-
ret ingenij vt hāc calamitatē dignis vocibꝫ deplorare poſſemꝰ. Admodū iſta cor me-
um vrgent atqꝫ expungūt ſanctiſſime pr̄. Uideo ſimul ⁊ fidē et doctrinaꝫ deleri. Idqꝫ
noſtra deſidia accidit q ſolū p̄ſentia reſpicimꝰ. Nā ſi feruentiores ad rem xp̄i publi-
cam aīos adhiberemꝰ: hec ꝓfecto nefanda clades inferri nob̄ minime potuiſſet. Cer-
tus ſum qr merore magno vr̄a ſc̄titas ē affecta: multūqꝫ rei huiꝰ deplorat euentū. Ne-
qꝫ ab re quidē. Nemo ē enim cui magis tanti mali fama: q̄ veſtre pietati ſit obfutura
Nam ſcriptores oīm̄es q apud latinos romanoꝝ pontificū geſta referent. cū ad vr̄m
t̄pus fuerit ventum: in hanc ſn̄iam de vr̄a gl'ia ſcribent. Nicolaꝰ papa quintꝰ natione
Tuſcus. Sedit annis tot. Patrimoniū eccl'ie ex tyrānoꝝ manibꝫ vendicauit: diuiſā
eccl'iaꝫ vnioni reddidit. Bernardinū ſenenſeꝫ in Cathalogo ſc̄toꝝ ānumerauit. Pa-
latiū ſancti petri ꝯſtruxit. Baſilicā eius mirifice reꝑauit. Iubileū celebrauit: Fride
ricū terciū coronauit. Pulcra hec ⁊ decora de vr̄o nomie p̄dicabunt̄: ſed illud omnia
funeſtabit: cuꝫ in fine adijciet̄. At huiꝰ t̄pe vrbs regia ꝯſtantinopolis a thurcis capta
direptaqꝫ eſt: neſcio an diruta incenſaue dici poterit: q̄uis in manu hoſtiū data mi-
nus exuſta nob̄ q̄ itegra poſſit obeſſe. Itaqꝫ luet vr̄a fama ſine vr̄a culpa. Qui ⁊ ſi to-
tis conatibꝫ opem ferre miſere ciuitati ſtuduiſtis: non tamen xp̄ianis regibꝫ perſua-
dere potuiſtis vt arma ſil' capeſcentes ꝯmune fidei negociuꝫ adiuuarent. Negabant
tantū eſſe ꝑiculū q̄ntuꝫ dicebat̄: mentiri grecos: mendicareqꝫ pecunias arbitrabant̄
omnia ficta vanaqꝫ reputabant. Fecit vr̄a b̄titudo qd̄ potuit. Nihil eſt qd̄ vr̄e clemen
tie poſſit impingi: ꝟ t̄n impinget hoc vr̄o nomī poſteritas reꝝ ignara: cum vr̄o temꝑe
conſtantinopolim amiſſaꝫ didicerit. Timui ſemꝑ ꝟ b̄tiſſime pater: cū multa ex ſcīa
vr̄e glorie ſuccedere aīmaduerterem. ne ſiniſtrum aliquid emergeret quod felicitatis
curſuꝫ impediens. lacrimabilē afferret materiaꝫ. Ecce qd̄ timui ex duobꝫ xp̄initatis
luminibꝫ alteꝝ iam videmꝰ erutū. Orientalis imperij euerſaꝫ ſedē: Grecam omnem
gl'am extinctā cernimꝰ. Maiores nr̄i hieroſolimā: accaron: anthiochiā ꝑdiderūt fa-
teor: ingens malū: ſed nulla clades moderne ruine comꝑanda eſt. in aſia et in aliena
poſſeſſione noſtri veteres vrbes amiſere. nos in europa in noſtro ſolo: inter xp̄ianos
potentiſſimam vrbem: orientalis imperij caput grecie: columen litterarum domicili-
um ab hoſtili manu ſinimus expugnari. Iam regnat inter nos machomethus. Iaꝫ
noſtris ceruicibꝫ imminet thurcoꝝ gladius. Iam nobis clauſus eſt euſinus et Tha
nays inacceſſibilis factus. Iam walachos thurco parere neceſſum ē. Inde ad vnga
ros. Inde ad germanos thurcoꝝ gladius penetrabit. Et nos interim domeſticis q̄ti
mur odijs. Reges francie ⁊ angelie inter ſe litigant. Germani principes inuicē bel-
la gerunt. Karo hiſpania tota quieſcit. Italia noſtra pacis expers de alieno iure cō
tendit. O quanto melius tantū armorum tantūqꝫ militie in hoſtes fidei verteremꝰ.

Verum beatiſſime pater nō ſcio cui magis ꝙ veſtre ſanctitati hec cura debeat. Veſtrum
eſt iam aſſurgere: ſcribere regibꝫ: mittere legatos: monere: hortari principes atq̃ cō
munitates in aliquem ꝯmunem locum: aut veniant: aut mittant. Nūcq̃ dum malū
eſt recens xp̄iane reipublice cōſulere feſtinent: pacem aut inducias inter ſocios fidei
ꝯponāt: atq̃ iunctis viribꝫ aduerſus ſalutifere crucis inimicos arma moueāt. Spe
ro equidem ſi veſtra ſanctitas ſuo ex more hoc negociū feruido et ardenti animo to
toq̃ corde promouendū acceperit: et deum et homines aſſenſuros: futurūq̃ breui vt
inſolentie ſue thurcos peniteat atq̃ in altū xp̄iana fides emergat. Hec habui q̄ nūc
ad veſtram pietatem ſcriptōne digna putarem. Et q̄uis de tanto ⁊ tam arduo nego
cio maiores viros ꝙ ego ſim loqui deceat: quia tñ xp̄ianus ſum: nihil a me alienū pu
to quod xp̄iane religionis vtilitatem ꝯcernat. Nec ambigo que p me ſcribuntur: cū
cta pietatem vr̄am in ptem accipere meliorem nec alia modo. Recōmendo me veſtre
pietati: quā pius ⁊ optimus deus felicem eccleſieq̃ ſue ſtatū diu ac votiue ſoſpitem ⁊
letum ꝯſeruet. Ex grezio ſtirienſi: die. xij. Julij. Anno. M. cccc. liij.

Imperator ſummo pontifici ſpondet auxilio
eſſe contra Thurcos.

## Epiſtola. clxiij.

Beatiſſime pater et dn̄e reuerēdiſſime. Cum nobis renunciatum eſſet his die
bus conſtantinopolim grecie caput ⁊ orientalis imperij quondam ſedem: p
Thurcorū dominum expugnatam et in ſeruitutem redactam: multumq̃ ibi
xp̄iani ſanguinis fuſum eſſe. Grauiter quidem vt debuimus ⁊ moleſtiſſime tulimus
ꝯmunem xp̄iane religionis calamitatem atq̃ iacturam: intelligentes non de preteri
to ſolum quod doleamꝰ: ſed de futuro q̃ quod timeamꝰ tante vrbis amiſſionem fide
libus xp̄ianis habunde p̄bere. Namq̃ ſi verus ē rumor ad nos delatus: hoīm q̄dra
ginta milia ceſa ſunt. Anime plures in ſeruitiū miſerabile ducte. Templa diuino no
mini dedicata funditus diruta. Naues nō pauce capte. Amiſſa ciuitas famoſiſſima
et rōne ſitus et alijs ꝯditōnibꝫ ad tutelā xp̄ianitatis admodū necc̄ia. In qua p multa
ſecula ⁊ p̄triarchalis dignitas claruit ⁊ impialis maieſtatis inſignia floruerūt: tacea
mꝰ d̄ lr̄is ac bonaꝝ omniū artiū ſtudijs: q̄ veluti domiciliū ꝓpriū ex tota grecia con
ſtantinopolim habuere. Quibꝫ mō cū ciuitate cadentibꝫ nullū ꝓfecto credimꝰ eē xp̄i
ano noīe inſignitū: q de tante vrbis ruina ſup̄ modū nō angat ⁊ doleat. Maximū cer
te atq̃ horribile vulnꝰ illatū eſt eccl̄ie catholice nr̄o tp̄e. ac maiꝰ ꝙ ſcriptis poſſit aut
verbis exprimi. At cū potentiſſimꝰ hoſtis crudeliſſimus īmaniſſimuſq̃ in manu vi
ctoriā hanc. locūq̃ nactus ſit. ex q̄ fidei xp̄iane quā pſequit̄ ꝓ ſua libidine poſſit offi
cere: qs non eū indies plura conaturū exiſtimet quibꝫ xp̄ianoꝝ gentē in pniciem de
ſolatōnemq̃ ducat. Quippe victoria ſui natura inſolens: etiam ſi ad mites venerit.
feroces eos impudenteſq̃ reddit. Quid cum his agat qui ſuapte ingenio ſoliti ſunt
ſeruire: an putare quiſq̃ pōt iratorum hominum cupidorū atq̃ acerbiſſimorum quie
turam eſſe victoriam. Enimuero. q ex illis ptibus ad nos veniunt: et peram aiūt xp̄i
anis pditam et alia pleraq̃ loca vicina conſtantinopoli p thurcos occupata qui pro
ximam quāq̃ victoriam non deſidie aut ſocordie ducunt: ſed inſtrumentum ſequētis
habent. ſtudijſq̃ omnibꝫ enitunt̄ vt xp̄ianum nomen ad internitōnem redigant: neſci
mus an vera ſint que auctore non certo dicūtur. Timere tamen ꝙ ſperare mlt̄e nos
vrgent ratōnes. Fama que de venturis thurcorum exercitibus erat. ciuitas regia ꝓ
magnitudine ſua parum populoſa. hoſtium ꝓpinquitas: auxilij ſpes remotior: et in
felix ac doloroſum nuncium optato ⁊ fauſto ſemper credibilius. Quibus ex rebus ⁊
ſi nō dubitemus. S. veſtram his cognitis excitatam eſſe ad cogitandū inueniendū
q̃ modos quibꝫ tam periculo et potenti hoſti ne amplius noceat oportune reſiſtatur
Tamen quia nos quoq̃ velut imperatorem et aduocatum eccleſie res iſta cōcernit:
haud ab re credimus eſſe. Si clementiam veſtram ꝓ ꝯmuni fideliū ſalute accenſam:
magis ac magis inflāmare nitamur. Neq̃ enim res eſt que vel negligi debeat vel diſ
ferri: occurrere oportꝫ priuſq̄ vulnus altius infigatur aut veneni labes in corda de

cendat. Ceterū cū tanto negocio nō vni⁹ ꝓuīcie: aut paucoꝝ principū. ſꝫ oīm xpianoꝝ regū: ſeu certe magne ptis eoꝝ: neceſſarie vires exiſtāt. Dicem⁹ cōfident quod nobis ex vſu videt. neqꝫ dubitamus quin dicta nr̄a: vr̄a ſanctitas in ptem recipiet meliorē. Sane ꝓ tanto et tam neceſſario ope optimū factū cenſem⁹. clementiā vr̄aꝫ que locū tenet in terris ſaluatoris nr̄i ihu xpi: cui⁹ res agit: nūc exurgere: ſcribere regibus: legatos mittere: monere. hortari pricipes ac cōmunitates in aliquem communē locum: aut veniant aut mittāt. Nunc dum malū eſt recens: xpiane rei cōſule re feſtinēt. Pacem aut inducias inter ſocios fidei cōponant: atqꝫ iūctis viribꝫ aduerſus ſalutifere crucis inimicos arma ꝓmoueāt. Qz ſi vr̄a. S. toto pectore ſuoqꝫ more ad rem hanc tam piam ⁊ vtilem intenderit. nō eſt nobis dubiū quin plures et reges et principes: in qbus zelus domus dei et ardor fidei orthodoxe nō eſt extinctus: ad mandatū vr̄m volūtarios ⁊ obſequētes ſe pbeant. Nos certe pietati vr̄e vt libuerit. et aſſiſtere et cooperari ꝓ nr̄i officij debito mīme omittem⁹. Solū precamur vt vr̄m in hoc negocio cōſiliū et intentū cōmunicare dignemini. Nanqꝫ ſi fuerit opus nr̄e rōnis et imperij ſacri principes: ad hoc ipm cōuocare. et alia q̄ iuxta cōſilium vr̄m putauerimus oportuna implere nō negligem⁹. Quia vō ad hmōi negociū maxime cōducere arbitramur. Italica bella q̄primū ſopiri: q̄uis beatitudiem veſtrā ad hoc conari ⁊ p ſe ſufficere nō ambigamus. Tñ qz āno ꝓxime decurſo ⁊ Rome et neapoli ⁊ ferrarie ⁊ venetijs. de hoc plurimū egim⁹: licet fruſtra: ſi pietati veſtre in pſentiaꝝ quouiſmō expedire videt. q oratores aut ad. S. vr̄am aut ad ptes contendētes mittamus. ſiue alio mō ꝓ pace celerius cōficienda laboremus: vt vr̄e ſanctitati fuerit viſum: eo mō faciemus omniqꝫ cura et ſtudio proni erimus ad ea intēdere: p que pace tam ytalis q̄ ceteris xpianis data: et furori thurcoꝝ reſiſtatur. et xpiana religio in ſuo ſtatu conquieſcere poſſit et debito ſub ſplendore foueri. Datum ꝛc.

## Epiſtola clxiiij.

Spondet ſe citius patriam viſurum

Eneas ſeneñ epus dño Georgio Nicolai eximie doctor frater amantiſſime. Scripſimus tibi nuper de receptione tuarū litteraꝝ: que nobis cumulatim reddite ſunt. Ex quibꝫ ingratū illū et dolendū tue matris amice noſtre ſanctiſſime femine cognouimus obitū. Reſpondimus ad oīa que ſignificaſti. Non eſt cur multa dicamus modo. Solum illō te ſcire volumus: ſupplicauim⁹ ceſari paucis ante hunc diebꝫ: repetēdi domū ad tēpus facultatē vt nobis daret his aūt q̄uis iubēdi imperiū habeat. tamen rogauit ad. xv. diem poſt feſtum diui Michaelis apud ſe maneremus. Inſtat eñ eo tempore corā ſua maieſtate grande iudicium: inter ciuitates quinqꝫ et quiquaginta pruſſie et fratres ordinis bte Marie Theutonicoꝝ: In quo nō vult nos abeſſe. Neceſſe eſt igit ad illam diem vt pſeueremus. Exinde mox cōſcenſis equis ad vos veniemus: et anteq̄ intret aduentus dñi ſi deus dabit vobiſcum erimus: deqꝫ rebus ſingulis tranſigemus. Fortaſſe medio tempore calamitas ꝯſtantinopolitana noſtros ytalos de pace cogitare magiſq̄ hactenus admonebit. Ex Grezio Stirie. v. ydus Auguſti. Anno Milleſimo quadringenteſimoquinquageſimotercio.

¶ Deſcriptio vrbis wiennenſis per Poetam
Eneam Siluium edita.

Wienna ambitu muroꝝ cingit̃ duoꝝ miliũ paſſuũ: ſ; hꝫ ſuburbia maxia
et ãbicioſa: foſſa ⁊ vallo cincta. Urbs aũt foſſatũ magnũ hꝫ: inde aggerẽ
ꝓaltũ. Menia deinde ſpiſſa ⁊ ſblimia: freq̃nteſqꝫ turres et ꝓpugnacula
ad bellũ ꝓmpta. Edes ciuiũ ample ⁊ ornate: ſtructura ſolida et firma: vbiqꝫ forni-
ceſ: aule late. Uerꝝ his eſtuaria ſũt loco tricliniorꝝ q̃ ab his ſtube vocitãt̃. Nã yemiſ
aſperitatẽ ſ; domitãt mõ. Feneſtre vndiqꝫ vitree ꝑlucẽt: et oſtia plerumqꝫ ferrea. In
his plurime aues cantãt: In domib⁹ multa et mũda ſuppellex. Equoꝝ: iumẽtoꝝ: ⁊
omĩs generis capacia ſtabula: alte domoꝝ facies: magnificeqꝫ viſunt̃. Unum id de
decori eſt. ꝙ tecta plerũqꝫ ligna ꝯtegũt: pauca latere. Cetera edificia muro lapideo
conſiſtunt. Picte domus et interius et exterius ſplendent. Ingreſſus cuiuſqꝫ do-
mum: in edes te principis veniſſe putabis. Nobilium prelatorumqꝫ dom⁹ libere ſũt
neqꝫ ciuitatis magiſtrat⁹ ĩ his ius habẽt. Celle vinarie adeo ꝓfũde et ſpacioſe ſunt
vt ſb terra nõ min⁹ q̃ ſup̃ terrã edificioꝝ apud wiennã eẽ ferat̃. Plateaꝝ ſolũ ſtra-
tũ lapide duro: vt neqꝫ plauſtroꝝ rotis facile cõterat̃. Sãctis celũ tenẽtib⁹ ipiqꝫ ma
ximo deo templa dicata et ampla et ſplẽdida: ſecto lapide cõſtructa: ꝑlucida et colũ
naꝝ ordinib⁹ admirãda. Sanctoꝝ plurime ⁊ ꝑcioſe reliquie: argento: auro: gẽmis
veſtite. Temploꝝ ingens ornatus: diueſqꝫ ſuppellex. Sacerdotes abundãtes bõis
plurib⁹. Qui clero preeſt apud ſanctũ Stephanũ ſolo Romano principi ſubeſt. Ci
uitas in parrochia patauienſi ẽ: maior filia matre. Plures in ciuitate domus: con
ſecratas eccleſias habent: et proprios ſacerdotes. Quatuor ordines mendicãtium
ꝓcul a mendicitate ibi abſunt. Scoti et canonici regulares ſancti auguſtini admo
dum diuites habent̃ Monialeſqꝫ ſacre et ſancte virgines. Ibi ꝙꝫ monaſterium eſt
ad ſanctum Hieronimũ nuncupatum: in quo meretrices conuerſe recipiũtur: que
die ac nocte himnos lingua theutonica decantant: quarum ſi qua redire ad pecca-
tum comprehenſa fuerit: in danubium ꝑcipitat̃. Sed agunt ibi pudicam ſanctãqꝫ
vitam. Rarus de his ſermo malus auditur. Scola quoqꝫ hic eſt liberalium artiũ
ac theologie et iuris põtificij. Noua tñ et ab vrbano ſexto papa cõceſſa. Magnus
ſtudentiũ numerus eo cõfluit ex hungaria ⁊ almanie ꝑtib⁹ ſuꝑiorib⁹. Duos h̃ cla-
ruiſſe compertũ habeo preſtantes theologos. Hainricũ d̃ haſſia: q pariſius edoct⁹
huc in principio vniuerſitatis aduolauit: primuſqꝫ cathedrã rexit: ac plurima vo-
lumina notatu digna cõſcripſit. Alter fuit Nicolaus de dinckelſpuhel ſueu⁹ vita
bona et doctrina multa clarus. Cui⁹ ſermões hodie auide a doctis legunt̃. Eſt et il
le hodie Thomas haſelbach nõ incelebratus theologus: quem ſcribere hiſtorias
non inutiles aiunt: cuius ego doctrinam laudarem: niſi duos et viginti annos yſaie
primum capitulum legiſſet: neqꝫ adhuc ad calcem veniſſet. Maximum autem hui⁹
gimnaſij vitium eſt. ꝙ nimis diutinam operam in dyaletica. nimiumqꝫ temporis in
re non magni fructus terunt. Qui magiſterij artium titulo decorantur: hac vna in
arte maxime examiantur. Ceterum neqꝫ muſice neqꝫ rethorice neqꝫ ariſmetrice cu-
ram gerunt: q̃uis metra quedam et epiſtolas ab alijs editas imperite magiſtrãdũ
compellant. Oratoria et poetica apud eos penitus incognita: quibus omne ſtudiũ
in elenchis eſt vaniſqꝫ cauillationibus ſolidi haud quaq̃ multũ: qui libros Areſto
tilis aliorumqꝫ philoſophoꝝ habeãt raros inuenies: cõmentarijs plerumqꝫ vtun-
tur. Ceterum ſtudentes ipi voluptati operam prebent: vini cibiqꝫ auidi. Pauci e-
mergunt docti: neqꝫ ſub cenſura tenentur: die noctuqꝫ vagantur: magnaſqꝫ ciuibus
moleſtias inferunt. Ad hec mulierum procacitas mentes eorum alienat. Ciuita-
tis populus quinquaginta milium cõmunicantium creditur Conſulatus octo et
decem virorum eligitur. Cum iudex qui iure reddundo ꝑeſt. Deinde magiſterciui
um qui curam ciuitatis gerit. hos princeps aſſumit: quos in ciuitate ſibi fideliores
arbitrat̃: atqꝫ ab eis iuſiurandũ exigit. Magiſtratus alij nulli ſunt niſi q vini exi-
gunt vectigal: ad illos omnia referuntur: quorum poteſtas annua eſt. Incredibile

Monaſteriũ quer ſarũ meretricũ Viennæ viſitur

Vienẽſe gymnaſiũ a vehementi nimia dialectices opa improbat

videri poteſt:quot ꝑ dies ſingulos in ciuitatē victualia ingerūt. Quorū atꝫ cācro-
rū multe quadrige adueniūt:piſtus panis.carnes.piſces.volatilia ſine numero af
erūt:vbi aduesperaſcit nihil venale ex his inuenies. Vindemia his ad quadragī-
ta dies ꝓtēdit: nullo nō die trecēti curr⁹ onuſti vino bis terqꝫ inferūt. Ducētos et
mille equos indies ad op⁹ vindemiaꝝ exercēt. Ex villis ꝑterea ad feſtū vſqꝫ martī-
ni libertas oīmibꝫ eſt vinū in vrbem redigere. Incredibile dictu ē quāta vis induca-
tur vini. Qd vel wiēne bibit.vel ad extraneos ꝑ danubiū cōtra curſū aque magno
labore mittit. Ex vino qd wiēne vēditur minutim decimus denari⁹ principi cedit.
Ea res auri duodecim milia quotānis ad camerā defert:ī reliquū parū oneris ci-
uibus ineſt. Ceterū in tāta et tamnobili ciuitate multa enormia ſūt:die noctuqꝫ ri-
xe admodū prelij gerūt. Nūc artifices aduerſus ſtudētes. Nunc curiales in artifi-
ces.nūc iſti opifices aduerſus alios arma ſumunt. Rara celebritas abſqꝫ homici-
dio ꝑagitur. Frequētes cedes cōmittūtur. Ubi rixa eſt nō ſunt qui diuidant contē-
dentes. Neqꝫ magiſtratus neqꝫ princeps cuſtodiā(vt par eſſet)ad tanta mala adhi-
bent Vinū domi vēdere nihil extimatōi officit. Oīns fere ciues vinarias tabernas
colūt.ſtubas calefaciūt:coquinā inſtruūt:bibulos et meretrices accerſiūt.hiſqꝫ ci-
bi aliquid cocti gratis prebēt vt ampli⁹ bibant.ſed minorem menſuram his dant.
Plebs ventri dedita vorax.qūicqd ebdomada manu queſiuit.id feſto die totum ab
ſumit:lacerū et incompoſitū vulgus. Meretricū maxim⁹ numer⁹. Raro mulier eſt
vno contēta viro. Nobiles vbi ad ciues veniūt.vxores eoꝝ ad colloquiū ſecretum
trahūt:viri allato vino:domo abeunt cedūtqꝫ nobilibꝫ. Plurimeqꝫ puelle patribꝫ
inſcijs viros ſibi delegūt. Vidue intra tempora luctus ex arbitro ſuo nubūt. Pau-
ci ī ciuitate ſūt qꝝ ꝓauos vicinia norit:rare familie vetuſte.aduene aut inqlini fe-
re oēs. Mercatores diuites ſenio cōfecti puellas ī mrīmoniū ducūt:eaſqꝫ breui di-
mittūt viduas. Ille int̄ familiares domeſticos cū qbꝫ ſepe ꝯſuetudīem adulterij ha
buerūt iuuenes viros accipiūt.ita q heri pauꝑ hodie diues īuenit. Cōtra qꝫ hi ſuꝑ-
uiuētes:vxores alias accipiūt reſqꝫ ꝑ circulū ducit. Raro fili⁹ patri ſuccedit. Lex
apud eos ē.que ſuꝑuiuēti cōiugi ꝑtem defūcti bonoꝝ mediā tribuit. Teſtamēta li-
bera ſunt. Ita et viri vxoribꝫ et vxores viris bona teſtant. Captatores hereditatuꝫ
multi:qui ſenibꝫ blādientes ſcribi heredes ſeſe curāt. Aiūt et mulieres eē admodū
multas que viros graues vxoribꝫ veneno auferūt. Conſtat ſepe a nobilibꝫ ceſos eē
ciues:q vxores ſuas verbo arguerūt:qbꝫ amatores ī curia fuerūt. Viuūt ꝑterea ſine
vlla ſcripta lege. Mores aiūt ſe tenere vetuſtos:quos ſepe ad ſuū ſenſum vel addu-
cunt vel interꝑtant. Ius admodū venale ē:qui poſſunt ſine pena peccant. Paupes
atꝫ amicos nudos iudicia plectūt. Iuramēta que publica ſunt tenaciter obſeruāt:
qd negari iuratū poteſt.nullā vim habet. Mutuū dantes ad tēpus ſi quid detrim-
ti tulerint.elapſo termino iureiurādo qꝫ ſūmam volūt extimāt: maximoqꝫ damno
debitores afficiūt. Pignora q̄ mutui cauſa dant:ſi quid afferūt nō extimāt vſuras
Excōmunicatōes tantū timēt quātuꝫ infamāt aut damno tēporali ſunt. Furta que
apud furem inueniūtur iudici cedūt. Ad hec feſta parū religioſe colunt. Carnes.oī
feſto vendūtur. Aurige nullo vacāt die. In auſtria reliqua mlta opida ſunt: nullū
aūt magni nois Barones multi potētes et nobiles. Inter qs primū dignitatis lo-
cum obtinent Schaumburgeñ et Maitburgēſes comites:opibꝫ aūt ſuꝑare credū-
tur de walſe.de Liechtēſtain:de puchaw. Nec parum habent nomē Puttendorffer
Starenberger. Eberſtorffer. Eckertzawer. Hohenberger ⁊ alij qꝫplures: Eytzin-
ger licet nouiſſimi ſint:potētia tñ hodie et autoritate int̄ primos habēt. Monaſte-
ria qꝫplima ſūt ⁊ mag̃ et ditia. Eccl̄ie ꝑterea cathedrales Saltzburgēñ Patauiēñ
Ratiſpanē Friſingēſis.latiſſimas poſſeſſiōes ī auſtria caſtellaqꝫ pl̄a poſſidēt ac do-
mos egregias qs īhabitāt. Sūt em̄ oēs ꝯſiliarij ducū auſtrie hoſqꝫ veluti maioēs
honorāt. Siue bellū gerē ſiue curiā letabūdi hr̄e velint auſtrie duces ⁊ ꝑlatos ⁊ ꝓ-
ceres veluti reges in comitatu habent.

Juuenalis
Dimittit coruos, vexat censura columbas

Tractatus pulcerrimus Enee ſiluij ꝺ curialiū miſerijs.

Eneas ſiluius Piccolomineus. Salutē plurimā dicit dn̄o iohi aich ꝓſpicaci et claro iuriſcōſulto. Stultos eſſe qui regibꝫ ſeruiūt vitāqꝫ tum infelicem tum miſerrimā ducere curiales. vereor ne q me arguāt mihiqꝫ maledicant. ſi hac ep̄lā quā tibi ſuā ſcripturꝰ oſ̄dero. Nec em̄ deerūt q me p̄ncipibꝫ deferāt et hoſtē reddē curēt. q̄n videar hoīes ab eoꝝ obſequijs arcē. Nā qs pꝰ hac inquiēt illi regū atria frequētabūt. ſi ſe futuros illic miſeros intellexerint. At ego nō id ago vt principibus derogē. ſed illos potiꝰ magnis leuo moleſtijs. Inſtant aſſidue q̄ plurimi et nobiles ⁊ magni viri. q regū aures obtundūt dū in curiā ꝑcibꝫ recipi poſtulāt. quos cum nequeūt reges aut vtiliter recipe. aut honeſte repellere. in magnaqꝫ ꝓpterea ſint anxietate. grā mihi nō odiū haberi debebit ſi quē ex his monuero. curie regis vt ſua ſpte renūciet. Nec timendū eſt meis ſcriptis id fieri vt regū aule deſerant: erit enim ſemꝑ ſtultoꝝ numerꝰ infinitus. q vitā beatā apud reges ſolūmodo iudicent inueniri Sed caue dicūt alij ne diuinis aduerſere p̄ceptis dum regū ſuades euitari ſeruitia. cum petrus ap̄loꝝ p̄nceps et caput eccl̄ie ſubiecti eſtote dicat oīnī creature humane ꝓpter deum. ſiue regi q̄ſi p̄cellenti ſiue ducibꝫ q̄ſi ab eo miſſis. Abſit aūt a me ſcelus hoc vt ap̄lo ꝯtradicam vel regibꝫ dicam nō eſſe parendū. cū et veritas in euāgelio reddi q̄ ſunt ceſaris ceſari iuſſerit ⁊ q̄ dei ſunt deo. cūqꝫ ad romanos paulꝰ doctor gentiū dicat. Omīs aīa p̄tatibꝫ ſublimioribꝫ ſubdita ſit: nō eſt enim p̄tas niſi a deo. Clamo et ego obedite p̄ncipibꝫ vr̄is omēs populi. Subijcite vos ſublimioribꝫ p̄tatibꝫ omēs gentes. Sꝫ memineritis qr petrus ꝓpter deū vt ſubijciamini iubet: nō ꝓpter opes potentias vel honores. At iſta nō ſunt ꝯtraria meis ſcriptis ſi cū ꝓpheta dixerim nolite ꝯfidere in principibꝫ in filijs hoīm in quibꝫ non eſt ſalus. Preterea q̄ plures obiectōnes alias quibꝫ te reſponſorē ꝯſtituo. ſi q ſint qui velint me amplius impugnare. Ego ad rem ip̄am veniā ſi prius quid hoc me diſputare ꝯpulerit paucis abſoluero. Genitor meus ſiluiꝰ. q mortuo patre poſtumꝰ natus paternūqꝫ nomē tulit. adoleſcētie ſue florem apud antiquū ducem mediolanēſem. huiꝰ philippi ducis p̄rem peregit. affectuſqꝫ tandē curie tedijs. domū redijt vxorem duxit. filios genuit et vſqꝫ in hāc diem vitā quietā laudatāqꝫ degit. Is cum ad ſe duo ſeneſes iuuenes admodū nobiles acceſſiſſent. ⁊ an regi ſeruire ꝯduceret ꝑcūctati fuiſſent: ſic rn̄dit. Menippus cū adoleſcens apud homerū heſiodumqꝫ diuerſa deorū ſcelera legiſſet. ea licita eſſe atqꝫ honeſta credebat: nam qꝺ dij faciant qs non arbitrerꝫ honeſtum? Hic vir poſtea factus. cum illa tanq̄ turpia ꝓhiberi legibus aīaduerteret. incertꝰ animi ph̄os adijt. ſciſcitaturus ab eis q̄ nam eſſet optima vita. ſed neqꝫ ph̄i ſatiſfecerunt. cum inter ſe diſſentirent. et alij voluptatem. alij vacuitatē doloris. virtutē alij. quidā vo animi corporiſqꝫ et fortune bona ſimul iuncta vitā dicerent p̄ſtare beatā. Incertior igitur ille multo q̄ antea. vt verbis vtar terencij. cōſulere mortuos decreuit. ⁊ ad inferos penetrauit. ac ex thireſia qui ⁊ ip̄e vates diuinatorqꝫ fuit: vbi vita beata eſſet ꝑquiſiuit. cui cum vates diu reſpondere negaſſet. in aures tandē inſuſurrās. apud p̄uatos inquit optimam vitā. hoc eſt felicitatē inuenies. Gyſes quoqꝫ lydoꝝ rex. qui ſe p̄ ceteris fortunatiſſimū reputabat: Appollinē ꝯſuluit quis ſuo temꝑe felix eſſet. ꝯtempſit oraculū regias opes et appatus. atqꝫ aglaum quendā arcadē modici ruris cultorem. qui metas agelli ſui cupiditate nunq̄ exceſſerat: felicē eſſe rn̄dit. Vos igitur o iuuenes ſi q̄ modo viuatis optime q̄ritis. minime reges adibitis. nam cū ipſi felicitatis expertes ſint. felices q ſibi dicati ſunt nullo pacto poſſunt efficere. quippe q̄ p̄ncipibꝫ ſeruientes nihil ſibi libertatis relinquūt. vt ea ꝯſequi poſſint quibꝫ potiti multo ſint q̄ antea miſeriores. Virtutes ei o iuuenes felicis vite ſunt effectrices. que a principū domicilijs excluſe. ſi quādo caſu aut errore limen ingrediunꝫ: eueſtigio cogunꝫ fugere. ꝓterrite ſiniſtris moribꝫ quibus in altis palatijs viuitur. q̄ ſi tempus differendi daretur monſtrarem vobis omēs homines ſtultos eſſe. qui vitam habentes aliā. in q̄ poſſint honeſte verſari: in curijs principum ſe precipitant. Sed abeſt ociū. Ideo vos tm̄ mo-

neo. vt agrū hunc hiſtriones et adulatores ⁊ alios nebulones metere ſinatis: qui ni-
grum in candida vertunt. nullus eſt em̄ viris bonis apᷓ pᷓcipes locus. nulla emo-
lumenta laboꝝ. ⁊ vt iuuenalis verba reſumā. Minor eſt hodie res heri ꝙ fuit. hec
eadem cras detrahet exiguis aliqd. Sic Siluius genitor. Illi vo ab inſano ꝓpoſi-
to reuocati domi manere ⁊ ſibi ⁊ muſis viuere decreuerūt. At paterna vox minus
in filio ꝙ in extraneis potuit. nec em̄ me pr̄ ab oſequijs curie valuit auocare. ꝙuis
ſepe multi ne me poſt principū veſanias ire ꝑditum admonuerit. Sed expertus ſum
quod prius nō credidi. veraꝗ p̄ris ſn̄iam inuenio. de q̄ libet me nūc in hac ep̄la diſ-
ſertare. grauiqꝫ tuo iudicio remittere cūcta. nā et tu ānis compluribꝰ inter aulicos
canes latrauiſti. Vidi te apud Albertū ceſarē honorato in loco. et cū te primū no-
ui. orator ſuus in Baſilieſi cōſilio benedictōꝫ ſibi ex patrū cetu petebas. cum is re-
gni vngarie dyadema mortuo ſocero ſuo Sigiſmūdo ceſare ſuſcepiſſet. atꝫ poſtꝙ
is qꝫ vita functus ē. nō em̄ triēnio toto impauit. ad nepotē eius Albertū auſtrie du-
cem te cōtuliſti cuiꝰ es adhuc cōſiliariꝰ. Quā rem nō ſum neſcius apud ignaros re-
rum mee ſn̄ie plurimū detrahere. quis em̄ infeliciter viuē curiales crediderit. cū tu
qui vir haberis bonus et ſapiens: ſolutus ſemel curie vinculis. iterum te vincieris
ſed ſum ego qꝫ in eadē qua tu es cauſa. qui annis iam. xv. curialem ſeruitutem ſerui-
ui. et nūc eccleſiaſticos nūc ſeculares ſecutus ſum principes. ⁊ ꝙuis liber nōnunꝙ
euaſerim. mox tamen in vincula meapte redij. Itaqꝫ poſſet aliquis opinari. vt ſolꝰ
vel cum paucis curie voluptatibus fruar. idcirco memores curie coraꝫ alijs deteſta-
ri ſic apud mediolanum qui Bernardino predicatori cōtractus vſurarios accuſa-
bat. vt prohibitis ab his reliquis ſolus ipe feneraretur. Sed longe aliter ē. nō ei qꝛ
placeat mihi curia idō verſor ī curia. ſ; ne leuitatis accuſer. q genꝰ vite receptū neſci-
uerim ꝓſequi. idē et te arbitror retinē. Accidit em̄ nobis ſicut cōiugatis. Sunt em̄
admodū mlti q viuēte ꝯiuge mr̄imoniū dānāt. ⁊ vxoris obitū cupiūt libertatis amo-
re. ſempqꝫ illiꝰ ad corīthios Pauli mādati meminerīt. Solutꝰ es ab vxore noli q̄rē
vxorē. At hi poſtꝙ libertatē ſūt aſſecuti. mox alterā ducūt ꝯiugē. vt vix qdā exequias
defūcte valeāt expectare. Sic em̄ ē hoīm calaītas. vt vitā quā viuūt. diuqꝫ vixerunt
etſi malā ſciūt: mutare tn̄ aut nequeāt aut neſciāt. hic oratiꝰ od eos q ſuā vitā dam-
nātes alienā laudāt. Iā faciā qᷓ vultis inqt. eris tu q mō miles mercator. tu cōſul-
tꝰ mō ruſticꝰ. hic vos hic mutatis diſcedite ptibꝰ. eya qd ſtatis volūt. Plima ſūt mi
Johānes q̄ nos cogūt ꝑſeuerāē. ſ; nlla eſt rō prior ꝙ ābitō. q̄ tanꝙ emula caritatis
oīa fert onera ꝙuis ḡuiſſima. vt honoribꝰ ſecli ac ꝑplaribꝰ laudibꝰ efferat. Nā ſi hu-
miles eſſemꝰ ⁊ aīaꝫ potiꝰ lucrari ꝙ vanā venari gl̄iaꝫ ſtuderemꝰ. haud mlti ꝑfecto
ī hec tedia ſeſe reciperēt. Ad eos igr̄ q ꝓpterea ſeq reges volūt qꝛ p̄latos ⁊ doctos in
curijs eē ꝯſpiciūt. ſaluatoris nr̄i ihu vocē obijciā vocē Sup cathedrā moyſi ſederūt
ſcribe et phariſei q̄ dicūt facite ſc̄m opa eoꝝ nolite facere. Nō igit̄ qᷓ inſignes viri
ac magr̄i vite faciūt. ſ; qᷓ facē debēt imitari oꝫ. Expēdat priꝰ ſeipm̄ q ſe dicaē vult
regibꝰ. an toleraē labores. famē ꝑpeti. ſitim ſufferre. ꝯtūeliaſqꝫ valeat ſuſtiere. De-
inde ꝑſpiciat diligēter vtꝝ ex curia ꝯſeq poſſit qᷓ ſuꝰ deſiderat aīꝰ. mihi ⁊ āguſtie
apᷓ pᷓcipes īfinite ītolerabiles eē videt̄. ⁊ que hoīes optant illic nullatenꝰ īueniri
quo fit vt veram p̄ris ſn̄iam arbiter de qua nūc trāſigemꝰ. ¶ Repetēda ē igit̄ pater-
na vox. qd ille ſtultos eē autumat ſingl̄os q n̄ coacte pᷓcipibꝰ ſuiūt. Clara vox du-
ra tn̄ fortaſſe nōnullis vidr̄. Sꝫ audiāt q̄ pacto ꝓbet̄. Stulti q̄ ad ꝓpoſitū nr̄ꝫ tribꝰ
mōis dicūt̄ hoīes. Stultꝰ ē q queritat qᷓ nequit īuenire. Stultꝰ et q q̄rit qᷓ nocet
inuētum. Stultus qꝫ et ille eſt. q fine ꝓpoſito ad quem tēdit. cū plures habeat cal-
les. deteriorem deligit ⁊ piculoſiorē: vt ſi Romam petiturus cuꝫ due ſibi pateant
vie. altera breuis atꝫ ſecura. altera longior plena latronibꝰ: ꝑgere vltimā velit. Cu-
riales igit̄ homīes aut primā ſtulticiā incidunt aut alterā aut terciā. Aut em̄ qᷓ aſ-
ſequi nequeūt īueſtigāt. aut qᷓ īuētū detrimēto ſit querūt. aut ſemitā peiorē deligūt
q̄s res meliꝰ lōge ꝯgnoſcemꝰ ſi q̄ ſint curialiū deſideria et q̄s ſibi ꝯſtituāt fines ꝑui-
derimꝰ. Mihi vident̄ omēs q regū vel principū latera ſtipāt. aut honores querere.

famāq; ſeculi. aut potentiaꝫ aut diuitias aut voluptates. Nec inficias eo nōnullos
eſſe qui ſe apud principes lucrari aīmas arbitrent. vt meritū tāto maius nāciſcāt:
quāto cū maiore ꝑiculo militauerint. De his igit̄ quicq; generibꝰ hoīm dicēdū ē no-
bis. q̄s tātū diſtare vt ſapiētes ſint oñdemꝰ. vt facile quis eoſdē deliros. amētes. iſa-
nos. ac ſtultiſſimos queat ꝯgnoſcere. Priꝰ tñ q̄ hoc aggrediar. oēs oratos volo ne
me quēpiam principū carpe cenſeat. aut q̄uis pacto Sereniſſimo Diuoq; principi
meo Friderico ceſari detrahere. Nam etſi dicturꝰ inter diſputandū fuerim vicio-
ſos principes eſſe. et libidinū ac ſtulticie ſeruos: nō tñ id oībꝰ aſcripſerim. nec eñ
me latet inueniri nōnullos v̄tutū ac ſanctōnis cultores. q a p̄cipatu vicia diuino
quodam munere ſepent. quēadmodū boni apud gentiles p̄cipes Auguſtꝰ Veſpa-
ſianus Titus Traianus et anthoniꝰ pij ſunt habiti. ⁊ apud xp̄ianos Cōſtātinus
Arcadius Honorius Theodoſius Carolus magnꝰ ⁊ quē Bāberga venerat̄ Hēi-
ricus ſc̄tus in qbꝰ ſi vel pietatē vel māſuetudiem vel pacis amorē vel iuſticie zelum
vel religionis affectū requiris. Fridericū nr̄m nulla in re minorē inuenies. Tātū-
q; abeſt vt meis ſibi ſcriptis velim detractatū. vt eius laudes illuſtrare. et verſibꝰ
quoad poſſim ⁊ orōne ſoluta decreuerim. nec me nūc eius curia detineret niſi ſua
me bonitas allexiſſet. Sed me quāta ſit curialiū infelicitas oſtēſurū. nō quid ipſe et
alij pauci q̄s equos amauit Iupiter. ſed qd cōiter principes agant r̄ferre opoꝛtuit.
ꝙ ſi oīa q̄ inferius mala recenſent̄ in nr̄i principis inueniri curia dixerim. apte
mētiar. nec minus mentiar. ſi nihil illoꝝ hic eſſe cōtēderim. nec ego quenq̄ momo-
derim. quia ſic eſt hoīm vita vt plus mali vbiq; q̄ boni reꝑiatur.

Noſtra intentio eſt fatuos eſſe qui principibꝰ herent diſputādo monſtrare. Hi
igitur illos aggrediamur qui tanq̄ appetentes honorem principibus ſeruiunt. Ad-
uerſus quos cum iuuenali libet exclamare. O medici mediam pertundite venam.
delirant enim qui propter honorem principibus famulantur. ad quorum purgan-
das mentes non meis ſcriptis ſed elleboro potius eſſet opus. quis enim ī aulis pri-
cipum verum honorem dixerit inueniri? Dantur honores in curijs non ſc̄m mores
atq; v̄tutes. Sed vt quiſq; ditior ē atq; potētior eo magis honorat̄. Nā quē vnq̄ pau-
perē tāetſi p̄ſtanti virtute preditum. regum aliqs ſublimauit? Audio qd obijcis. fu-
erunt nōnulli dicis obſcuro nati loco atq; inopes quondam. q nūc oībꝰ ſūt p̄lati. ſic
eñ principes voluerūt. ſed quos oro ſic prelatos ais nempe quos ſuis moribꝰ con-
formes inuenerunt. quibꝰ moribꝰ auaricie. libidini. luxurie. crapule. crudelitati.
Sic eſt ſane. Placet auaro regi qui pecunias vndecunq; refert. Gratus eſt libidi-
noſo qui virgines atq; maritatas ſibi conciliet. Carus eſt ebrio qui conbibit Cru-
deli iocundus eſt qui ſanguinem q̄multum effundit humanum. Nemo acceptus
eſt. nemoq; ex paruo ſtatu prefertur alijs. niſi magno aliquo facinore ſeſe prin-
cipi conciliauerit. At hic non eſt verus honor et ſtabilis. qui ex radice venit non
bona. Vera gloria vt inquit Cicero. ē illuſtris ac ꝑuagata multorumq; et magno-
rum. vel in ſuos ciues. vel in patriam. vel in omne genus hominum fama merito-
rum. quam nec principes aſſequuntur nec qui ſeruiunt eis. Cum vitijs omnes fere
ſint dediti. nec bonum aliquid agant niſi fortuito. At tranſeunti per vrbem tibi in-
clinabunt homines. denudabunt capita. cedent loco. ſalutes dicent. manus oſcula-
buntur. Ita eſt certe. At vbi traſigeris. digitos retro tendent. ſubſannabuntq; tibi
Et ille eſt inquient. qui principem noſtrum ſeducit. qui bellum ſuadet. qui vectiga-
lia auget. qui onera nobis importabilia cumulare facit. et etiam qui verſo pollice
quos vult ex nobis occidit. quem dij deeq; omnes perdant. ne ſub eius tyrannide
diutius ſimus. Huiuſmodi eſt honor curialium. qui ſi te quiſquis es oblectat. non
verebor te ſtultum atq; inſanum affirmare. qui oblectationes tuas in re fallaci va-
ria atq; oīno falſa r̄ponas. At paſitoꝝ vocibꝰ qui te cenaꝝ gr̄a laudāt. quātū tribui
debeat tu ipſe noſti. Preterea hiſtriōes atq; ioculatores ⁊ totiꝰ vulgi laudes. q̄s vir
prudens pro nihilo reputabit. quia nulla eſt vera laus. niſi a veris proueniat lau-
datis. Adde ꝙ omnes curie ſequaces. non quibus preſint. ſed a quibus precedan-

tur inſpiciunt. et altius ſemper euolare nituntur atq; cum reliqui preceſſerint.
ipſis etiam regibus incipiunt inuidere. quia inexplebilis eſt humane glorie appe
titus. Cui poſtq̃ te dediderís: ſemper illud Ciceronis in ore habebis. Quicquid
eſt enim. q̃uis amplum ſit. id certe parum eſt: cum eſt aliquid amplius. Eſt inſup
philoſophoꝝ ſentẽtia ac p̃ſertim areſtotiľ in honoribꝰ nõ eſſe finez ponendum. quia
ꝛ res incerta eſt ꝛ in poteſtate alterius. et qui ſeruit honori ꝛ huius ſeculi fame. ne-
ceſſe ẽ vt mľta faciat inuitꝰ. Interdũ plꝰ hoibꝰ q̃ deo ſeruire cogiť. Duo em̃ cũ ſint
honores. alter viroꝝ bonorum. alter multitudinis. Stultus eſt q primũ apud regẽ
venať. quia inueniri verus honor nõ poteſt vbi virtutes nõ regnãt. Qui vo alterum
multo ſtultior eſt. quia ꝛ rem ꝑnitioſaz ſequiť. ꝛ vicioſã ꝛ inſtabilẽ ꝛ incertam. At-
q; hi quidez ꝑpetuis cruciatibꝰ affliguntť. cum ſibi p̃ferri plurimos ꝛ ſepe indigniſſi
mos videant. nec qui honoꝝ eſt auidus vſq̃ magiſq̃ in curijs angitur atq; iam ſatis
de honore ſit dictum. ¶ Nunc ad potẽtiã eamus. pulchꝝ videť apud principẽ eẽ po
tẽtẽ. tutorẽ vocari regis. precipe alijs bellũ indicere. pacez ꝯponere. poſſe obeſſe ꝛ ꝓ-
deſſe q̃pluribꝰ. Sed multi decepti ſũt. dũ poſſe apud reges plurimũ q̃ſiuerũt. apud
Tiberiũ. Neronẽ claudiũ tampotens Seianꝰ fuit vt imꝑator apud Capreas cũ re
ge Caldeo ſedẽte. ſolus hic imꝑium adminiſtraret. ſecũdumq; illud totius orbis ca
put venerareť. Et qꝑpe ſi ante ip̃m opp̃ſſa ceſaris ſenectus fuiſſet. hunc vnum popu-
lus auguſtũ vocaſſet. Sed nulla eſt apud principes diuturna poteſtas. nulliuſq; ſta
tus debilior. nullius incertior. nullius infirmior eſt. q̃ eius qui apud principem vi-
deť eẽ potẽtior. Sunt emuli multi. ſimultates. odia. Omnis potẽtia magne inuidie
ſubiecta eſt. Incidũt ſuſpitiones. parantur inſidie. perſtrepũt vndiq; delatores. At-
q; vt oculus ꝑua feſtuca turbať. ſic principum gratia offenſiuncula vel mĩma cadit
Interdũ etiaz nullo crimine ꝑdiť. tantum apud principes ſubdola lingua pť. apud
Adrionũ imꝑatorẽ delatoꝝ voces adeo valuer̃t. vt amicos quos ad ſummũ prouexe
rat. poſt hoſtiũ loco habuerit. Sz ad ſeianũ redeo. vis ne ſalutari ſicut Seianus. et
tã eſſe potẽs vt ille fuit. At hic vnica principis epľa captꝰ eſt. ꝑ vrbem vnco ductꝰ ad
ſpectaculũ. ꝛ in tibridis ripa truncatꝰ. Oẽſq; ipſius ſtatue ex capitolio deiecte ſunt.
ꝑlege ſacras lr̃as. quot Saul. quot Dauid. quot ſalomon ex his q apud ſe potẽtes
erãt occidi iuſſerũt. Abimelech quia potẽtẽ vidit apud ſe Iſaac ex regno repulit for
ſitã ꝛ interfici iuſſiſſz. niſi digitꝰ dei cũ illo fuiſſz. Clitonẽ ſue nutricis filiũ philippi
patris laudes ꝯparare fuiſſet. Alexãder Macedo ſua manu interemit. Extãt nr̃i tꝑis
admodũ multa exẽpla. que ꝯſulto fugio ne cui videar detraxiſſe. De magno r̃gni ap-
pulie ſeneſcallo nemo me dicere ꝓhibet. qa tuta eſt in mortuos rep̃henſio. Hic apud
reginã Ioãnã p̃mo in loco fuit. potẽtiamq; ſuã firmiorẽ putabat. quia ꝛ ſtupris ſeſe
inſinuauerat. At regina ꝯuerſo in aliũ amore. ꝑcuſſores ad illũ noctu trãſmiſit. quo
mortuo alios ſibi ꝯcubinos ſubſtituit. Parati ſunt q apud reges ꝑpetuo ſint potẽtes
Sepe q heri placuit hodie diſplicet. nullũ eſt in atrijs principũ maius ſtudium. q̃ vt
alios de gradu p̃cipitẽt ꝛ ſe erigãt. potentũ quilibet appetit. nulla inter curiales ha
bitat fides. nõ frater a fr̃e tutus inueniť. nec patri filius fidus eſt. nec filius patrez
ſeruat. quilibet ſibi ſtudet. om̃es p̃ferri volunt. om̃es mãdare. Si qs potẽs eſt. mille
circa ſe oculos habet. ꝛ totidẽ linguas ad ruinã eius aſpirãtes. ꝛ vnus hinc alius il-
linc p̃mit. Nimiũ multos timere habet q multũ poteſt. ꝛ illũ oẽs oppugnãt q pricipi
gratior exiſtimať. Ruũt turres q̃ iuxta flumẽ ſite ꝑpetuũ in ſe aque curſũ recipiunt.
qd tu facias q ex vniꝰ volũtate depẽdes. i cuiꝰ amore nec ferro nec plũbo ſed cera fixꝰ
teneris. quã vel infrigidatꝰ amor excutiet. vľ ire feruor eliquabit. Nõ oibꝰ tantũ ar-
ridet fortũa. quãtũ cancellario nr̃i ceſaris Caſpi Schlick. quẽ vľ mirãda fati clemẽ
tia. vel ſingularis virtus. atq; p̃ſtãtia (que in pauciſſimis hoibꝰ repiť) apud tres ce-
ſares iter p̃mores potẽtẽ reddidit. Alios vo vix vnq̃ vidimꝰ in curia ſucceſſoris tales
eſſe. quales apud anteceſſorem fuere. Sed p̃cipitari cõplurimos ex gradu cernimus.
ita vt quãto prius honoratiores ꝛ potẽtiores cenſebantur: tãto exinde debiliores ꝛ in
honoratiores fiant ꝛ ſint inimicis gaudio. amicis vo ꝛ propinquis ꝛ ſibi dolori. mo-

leſtie atq3 de decori. Eſt aūt vulgatiſſimus eorū3 finis qui apud principes vel hono-
rem vel potentia3 queritāt. quos in errore tammanifeſto cōprehēſos ſtultiſſimos eſ-
ſe nemo negauerit. nec plura de potētia. Nūc diuitias proſequamur. quas mime
dubiū eſt ꝯplures mortales ī curiales carceres attraxiſſe qui cū Oratio ſe laborē fer
re dicunt ſenes. vt ī ocia tuta recedāt. quidam vō Juuenalis referūt verba. qñ ego
figam aliquid quo ſit mihi tuta ſenectus a tegete ⁊ baculo. Aduerſus quos poſſum
Saluatoris noſtri ſermonem referre. qui tam difficile dicit diuite3 intrare regna ce
lorum. ꝙ per foramē acus tranſire camelu3. quo ſit vt ſtultum ſit diuitias querere.
⁊ ſpem patrie celeſtis amittere. nec mihi quiſꝙ timorem famis adducat. quaſi ñ ha
beat xp̄c vnde alat pauperes ſuos. Apoſtoli nauim ⁊ retia reliquerunt inquit hiero
nimus. nec tamen illis quicꝙ defuit. Libertas chriſti pauperum ⁊ olera. Creſi diui
tijs preferūtur. ſed iſta fortaſſe nimium religioſe dicuntur. nec talia ſunt que vulgo
probari queāt. Agamꝰ igitur pingui mineruа. cōſentiamuſq3 Juuenali ⁊ Areſtoti-
li ad felicem vitam opus eſſe diuitijs. quia nō facile emergūt quorum virtutibus ob
ſtat res anguſta domi. Sūt qui ſe poſſe putant diuitias cumulare principibus ſerui-
entes. at hi vt diuitias comparēt libertatem vendūt. nec tamē diuitias aſſequuntur.
nam ſi tibi princeps vel beneficia cōtulit vel feuda conceſſit. vel res alias. tātomagis
ſeruire teneris quanto maiora ſunt dona. Qđ ſi aliunde neſcis ex Gregorio diſcito.
Cum em̄ inquit ille augentur dona. rationes etiam creſcunt donorum. Qz ſi tunc ex
curia velis abire cum diues es factus. mox omnia perdidiſti. Inuenitur cauſa Sub
mittit̄ accuſator. cōuinceris reus. etiam nō commiſſi criminis. auferuntur bona. ⁊
ne cōqueri vnꝙ poſſis eripitur ⁊ vita. Si vō in curia perſeueraueris. oportet ad q̄
uis imperia regis eſſe paratum. ire in bellum. per latrōes trāſire. nauigare in mari.
manere in peſte. mille capitis adire pericula. Juſtum ⁊ iniuſtum exequi mādatum.
ridere ⁊ flere cum rege. laudare quem laudat. vituperare que3 vituperat. nulla tibi ī
verbis aut ī operibus libertas ſuperit. Quid igitur ſtultius eſt ꝙ diuitias per tot
tormenta cogere. cum ſit manifeſta freneſis. teſte ſatiro. vt locuples moriaris egēti
viuere fato. Nōne preterea deliramētum eſt cum duo vel tres cumulauerint opes.
oēs huius liberalitatis munificētiam expectare. ⁊ nō potius infinitos reſpicere: q
dum regibus ſeruiūt. ad extrema3 inopiam ſūt deducti. iam dabitur inquit Perſiꝰ
iam ia3 donec deceptus et exſpes ne quicꝙ fundo ſuſpirat munus. in imo diuitibus
nōnūꝙ dari ſolent diuitie. ſicut ī mare feruntur aque. Nemo pauper ꝙuis diu ⁊ ad-
modum vtiliter ſeruiuerit. tantū premij reportabit quantum diues ex obſequio par-
uo. Nō em̄ ſeruitia in curijs principu3. ſed perſone ponderant̄. Nam ⁊ paruos par-
ua decēt ⁊ magnos munera magna. Nec donare reges ſolent. quod nequeāt cum libi
do fuerit auferre. itaq3 nec rem donatam ſi velis alienare poteris. nec in aliud regnū
trāſferre. nec ex ea quicꝙ diſponere quod regi nō placeat. Nō ſūt igit̄ tue hmōi diui-
tie quibꝫ nō potes vti ꝓ arbitrio. Quid ꝙ neq3 teſtandi facultatem habebis nanq3 ſi
liberis careas nemo tibi nō princeps erit heres. ſi adſunt filij. niſi ⁊ ipſi principi ſer-
uiant nō ſuccedent tibi. Taceo quot diuites necati iuſſu eorum ſint qui eos ditaue-
rint. Solent enim principes ſic nōnullis largire multa. ſicut ⁊ nos ſues paſcimus.
vt eos poſtꝙ impinguati fuerint deuoremus. Sic de ſeneca Longinoq3 legimꝰ quos
propter diuitias interemptos Juuenalis affirmat his verſibus. Temporibus di-
ris igitur iuſſuq3 neronis Longinum ⁊ magnos ſenece prediuitis ortos. Clauſit et
egregias lateranorum obſidet edes. Tota cohors. perierunt em̄ ⁊ laterani propter di
uitias. Recte igr̄ ſcriptum ē ⁊ vere q amat diuitias fructum nō capiet ex eis. Adde ꝙ
pauciſſimi reges q̄ ſua ſūt donāt. rapiunt em̄ vt donent. que nec vera ſūt dona nec iu-
ſte poſſidēt̄. Cū vix regnū vllū inueniat̄ qđ nō ſit vel ꝑtū vl' ꝯtinuatū fraude. qd ē qđ
largire iuſte p̄ncipes poſſint. vñ pecuīe vñ iocalia veniūt q̄ apđ p̄ncipes ſunt. niſi ex
raptu vl' vēditōe iuſtie. aut ex ſpolijs ecct'iaꝝ. At iſta ſūt iniqtatis p̄mia. q̄ nec regi ꝓ
deſſe neq3 tibi vtilitati ſi donata fuerint eē poſſint. Relinqm̄ꝰ igr̄ hāc diuitiaꝝ cupidi
tatē. qr ñ iplet̄ auarꝰ pecuīa. ⁊ auro vt inqt Hierōimꝰ ⁊ Seneca prius dixerat. tā de-
eſt quod habet. ꝙ quod nō habet Scimus ſcripturam dicētē qr nō ꝓderūt diuitie in
tempore vltionis. diues em̄ cū interierit nō ſumet oīa ⁊ nō deſcēdet cū eo glīa domꝰ

eius. Uiuamus obſecro tanq̄ nihil habentes ⁊ oĩa poſſidētes. victus atq; veſtitus
vt iteꝝ Jeronimi verbis vtar. diuitie xpianoꝝ ſūt. ⁊ has ē potēs nobis dn̄s abſq; mi
niſterio principū tradere. diuitias veras apud reges vel nō inuenimus. vl' tales inue
nimus quas longe melius fuerat nō inueniſſe. At hoc de diuitijs libaſſe ſufficiat. Ex
quibꝫ ni fallor mōſtratū eſt ſtulticie opaꝫ dare. qui ob opes principibꝫ famulantur.
¶ Nunc tp̄s admonet vt de voluptatibꝫ diſſeramus in quibꝫ multi mortales beati-
tudineꝫ poſuerunt. Atq; in p̄ris Epicurus vir alioq̄n magnus. queꝫ ph̄i noſtri tp̄is
magis verbis q̄ factis reprobāt. nā quotꝰ eſt obſecro vl' theologoꝝ qui voluptatibꝫ
nō inſeruiat. Obrem ſi quem forte inueneris qui aſpnet̄ oculis pulchritudinē re-
rum. nō odore vllo nō tactu nō ſapore capiat̄. ſecludatq; auribꝫ oēm ſuauitatem.
huic hoīes ⁊ fortaſſe pauci deos ꝓpitios pleriq; aūt iratos putabūt. In oratiōe pro
Marcello Ciceronem dominantem. inuenimus quibꝫ in verbis oēs quinq; ſenſꝰ
tetigit. quibus voluptates hauriuntur. Cūq; due vie ſint quibus humana vita con
tinetur. altera virtutum. altera voluptatuꝫ: illa deſerta inculta atq; intercluſa fron-
dibus ⁊ virgultis hec ſemꝑ hoīm frequentia teritur. nec quiſq̄ eſt qui voluptati nō
obſequatur. Suntq; admoduꝫ multi qui tanq̄ voluptatibus fruituri obſequia prin
cipuꝫ amplectunt̄. quodq; ſtultiſſimuꝫ ſit ope p̄ciuꝫ fuerit oſtendiſſe. ac ð volupta-
te que primū oculis percipit̄ primum dicamus. Oblectantur nōnulli dū ſplendidos
equites cōſpiciunt. dū bella geri exercituſq; ꝯcurrere vident. dum formoſas cultaſq;
mulieres intuet̄. dū cetus hoīm ornatoꝝ. dū ludos. dum iocos. dū pulchros equos.
dū picturas. dū ſericeos pānos. purpureos. aureos. duꝫ mirificas veſtes. inſignes
vrbes. egregias domos. alta palatia. marmorea templa. teſtudines. viridantia prata
lucos. fontes. flumina. feras. ſerenuꝫ aerem. montes apricos. amenas valles. armē-
ta. canes. ⁊ huiuſmodi cetera cōtemplant̄. at hec oīa multo iocundiora ſunt priua
tis hominbus q̄ curie obligatis. naꝫ qui ſeruitio regum mancipatus eſt. in bello nō
vt ſpectator. ſed vt miles aderit. ⁊ huc atq; illuc cōcurſabit. ac hoſtem ferire ſeq; tue
ri magiſq̄ oblectare oculos cogitabit. Mulieres nō intuebit̄ niſi cū regi placuerit.
tuncq; illas videbit que alijs grate ſibi moleſtiſſime ſint. ornati veſtibꝫ hoīes plus ī-
uidie q̄ voluptatis prebebunt. ⁊ alienos equos ⁊ meliores ⁊ nitidiores q̄ ſui nō le-
tabitur inſpexiſſe. iocis atq; ludis perraro intererit. lateri regio ſemꝑ aſſiſtens. pala
tia ð tēpla picturas facilius ſpectare mercatores atq; priuati hoīes q̄ curiales poſ
ſunt. Cunq; reges praro ſuorum regnorū limites exeant. vrbes inſpicere nō niſi vni-
us regni poteris. nec quid apud alias gētes ſit precioſū videndi tibi copia dabit̄. ea
quoq; que ī cāpis ſunt viſu delectabilia rariſſime inſpicies. domo clauſus q̄ſi capti-
uus nec vnq̄ exibis. niſi cū rex vel venari voluerit. vel aliter animū relaxare. quod cū
fiet cū maxime velles domi manere cum niues agros cooperuerint. vel cum ſolis fer
uore mundus ardebit. Sed marcet plerūq; ſub tecto ſqualida pulueribꝫ ps maior cu-
rialium. nec in choreis atq; tripudijs feminaꝝ delectatio dat̄. cum tu illam reſpici-
as que in aliam fert̄. ⁊ te nedum ſpernit. ſed etiam odit. Nulla dies eſt in qua res
mille nō videas que tuum conturbēt aīm. Semꝑ tibi ante oculos inimici ſunt. oſcu-
lariq; manum ꝑſepe cogeris quam velles truncatam videre. facileq; plus amaritu-
dinis q̄ dulcedinis viſus tuus ex curia reportabit. ¶ At in auditu dices magna eſt
curialium delectatio. duꝫ nouitates totius vrbis viros ſapientiſſimos loquētes. dū
geſta viroꝝ magnoꝝ. dum cantus ſonoſq; audiūt muſicoꝝ. Credo ⁊ hoc pleroſq; ð-
cipe. Sed medendum eſt etiam huic parti. ne quis oblectaturus aures curie ſe aſtri-
gat ac moleſtiam ꝓ voluptate percipat. nam quod tu mihi de nouitatibus ais abs
negotio ꝯfuto. cum plura illic diſplicentia q̄ grata audiant̄. Cum nunc ciuitates ca-
pte. viri p̄ſtantes occiſi. ſpolia facta. rapine commiſſe. victores mali. victi boni ſepiꝰ
referant̄. Uiros aūt ſapiētes q̄ de moribus ac ſecretis nature diſputāt. quiq; hyſto-
rias referunt. nō niſi ꝑ adulationes apud principes accipies. q̄ ſi nōnūq̄ oratores
atq; ph̄i diſerti curias adeūt. orationeſq; coram principibus hn̄t. nō tamdulce ē eos
illic audire. vbi cū metu magis loquūt̄ q̄ in ſcolis vbi ſūt liberi. ⁊ ad veritatem. nō

cõplacentiā fanť. Hinc eſt ꝙ Athenis dū libera ciuitas fuit ⁊ Rome dū ꝯſules rem-
pu. gubernabāt. lraꝝ ſtudia maxime floruerūt. In curijs võ quilibet ſermo ꝑ adula-
tõeȝ habeť. nihil ad veꝝ dicit. Comendanť mali boniqꝫ vitupanť. Sūt qui veterū
narrāt hyſtorias. ſed mēdoſe atqꝫ ꝑuerſe. claris auctoribꝫ ñ crediť: ſed fabellis inani-
bꝫ fides adhibeť. Plꝰ Guidoni de Columna q bellū Troianū magis poetice ꝙ hy-
ſtorice ſcripſit. Uel Marſilio de Padua q trāſlatiões imperij que nūꝙ fuerūt ponit
vel vincētio morcho ꝙ Liuio: ſaluſtio. Juſtino. Quīto Curtio. Plutarcho. ac ſue-
tonio ꝑſtantiſſimis auctoribꝫ. crediť. Citharistas võ ac cãtores. ꝙuis curia ſolet opti-
mos hr̄e plus eñ hoc genꝰ hoīm ꝙ phoꝝ vel poetaꝝ pñcipibꝫ placet. nõ ad tuaȝ ſed
regis audies voluptatē. Cūqꝫ dormire aut aliud opus agere velles. tū potiſſime iſto-
rum ſonis aut cãtibꝫ ingetaberis. Omībꝫ hoc viciū eſt cantoribꝫ ingt Oratius inter
amicos. vt nūꝙ inducāt aīm cantare rogati. iniuſſi nunꝙ deſiſtāt. Quo fit. vt cū no-
lis audias. cū velis nuſꝙ appeant. Et tñ his ſingul' kľs aliqd cogeris elargiri. Quid
ꝙ oīa iurgiorū atqꝫ rixaꝝ ſunt plena. vnus alteri maledicit. increpāt ſe inuicem.
Blaſphemie in deum ſāctoſqꝫ iaciunť. oēs in ꝯfuſo loquunť. tot clamores ſunt. vt
vix ſociū qui prope te eſt valeas audire. quilibet ſua facinora narrat cū derogatione
alterius. Illi ſuam pñam laudāt ⁊ alienā vitupant. Spurciſſima vndiqꝫ verba ꝑſo-
nāt. nulla ĩ verbis modeſtia. nulla reuerētia. nullꝰ pudor. Scurre ſemꝑ audiunť vel
detrahētes vel ructātes. Nam his ſolis libertas eſt. quicquid vel facere velint vľ di-
cere. At hec ſi quis ſapiat ſurdus potius eſſe velit ꝙ audire. ¶ Jam de tactu ꝑgamꝰ
in quo venus potiſſime dñatur quam nõnulli reꝝ ignari blandiſſimam in curijs eſſe
ꝯfidunt. Ex eo errantes. ꝙ mulieres eos amare ꝯſueuerunt. qui veſtibus ſunt ornati
qui crines ventilāt. qui torneamentis interſunt. qui canunt. qui choreas ducunt. qui
ſemper leti atqꝫ hilares inueniuntur. ſicut curiales eſſe videntur. Sed minime ita ē
vt grata ſit hic venus. nam ſi qua eſt mulier que hos amat. nõ tamē eis ſe credit. qs
loquaces agnoſcit iactatores inſtabiles. plurium amatores. niſi forſitan aliqua eſt
que famam paruifaciat. tuncqꝫ multi circa vnam ꝯcurrunt. nec vllam ſine riuali di-
liges. hinc rixe. cõtentiones. odioſa verba. interdum verbera ⁊ homicidia. nullam
nutrire modico poteris. cui adſint qui multa ꝓmittāt. veniet alter te pulchrior ⁊ ac-
ceptior. nulla tamen fides eſt que vno ꝯtenta ſit viro. ſepe cū amicam petes. aut ali-
um cum ea inuenies. aut iſſe illā ad aliū repies. Et ſi tibi grata obtigerit ⁊ fida pu-
ella. nõ poteris niſi raptim. ⁊ ꝑ furtum eſſe cum illa. neqꝫ eñ ſeruire regi ⁊ amori po-
teris. quia vterqꝫ inſolēs dñs eſt. ⁊ qui hoīeȝ totum vult ſibi. Adde ꝙ nedū amicam
ſed nec ꝯiugeȝ in curia pudicam ſeruabis. tot ſunt vndiqꝫ proci. tot formoſi iuuenes
tot promiſſores. tot lene. vt nec caſtiſſima ꝯiunx reſiſtere tot impugnationibꝫ poſſit.
Et ſi probiſſima fuerit. deſerenda eſt tamen. cum indies curie principum moueanť
Siue coniunx ſit ſiue concubina tunc anxietas mentiſqꝫ dolor. quia nec cum amica
remanere nec illam ducere tecum potes. ⁊ inſtabilitatem femine remanentis cuiꝰ eſt
in horas mutari ſemꝑ ſuſpectam habebis. Junge irriſiões ac detractões q̄ fiūt amā-
tibꝫ. Jnumera diſcrimia. pondera ſuſpitões. oīa hec cū ſint p̄uatis g̃uia. curialibꝫ
ĩportabilia. nec vſꝙ ĩ atrijs rḡu tactꝰ oblectať. ¶ Sequūť alij duo ſenſꝰ odorādi ⁊ gu-
ſtādi q ꝑti ꝯiūcti ſūt ꝑtim diſiūcti. nāqꝫ dū fercula r̄dolētia ſapidaqꝫ ꝯmedimꝰ vterqꝫ
ſenſus letatur. Si quis aut florum aut vnguentorum ſequatur fragantiam nõ gu-
ſtum ſed odoratum iuuabit. ⁊ officium ſuuȝ odoratus amittet cum in palato cibus
maſticabitur. At hi quibus in ſolo palato eſt cauſa viuendi ſtulti ſunt. ⁊ pecudum
vitam nõ hoīm ſectanť. Naȝ ⁊ aplꝰs eos vitupat quorum deus venter eſt. rem nan-
ꝙ damnatam ſequuntur: ꝙuis plurimi propterea velint regibus obſequi. vt bibere
atqꝫ edere maxime poſſint. ⁊ quia principes optimis vtantur vinis atqꝫ cibarijs. ve-
ſci quoqꝫ ſe eiſdem ſperant. potaturoſqꝫ cum regibus ſe confidunt. ac ſicut muſce pin-
gues mēſas ſic iſti vnctas dñoꝝ popias inſectāť. ꝙuis regalibꝫ epuľ magis muſce
ꝙ iſti potiāť. Uideamꝰ igr apd faſtigiū regale q̄nta ſit curialiū edēdi atqꝫ bibēdi vo-

luptas.que ſane tūc optima eſt.cuʒ fames adeſt atqʒ ſitis.cum nec illa nec iſta ꝑtra-
bitur. At in curia perraro añ meridiem cibaria diſtribuuntur. quo tempore ñ fame-
lici ſed rabidi ſūt homīes .quibuſdam vo expectatio longa debilitatis ſpiritibus ap
petitum ſubripuit. alij modico pane vel caſeo preguſtato orificium ſtomachi clauſe-
rūt.quo fit vt alij vorēt quicquid apponitur ⁊ ad crapulam impleant. Alij vel mini-
mum ſumere nequeant. Interdum ī ortu diei et añ lucem fercula poſita ſūt.que niſi
comederis vſqʒ in nocteʒ ieiunabis..nec tñ ſtomachus officium ſuū fecit nec appetit⁹
adeſt.cuʒ poſt meridiē pranſus fueris rurſus poſt horaʒ cenā ponit .nūq̄ ī ſuo tēpore
cibus affert.hic ſubite mortes atqʒ inteſtata ſenectus.⁊ orexis ⁊ vomitus ⁊ iliorūʒ
dolor ⁊ calculus.⁊ morborū oīa genera viuūt. qualis cena tamē vinū quod ſuccida
nollet lana pati. vt Iuuēalis ait affert. quod cum biberis inſanus fias acetoſum.
aquaticum.corruptum.pēdulum.acerbū.aut frigidū.aut nimis tepidum.colore ſa-
poreqʒ malo. Taceo illos pñcipes qui tñ ceruiſiaʒ ī potu prebēt.que cū vbiqʒ ama
ra ſit.ī curijs tñ ⁊ amariſſima ē. Nec tibi aut ī argēto aut ī vitro dari pocula credas
nāqʒ ī vno furtum timetur.ī altero fractura. Potabis igitur ex ligneo cipho .nigro
ātiquo.fetido.ī cuius fūdo fex cōcreta eſt.ī quib⁹ ſepe minxiſſe dñi cōſueuerūt.nec ti
bi vni ciphus dabit vt ſi velis vel aquam miſceas.vel puruʒ bibas.ſed ī cōmuī pota
bis.atqʒ ibi mordebis vbi nūc vel pediculoſa barba vl' ſaluioſum labium.vel immū-
diſſimi dētes fuerūt. Interea vinum ātiquū ī tua preſētia regi ꝓpinabitur .cuius tā-
ta fragātia eſt.vt eius odore tota domus repleatur. Bibetis muſcatellum .maluati-
cum.ex gallijs.ex matrigali.ex riparia genuēſi.ex vngaria.atqʒ ex ipa grecia ſibi af-
ferri vina iubebit.nec vnq̄ tibi vel nimium cyathū cōmūicauit q̄uis cardiaca paſſio
ne crucieris.q̄ ſi bonū vinuʒ añ te ſit nō tñ iocūde ſapiet. cum melioris fragātiam
tue hauſerit nares. Velles nōnūq̄ bibere ſed ñ audes niſi maiores icipiāt.nec famu-
li vinū apponūt niſi poſt medium mēſe.q̄ ſi añ petieris ⁊ importun⁹ ⁊ petulās ⁊ ebri
oſus iudicaberis.nec ſñ ignomia quod poſtulas obtiebis.nec ad tuam ſed ad maio-
rum ſitim potabis . Vinū poſtq̄ ī mēſa fuerit ꝑ multas man⁹ trāſibit añq̄ ad te veñ
at.nec ſperes mūdari ciphum dum pincerne remiſcēt.q̄uis ī fūdo fex hereat vel in-
tus aliquis ructauerit.nam ſicut ī templis aque bñdicte ſuperinfūditur.ſic ī atrijs
pñcipū vinaria vaſa quibus familie potāt ī āno ſemel euacuata mūdātur. Nec ī vi-
no tñ ſed ī aqua quoqʒ cruciatus ineſt. Nam ſi ſtomachus dñi vt iuuēalis īquit fer
uet.potuqʒ ciboqʒ frigidior geticis petit decocta pruinis. Quibuſdā ī eſtateʒ ſerua
tur glacies atqʒ hac ī feruorib⁹ vīa frigefiūt.nec tibi mīma portio dabit maioriqʒ ſi-
ti cruciabis.q̄ʒ vidēdo nihil guſtab. Quid tibi de mappis dicā.nigris laceris vnctis
que nedū tibi faſtidiū moueat.ſed manib⁹ applicāt teqʒ ſequūt.ſi qñ te volueris ter
gere q̄ plures veriti madidas pīgui iure manus ī ꝓprijs deſiccāt veſtibus.hic eſt illō
abdomē q̄ ī pectoralibus curialiū cernis.vt ſati⁹ ſit ī ſtabulis porcorū q̄ ī curijs co-
medere dñorꝝ.naʒ mēſalia illa mūda.ſericia duplicata.ſolis pñcipibus ſeruiūt ⁊ in-
dies mutātur.tua trūcis affixa tamdiu diſcerni a mēſa poſſint. Audi nūc cibaria ⁊
ſume voluptatem ſi potes.nulla tibi alia mactātur aīalia q̄ boues.capre.porci. vel
vrſi.nec iſta recētia vl' paululū trita.ſed poſtq̄ fetere ceperūt diſpēſatores emere ſo-
lēt.nam quo minoris emūt eo magis furātur. Carnes tue frigide bis cocte imūde ī-
ſipide.fetētes fumo ⁊ carboībus plene.nullis ꝯdimētis.nullis ſallamētis.ſpeciebuſ
qʒ nullis apparate. Caules putridi.rape marcētes ⁊ muſcide.legumia ſemicocta.cice
ra.piſis.fabis.lētibus interdum pulueribus atqʒ cinerib⁹ mixta . Caſeus raro ad
te venit.aut ſi venit viuus eſt plēus vermibus.vndiqʒ perforatus ſitu ſqualidus.ſa-
xo durior.butirum fetidum lardumqʒ rācidum tua fercula condit. Oua tunc appo-
nuntur tibi cum iam pullos alūt. Pira ⁊ poma marcida.que niſi tu comederis por
corum eſca fuiſſent.oleum quo tibi excoquuntur fercula de lampadibus ſumitur vl'
lucernis.cuius fetore fugari ſerpētes poſſent.quale illud fuiſſe credendum eſt proptē
quod rome cuʒ bochare nemo lauari volebat. Ego magnifico hero meo Caſpari cā-

cellario gratias ago.qui me hac ex ſentina immunditiaꝝ detraxit. ⁊ ad lautã eiꝰ mẽ
ſam deduxit.ꝙuis niſi ipẽ fuiſſet iam curiarum tedijs renuntiaſſem. Sed proſequar
ceptum iter.piſces tui vel lucij parui vel carpones vel alletia. Si natalicium fuerit
poteris ⁊ renkam guſtare luti in quo iacuit odore fetentem. vel anguillam colubre
cognatam.aut hoſce piſces qui apud cloacas vrbium nutriuntur. Si quis tibi nobi
De piſcibus curialium
lior piſcis apponetur quatriduanus erit. Panis tuus niger ⁊ adeo durus vt vix ge
nuinis dentibus frangi queat. Et ꝙuis eodeꝫ precio ſepe niger ⁊ albus panis ema
tur.ne tamen aſſueſcas ſemper nigro paſceris. Voluntqꝫ dñi aſſidue inter ſe ac ſer
uos diſparitatem notari.ꝙuis neqꝫ voluptati nõnunꝙ neqꝫ vſui fuerit. Tua inſup
fercula eadeꝫ ſunt.facileqꝫ in annum quid tibi edenduꝫ ſit ſcire poteris.que res ad
moduꝫ voluptateꝫ diminuit que ſolet varietatibus irritari. Poſſet forſitan aliquis
hoc tollerare:niſi meliora pre ſe ferri continuo cerneret.ſicuti curialibus accidit.qui
dum ſordiduꝫ panem terunt. dũqꝫ in moreꝫ equorum vel ordeuꝫ vel ſpeltaꝫ vorant.
De piſcibus dominorum
aut quas vocant caſeatas. Interea domini piſcem queꝫ corſica miſit.vel thauromi
nitane rupes.ſeuientia nanqꝫ guttura ſaciare nõ ſufficiunt noſtra flumina ne maria
dum piſcatores proxima queqꝫ ſcructantur retibus.nec piſcem ſinunt in vicinia cre
ſcere.ecce mox alium qui longi latiqꝫ pectoris.necnõ Squillaꝫ defert aſparagis vi
diqꝫ ſeptam.cuius cauda neduꝫ familiaꝫ ſed hoſpites quoqꝫ ſiqui affuerunt ꝯuiuaſ
qꝫ deſpicit ille murenam adducit ex ſicilia quaꝫ inter Scyllam ⁊ Charibdim cepit.
duꝫ auſter ſe contineret. quid accipenſeres.turtures temulas aut alios piſces enũe
rare.quicquid in aquis ſuauius aliter.ante principeꝫ atqꝫ id vel aſſum vl' oleo vene
frano vl' vino coctuꝫ optimo inter odoriferas herbas intueberis. Maxima inter pi
ſces tibi inuidia accreſcit.nec minor inter carnes. Cũ ceruuꝫ leporeꝫ apruꝫ capream
De ferculis dominorum
caſtora faſcianuꝫ perdiceꝫ gruẽ pauoneꝫ oricẽ gallinaꝫ turdos merulas ficedulas ar
deas Anſeres edulos agniculos cuniculos.aſperiolos ⁊ quicquid volat ⁊ quadru
pedat ſaporis egregij voranteꝫ principeꝫ videas:atqꝫ hec egregie cõdita pulmenta
rijſqꝫ preparata ſuauiſſimis. que cum reſpicis nihil ex his que ante te ſunt morde
re potes. Sed expectas ⁊ ad comiteꝫ dicis ecce iaꝫ dabit nobis ſemieſuꝫ leporẽ aut
aliquid de clunibꝫ apri. iaꝫ piſceꝫ aſſum.iaꝫ congelatuꝫ aromatico iure ad nos mit
tet.iaꝫ pulluꝫ gallinaceuꝫ iaꝫ duas auiculas deſtinabit.ſed euaneſcit om̃is cogitatꝰ
tuus.naꝫ curialibus nihil horuꝫ porrigitur.niſi fortaſſe ad cruciatuꝫ tuũ aliquid ſo
cio tibi aſſidẽti mitteretur.quo ſcires illũ te principi carioreꝫ.nõnũꝙ ⁊ tibi tantillũ
dabitur nõ quo te ſatieris ſed quo magis afficiaris tedio ꝙ ſuaues ſint epule princi
pis.ſciens panem ante dominum niueuꝫ ac molli ſiligine factuꝫ aſpicies ad quem
piſtanduꝫ proprius eligitur ⁊ magno ſtipendio retinetur artocopus.queꝫ ſi tangere
volueris increpatus percutieris qui paneꝫ tui caniſtri nõ receperis.nec intactuꝫ he
ri dimiſeris.ꝙ ſi ver fuerit ⁊ optata tonitrua cenas maiores reddiderunt. raduntur
tubera terre ⁊ vſqꝫ a libya deferuntur. Boleti optimi.quales edere ſolebat claudiꝰ
ante illum in quo venenum vxor ſibi porrexit. Curialibus aũt viles ⁊ ancipites fun
gi ponuntur.et in quibus ſepe mors editur. Poma principis talia ſunt qualia ſo
De pomis dominorum
rores dicuntur Heſperides habuiſſe.⁊ his ſolum oblectari potes.tam em̃ odorifera
ſunt.vt non ſolum propinquos.ſed longe etiam ſtantes odore ſuo perfundunt.tan
gere tamen illa nõ poteris aut quouis pacto guſtare. Caſeus ex parma placentiaqꝫ
deducitur. Sudans cecus.pinguis ex ouibus factus.que ſolum ſerpyllum cum ſua
uiſſimis herbis depaſte ſunt. Structorem interea ſaltantem per domum ⁊ chiromã
ta volanti cultello ante dominum diuerſis geſtibus leporem atqꝫ gallinam ſecanteꝫ
ſpectabis.⁊ qui te nihil horum permittit tangere.quibus oblectareris. Quis eſt qui
rebus in iſtis voluptatem eſſe curialibus credat.quis nõ potius penam ingentem
cruciatumqꝫ maximum recognoſcat.an non ſimilimum eſt hoc tormentum illi qꝺ
poete finxerũt de Tantalo qui nec in aquis bibere nec in pomis edere poteſt.ꝙuis
ad mentum vſqꝫ vtraqꝫ ſibi pertingant. Quid ꝙ in menſa pnceps aſſidue fabulatur

atq; tacenda dicēdaq; fatur. cū tu nec loqui nec hiſcere audeas. nā ſi forte mutire p̄-
ſumpſeris aūt nutu aliquid ſignificare. quaſi caſus ꝑ plantas educeris foras. ac vł
latro vel fur vocaberis vł adulter. Maxima queq; dom⁹ vt iuuenalis ait ſuis ē ple
na ſupbis. ille panem magno cum murmure porrigit. ille indignat̃ ꝙ ſe aliquid po-
ſcas ⁊ quod ſe ſtante recumbas. aut nō vident famuli defectum menſe. aut ſi vident
negligunt emendare. Sepe tibi vinum vel panis deerit. nec tamen aliquod iſtorum
poſcere audebis. Si vel aquam vt vinum dones vel acetum vt piſcem mergas vł ſal
vt carnes aſpergas vnq̄ꝫ petieris importunus diceris. Enumero tibi ſedentium te-
dia. ſed maiora illorum ſunt qui ſtantes ſeruiunt. ⁊ quotiens aliquid mordes ipi te
cum hiāt ⁊ aerem ſolum capiūt. qui ſolis paſcuntur cenaꝝ reliquijs. Sꝫ accipe mo
leſtias alias. Sunt in curia diuerſe dapes. nam raro minus q̄tuor ferculis cena pa
ratur. at iſta nūq̄ꝫ vt optares ex ordine dabunt̃. ſemꝑ quod vltimum velles erit p̄mū
cum pane ſatur ⁊ vrſi plenus dorſo fueris. tunc cibaria meliora porrigēt̃. vt vel ſto-
machatus renuas vel ad crapulaꝫ cum tuo maximo dāno ɔmedas. ꝙ ſi quis caſus
meliores epulas initio mēſe ɔceſſerit. mox ille ex oculis auferrēt̃. Eſt em̄ magna mi-
niſtris diligentia ne diutius res p̄cioſiores eſſe in menſa ꝑmittant. nam ⁊ in ponen
do tardiuſculo. ⁊ in leuādo celerrimi ſunt. Aſpice inſuꝑ in ꝑapſide quot man⁹ ena-
tant circa carnes. quot cultelli feſtinant. quale ꝑiculū illic manū apponere niſi quis
chirothecā ferreā receꝑit. Sic apud Strigoniēſem archiep̄m illū qui ante p̄ſentem
ſcd̄us fuit florentinū quēdam feciſſe ɔmemorant. Contigit em̄ vt nōnunq̄ꝫ alienū qs
digitum vel portiūculam manus acceperit atq; momorderit. vituli carnē vel bouis
exiſtimans. Menſe in curijs vndiq; circūdant̃ edentib⁹. Cibaria ſupra caput tuuꝫ
⁊ humeros afferunt̃. ſepeq; ſuꝑ te ius totum effundit̃. Hic te p̄mit is raptat ⁊ in fa-
ciem tuam vomit. inter ferculū ⁊ ferculū magna fit mora. tempuſq; longū expectādo
ɔſumit̃. cum interim nec ſpuere nec ſcreare potes. niſi ſcurraꝝ numero velis haberi
Nunq̄ꝫ certa ɔmedendi eſt hora. Si tamen in ip̄o menſe initio nō affueris. cena mul
ctaberis aut iurgijs afficieris acerbis. Inter hec nec porros neq; cepe neq; alleū qꝫ
venenum ab Oratio dicit̃ ɔmedere poteris. Nec igit̃ que principes edunt. nam illa
tuum ventrem dedignātur. nec que ruſtici vorant: quia vetorem dn̄is ingerunt. gu-
ſtare ꝑmitteris. Craſſis igitur illis ⁊ nullo ſapore ɔditis vteris dapibus. In quib⁹
ſi voluptas eſſet aliqua. ceſſaret tamen quia ɔtinue ſunt ⁊ immutabiles. nam volu
ptates vt iuuenalis affirmat rarior vſus cōmendat. At in his rebus tantū deeſt vt
gaudium aliqđ intercedat. vt male iudicare non exiſtimē. qui ſummā in eis miſeriā
ſummāq; cordis afflictōeꝫ poſuerit. Sed ſtultum atq; impituꝫ vulgus hec tedia nō
aīaduertit. ſolūq; ſuſpenſas auro veſtes ac ſublimes reſpicit in equis milites. Et cū
opes argentum aurum famuloꝝ cateruas ⁊ ornatum exteriorem intuetur. miſerias
interiores nequaq̄ꝫ conſiderat. At Seneca ſumma prudētia vir. Iſti inquit quos ꝓ
felicibus aſpicitis. ſi non q̄ cernuntur ſed qua latent videritis. miſeri ſunt. ſurdidi.
turpes. ad ſimilitudinem ſuorum pietuꝫ extrinſecus culti. quo fit vt curialibus qui
ꝓpter irritamenta gule principibus ſeruiunt. nedum ciues priuatos qui cum iocun
da coniuge inter dulces liberos caſte ac p̄ce ɔmedunt. vel ruricolas qui medias int̃
oues caſtaneas molles ⁊ mitia poma cum lacte vorantes. nitidi fluminis vndas ex-
hauriunt. Sed ip̄os quoq; qui in crepidinibus petraꝝ vel in pontibus vel ad eccle
ſiarum valuas mendicant. ſine cūctatione p̄ponam. Cum illis nec ex ſententia ſuc-
cedat qđ appetūt. nec ſi ſucceſſerit meliores ꝓpt̃ea beatioreſue fiāt. Sūt igit̃ oēs ſtul
ti qui ob has cauſas in regiū famulatū ſeſe recipiūt. Ceterū cum ab initio dixeri
mus quoſdā eſſe qui tanq̄ꝫ aīe ɔſulturi regalib⁹ ſeſe dedūt obſequijs. extimāt em̄ ɔſu
lendo regib⁹ vtilitatē reipub. ꝓmouēdo. pupilli ⁊ viduaꝝ tuendo cauſas afflictis ⁊
inopibus ſuccurrendo. tanto magis deo placere quāto maiore tedio iſta ꝑagūt. Re
ſpondendū eſt etiam his. ne qui ſtultiores ſunt alijs. ſapiētiores omnib⁹ videāt̃ q̄uis
neminē adhuc ɔgnouerim qui nō ſuū aliqđ tꝑale ɔmodū apud reges inſectaret̃. Fin
gamuſ tamē aliquē fore quem ſola ſalutis aīe ratio mouerit. An ita ē vt ħ in curia

Dapes curie

de periculo comedendi curialium

ſibi poſſit obtinere. cōſulemus ne nos viro bono in obſequio vt ſe regis immergat?
Putabimus ne ſic animam lucre fieri? Mihi hercule nō fit veriſimile in curijs pri
cipum vbi tot vicia regnant. vbi tot irritamenta ab exercicio virtutum ſubducunt. vi
virum aliquem bonum poſſe pſeuerare. Nāq; vt ſeſſor bonus ī equo retrogrado vl'
calcitroſo excucietur. dilabet̄q; tandem: ſic vir bonus ⁊ iuſtus apud reges diſfluet.
vel īmunitus rerum licentia ac fluxu. ⁊ tot īmundicijs tum viciorum tum hominum
circūuentus declinabit a via. ⁊ in ſcopulos ruet ventorum viribus actus ⁊ tempeſta
tum. quod cum Plato in atheniensi curia perſpexiſſet. fugere potius ſtatuit q̄ inter
tot viciorum inquinamenta morari. Cognoſcito igitur teipſum qui ſequi curiā ſta-
tuis. ⁊ an platone ſis maior. animaduertito an virium plus tibi q̄ illi ſit ad reſiſten
dum male cōſuetudini. oportet in curijs obſequi omnibꝫ ꝯmunicare quod habes. ſe-
uire temporibꝫ. verſare naturam. ⁊ regere. Necnon teipſum huc ⁊ illuc torquere et
flectere. cum triſtibus ſeuere. cum remiſſis iocunde. cum ſenibus grauiter. cuȝ iuue
nibus comiter. cum facinoroſis audacter cum libidinoſis luxurioſe viuere. Quod
niſi feceris: nec magnus in curia nec diuturnus eſſe poteris. Sed replicabis mihi
fortaſſe illū ipſum Platonem quem fugiſſe curiam ſuperius ſcripſi: Poſteriꝰ tamē
ad Dioniſiuȝ ſicilie tyrannū perueniſſe illiq; ſeruiſſe. Sic eſt vt ais. Sed vide quid
obtigerit. nāq; vocatus ab illo per doctrine ſpeciem. cum tyranni vicia corripuiſſet.
tyranni fraude venūdatus eſt. Nec is ſolus ex ſapientibus iram principis expertꝰ
eſt. nam ⁊ Zenonē phm ſenem admodum Phararis tyrannus omni cruciatus ge
nere dilacerauit. Anaxagoras nobilis phus ab Anacreonte Cypriorum rege occi-
ſus eſt. Boetius iuſſu Theoderici regis interijt. Longa mora eſſȝ ſi quos viros bo
nos necari principes iuſſerint enumerare voluerim. Nec mihi quiſpiam vel Moy
ſen vel Heliſeum vel alium quēpiam phorum ꝯmemorauerit. quaſi ⁊ ſibi liceat qđ
viris diuinis permiſſum extitit. nec enim cum regibus illi manſerunt. ſed functi le-
gatione quā deus eis mandauerat. abierunt. Solus Joſeph apud Pharaonē mo-
ratus eſt. quem ordinatio diuina pro ſalute populi illuc tranſmiſerat ⁊ venūdatio
fraterna. fatebor ⁊ Mauricium ⁊ Martinum militaſſe ac principibus ſeruiuiſſe:
ſed ille q̄ primum xpianus cognitus eſt. cum totā mox legione thebea truncatus eſt
capite. hic vt vir factus eſt ⁊ regia caſtra dimiſit ⁊ in obſequium dei ſe ſequeſtrauit.
Sciebat enim vir ſanctus quia pupillorum ⁊ viduarum cauſe ad principes nō egre
diuntur. quia nunq̄ apud reges cauſa pauperum defenditur. quia venalis eſt om- *Iuſticia venal apud principes*
nis iuſticia. quia impudicus eſt omnis ſermo quia nulla miſericordia. nullus reli-
gionis zelus. nulla caritas. ſed inuidia ⁊ ambitio tm̄modo dominatur. Quibus ob
ſiſtere fortiſſimi fuerit ⁊ plus diuina q̄ humana ſapientia. Et q̄uis eſſet Martinꝰ
ipſe ſanctiſſimus. poſſetq; ſua virtute ſuperare militiam. amplius tamen malitiam
nec per ſe voluit ſequi nec alijs imitandam ſuo exemplo demonſtrare. Nec ſaluator
noſter xpc interrogatus quid faciendum eſſet ad vitam ꝯſequendaȝ: vade dixit ⁊ re
gibus ſeruito. ſed vade inquit ⁊ vende omnia que habes ⁊ ſequere me. nō principeȝ
non regem. ſed me. non curiam ſed me inquā ſequere. Videas igitur tibi vir bone q
ꝓpter animā ſequeris curiam. ne ꝓpter curiā illam ꝑdas. quia multi ſunt ibi laquei
multa offendicula. multe inſidie demonū. Durum eſt ambitōeȝ frenare. auariciā cō
peſcere. Inuidiā domare. Iram cohibere. Luxuriam coartare. dum ſemꝑ inter iſta
verſeris. Si quis tn̄ adeo ſibi creditū talentū nouit vincere. vt iſta poſſit ⁊ tanq̄ ſol
īmaculatus in luto verſari. ſi pōt picē tangere ⁊ ab ea nō inquinari. Si pōt ignem
ingredi ⁊ nō vri: nō illū curiaȝ ſequi prohibeo. nam meritū tanto grādius aſſequet̄
quāto ꝑiculoſius militauit. Sed ꝑſuaſuȝ ē mihi nemineȝ eſſe. qui curie ſeruiēdo nō
potius vincat̄ a vicijs q̄ vicia vincet. Dociles imitandis vt Juuenalis verba recen
ſeam turpibus ac prauis omnes ſumus. in geneſi quoq; diuinū oraculū eſt in hunc
modū. Senſus eīn ⁊ cogitatio humani cordis in malū prona ſunt ab adoleſcentia.
nō ſuaſerim igit̄ vlli in curijs īmorandū. nā ⁊ aīa vt dixi diſcrimini magno ſupponi
tur. ⁊ vita ſepe ante tempꝰ amittit̄. quoniā vel principum deſiderio fauebis ac vltro

ſuis vicijs arridebis. ⁊ animã ꝑdidiſti. vł increpabis malos mores. accuſabiſqꝫ ſce-
lera ⁊ in re iram principis expetieris. Cyrus perſarum rex Arpalo familiari ſuo
admodum ante caro. ob deꝓhenſum in ſe vicium. filios epulandos in cõuiuio dedit
Cambiſes eiuſdam ex cariſſimis qui ſe de ebrietate corripuerat. filium ſagitta trãſ-
fixit. Nec tu mihi Areſtotilem obijcias ſummũ phm̄ Alexãdri magni caſtra ſequẽ-
tem. neſcis enim qua volupte hoc egerit. ⁊ an ſibi libertas fuerit aliter faciendi. At
ſecuti ſunt Alexandrum cõplures alij. caliſthenes phus Critus frater Callactane-
us Lyſimachus miles ⁊ phus inſignis. Caliſtenes dum adorari more ꝑſico Alex-
andrum ꝓhibet. trũcatis manibus ⁊ pedibus. effoſſis oculis ⁊ auribus amputatis
miſeram vitam in carcere ducere cogebatur. Cui cum Lyſimachus in remedium
erumnaꝝ venenum obtuliſſet leoni obiectus eſt. Crito cum Alexandrum Philippi
patris laudibus detrahentem redarguiſſet. ab eodem vt ſupra retuli in conuiuio ẽ
occiſus. Sunt igitur ſtulti meo iudicio. ⁊ vt arbitror tuo Johannes amantiſſime. ⁊
qui ꝓpter ſuperiores cauſas ⁊ qui ꝓpter anime lucrum ſeruicia principis ãplectũť.
quoniã vel qđ querunt nõ inueniunt. vel ꝑ viam ſpinoſam ⁊ ancipitẽ ꝑgũt. cũ ad fi-
nem quẽ cupiunt tutiſſimis poſſint ⁊ quietiſſimis itineribꝫ ꝓficiſci. Eſſet ꝗ iaꝫ ſa-
tiſfactum his que ab initio ꝓpoſuimus. poſſemqꝫ iã epl'aꝫ claudere. Sꝫ ſunt adhuc
alie ꝗplures moleſte curialiũ de quibus nõ erit ab re ꝗ breuiter memiſſe. Plurima
inter dormiẽdum ſunt tedia. Sepe in aſſeribꝫ dormiẽdum eſt. in paleis. in lapidibꝫ.
nudoqꝫ ſolo. in vento. in pluuia. in frigoribꝫ. Si plumas fueris aſſecutus: ad pedi-
culos. pulices. culices. ⁊ alias infinitas vel mordentes vel deterrime fetentes beſtio-
las te prepara. nunꝗ̃ ſolus dormies. niſi cum ſociũ cuperes. Linteamina ĩmunda.
fetida. lacerata. ⁊ quibus nuperrime peſtilẽtia ſunt mortui tibi dabuntur. Comes
adiũgetur ſcabioſus. qui ſe tota nocte fricabit. alius tuſſitabit. alius fetido flatu te
perurgebit. Interdũ ⁊ leproſus tibi coniacebit. Alius frigidus eſt ⁊ veſtimenta ad
ſe rapit. Alius febre calidus ⁊ lodiceꝫ cum oĩ̄i tegmẽto ſupra te iacit. Semꝑ vel il-
le tibi moleſtus erit. vel tu illi videberis tedioſus. dormiť frequẽter in ꝯmuni. vbi vł
x. ſunt vel. xx. vbi vnus ſtertit alter pedit. alius calces iactitat. nunꝗ̃ ante mediũ no-
ctis eſt ſilentiũ. Ueniunt ebrij dormitũ. ꝯfabulãtur. garriũt. raptant. rixanť. pugnãt
⁊ ſeinuicem cedunt. Surgunt mingentes. ſepe apud ſtabula ſunt cubicula tua. et e-
quos fremitantes vel ſe mordentes audis. nunꝗ̃ ſcies vbi iacere debeas. niſi domini
dormitum iuerint. Sunt in diuerſorijs multi aduene. multi ignoti. ⁊ vita curialiuꝫ
plerũqꝫ in hoſpitijs publicis ſtatuitur vbi ꝯtinuo fures timẽdi vel formidãdi ſiccarij
ſunt. neqꝫ res tuas vnꝗ̃ tamdiligenter cuſtodies quin aliquid detractum repias. nã
⁊ ipſi fures in thalamo tuo dormient. ⁊ te ſoſpito aſſurgent. reſqꝫ tuas ſub te quoqꝫ
iacentes eripient. Adſunt meretrices. ancille. lenones. ioculatores. luſores paſiti.
qui iurgia cõtinuo ꝓludunt. tantuſqꝫ clamor exoriť vt nedum dormire. ſed nec qui
ꝓpe te eſt loquentem ſocium intelligere queas. Adde loquacitatem eorum qui nocte
ꝗ longa eſt nunꝗ̃ quieſcunt. Abſentem cantat amicam vt flaccus ait. multa ꝓlutus
vappa nauta atqꝫ viator. Nulla dormiẽti quies dať. ꝗ ſi vnꝗ̃ rumores ⁊ alia mala
ſomnus vinceret. ac oculos claudere ceperis. e veſtigio reuocaberis. ⁊ aliꝗ̃ caſu ſur-
gere ꝯpelleris. credo te iſta millies exꝑtuꝫ. ideoqꝫ ſum breuior. Sed alia accipe que
inter hoſpitandum ſunt tedia. Mareſcallus orandus eſt ac precio ꝯducendus. rogã-
diqꝫ ſerui eius ⁊ alliciendi muneribus: vt hoſpitium tibi tolerabile prebeant. quod
ſi ꝓmiſerint non tamen implebunt. teqꝫ vel in remotiſſimis locis vel ĩ fetidiſſimis
ganeis collocabunt. Interdũ ⁊ honeſtũ locum quem dedit vt deſeras ⁊ alteri cedas
minis ac vi coget. Sed eſſet tolerabile fortaſſe Mareſcallo caput inflectere cuiꝰ eſt
officiũ non inhoneſtũ: at ſordidos homines ſequi. atqꝫ his ſupplicare ⁊ offerre pecu-
niam grauiſſimum eſt. Nec tamen hoc potes effugere nam ⁊ coquis ⁊ piſtoribus et
frumentarijs ⁊ bladi viniqꝫ diſtributoribus humiliare te conuenit ⁊ ipſorum beni-
uolentiam emere. Quid oſtiarium referam. Heu quotiens ille vlnas in pectus
detrudet tuum. quotiens te pugno vel calce repellet. quotiens vbi te viderit ve-

nientem portam que patebat ſtatim recludet. Quotiens te excluſo q̄uis aurum de-
deris: vel mimum vel ſcurram vel emulum tuum intromittet. quotiens tibi vel dor-
mire principem vel in conſilio eſſe vel egrotare mentitur. Quid de motu caſtrorum
dicam. quis tormenta que nunc incidunt poſſit enumerare. Quanta equorum eſt
cura. quanta armorum. quot vrgent anguſtie. Tranſeunda ſunt alta flumina. pon-
tes ancipites aſcendendi. Equitandum in tenebris. in pluuia. in vento. in niuibus
in luto. in glacie. in fluminibus. in ſpinis. in nemoribus. in ſaxis. in precipitijs. in
abruptis collium. inter latrones. inter hoſtes. nunꝙ̄ certus eſt principis receſſus. fa-
ma nõnunꝙ̄ vagatur in craſtinum eſſe caſtra remouenda. cũqꝫ accinctus es vie mu-
tatur opinio. q̄ ſi forte imꝑatus fueris repente fiet receſſus. ibitqꝫ cum paucis. ⁊ ſe-
qui pene feſtinantur omnes iubebit. idqꝫ tunc potiſſime cuꝫ vel egrotabis vel medi-
cinam ſumpſeris vel ſanguinem diminueris. aut equi aut famuli tui minus diſpo-
ſiti fuerint. Si quis ⁊ ſtandi vel recedendi certitudinem habere voluerit. ex caupo-
nibus vel meretricibus melius inſtruetur ꝙ̄ ex alijs. nunꝙ̄ quo ſit eundum ſcies. ni-
ſi poſtꝙ̄ perueneris. Creditur ſumma luce rex abiturus. tuncqꝫ omnes in equis ex-
pectant ⁊ ad meridiẽ vſqꝫ tam muli ꝙ̄ equi ⁊ currus onerati manent. ſepeqꝫ onera
tanꝙ̄ decepti deponunt. cum v̓o iter arreptum eſt in his locis potiſſime manſio fit.
vbi nec vina ſunt nec cibaria. nec in quibus recipi queas diuerſoria. vbi v̓o vbertim
omnia ſuppetunt. nunꝙ̄ poſt biduum caſtra manebunt. Eſt enim regibus tedium q̄-
tiens multitudinem letam audiunt. contra v̓o ex anguſtijs afflictioneqꝫ plebis ſola-
tia ſuſcipiunt. ideo nõnunꝙ̄ mille paſſus proficiſcuntur. Interdum quinquaginta
milia paſſus obambulabunt. Gaudebuntqꝫ cum te vel familiarem perdidiſſe vel e-
quum accipient. vel cum te precipitatum in flumina vel frigore obriguiſſe. vel eſu
defeciſſe cognouerint. cum ipſi ⁊ contra frigus ⁊ contra calorem armati exierit. In
caſtrorum preterea proceſſu. quot preſſure ſunt. quot calces. quot truſiones. quot ca-
ſus. quot irriſiones. quot blaſphemie. nunc tuus equus aliuꝫ cedit. ⁊ in te culpa re-
fertur. nũc tuus ledit̃ ⁊ afficieris dãno. Litigant inuicem famuli ⁊ in bellũ deſcen-
dunt dñi. interdũ ſeruare ordinẽ oꝑtet. nuſꝙ̄ cedere loco licet. feſtinandũ eſt cuꝫ alijs
feſtinant. tardandũqꝫ cũ alijs tardant. nec ꝓpe te erit quẽ velis amicũ nec ad euꝫ vbi
ſit poteris ire. Si quo caſu cecideris nemo te colliget. ſed vniuerſo exercitu calcabe-
ris ⁊ tam tu ꝙ̄ equus in puluerem redigeris. nũc in locis paluſtrib9 ⁊ in luto caſtra
ponũtur. nũc in arena locoqꝫ ſterili. ex quo nec lignatum nec aquatuꝫ abſqꝫ magno
diſcrimine progredi queas. tunc aut eſtas erit ⁊ caloribus exureris cicadis obtun-
deris. culicibus mordeberis. ſerpentib9 intoxicaberis. fetoribus ac exalationibus
peſſimis cruciaberis. Aut eſt hiems ⁊ tecto atqꝫ veſtibus nudus peribis. q̄ ſi tu for-
ſan euaſeris: famuli tamen ⁊ equi ſuꝑeſſe non poterunt. Adde cum ꝓpe ſunt hoſtes
maiores moleſtias. nũc vitandos lapides nũc ſagittas timẽdas. nũc fures formidã-
dos. nunc latrones. nunc inſultus eſt faciendus in hoſtes. nunc cauendum eſt ne ho-
ſtes ipſi officiant inſultãtes. In armis edendum eſt. in armis dormiendum. ſemꝑ in
vallo caſtroꝝ in portis excubie ſunt habende. nũꝙ̄ hora quieta eſt. nũꝙ̄ in pace ma-
nere licet. nũꝙ̄ tube nunꝙ̄ cornua tacent nunꝙ̄ inſidie ceſſant. Quotiẽs itur ad mu-
ros vel cum duo ꝯcurrunt exercitus. quãta trepidatio eſt. quot clamores nũc erigũ-
tur machine. nũc ferunt̃ tribuli. ꝯcurrunt iacula fodũtur miſſilib9 ſcuta. Corruſcãt
enſes. ſub illo equus occidit̃. hic ꝯfoſſus telo ruinã minat̃. Illi caput aufertur. huic
manus amputat̃. quidã calcant̃ inter equos. quidã in foueis iacent exãgues. mille
facies mortis vbiqꝫ vident̃. nõ hic miſericordia eſt. nõ benignitas nõ hũanitas. Sꝫ
ille vir bon9. ille miles egregi9. ille fortiſſim9 credit̃ imꝑator. q̄ plures ſua manu ne-
cauit. quiqꝫ cruentũ gladiũ ex pluriũ viroꝝ iugul' eduxit. Sũt equeſtres pugne. ſũt
pedeſtres. ſunt nauales ſunt murales. vbiqꝫ res ſunt horrẽde ⁊ facies inferni ſimil'.
nihil ibi lucrari abſqꝫ iniuria ꝓximi potes. nec tua ſunt q̄ bellis q̄rũt̃ iniuſtis vt fe-
re ſunt oĩa bella ꝙ̄ inter domeſticos fidei ꝯmittũt̃. Perdẽ aũt illic nedũ res ſꝫ vitaꝫ
⁊ aĩam potes. nec tute vitare poſſe bellum ꝯfidas in quo tuus rex interfuerit. nemo

ſe mare vitaturū ſperet cum rex nauigauerit aut ꝯmitandus rex eſt. aut amittēdus
inter tot tantaſq3 difficultates. aut iuuenis es ⁊ ſufferre inſolitas res nō potes. aut
antiquus ⁊ difficientibus viribus nec inediā nec ſitim nec laborem ſuſtinere vales.
Pretereo morbos qui dum ſic agimur nos aggrediuntur. quibus coacti vel in via
deſerimur. vel inter ignotos plerūq3 diem claudunt. qui domi manentes per multos
annos viuere potuiſſent. ¶ Sed redeamus iam in vrbes. ſimus in amplo ſpacioſo
q3 loco quieſcat curia. deerunt ne ꝓpterea cruciatus. an non fient indies noua edicta
⁊ ꝯſtitutiones noue. quibus vt te coaptes: ſingulis diebus de nouo incipies viuere
Siue rex ſedeat ſiue ſtet. tibi tamen ſemper erit ſtandum. nec vllam tuis tibijs pote
ris dare quietē. Sed nōnunq̄ ſedens temerari⁹ iudicaberis. Quid vō in ſtipēdijs
exigēdis. quāta moroſitas. quātaq3 diminutō ē. nūq̄ i tpe daṫ. nūq̄ integrū. nūc ad
iſtū nūc ad illū remitteris. diuerſiſq3 mendacijs eluderis. multa ſunt ꝓpter q̄ magni
fico Caſpari cancellario teneor: ſed in hoc quoq3 ſue magnificentie ſum obnoxius.
quia me non patitur ſolario meo fruſtrari ſicut alios video. qui ſuum gemunt frau
dari ſalarium. Nunq̄ ſtipendia recipiunt niſi diſtributorem donauerint. nec vllus
eſt qui tam clara ꝯuentionis ſue capitula faciat. vt ad voluntatem officialium non
recipiant interp̄tationem. qui ſunt omnes auri corroſores. Sed iā de neceſſarijs ali
quid dicamus. qui ⁊ ipſi curialium tormenta exaugent. nūc hoc nunc illud impetra-
ri ſibi petentes ⁊ ſiue durū ſit ſiue abſurdum qđ optant. tamen impetrare te volūt
Quidam potentes ſunt qui ex grā principis ꝓmouere ꝓpinquos poſſent: ſed tales
ſunt eius conſanguinei. vt vel eis benefacere non audeat. vel ſi audeat infamiam po
puli ⁊ indignationem ſupra ſe dei ſuſtineat. Quid ꝙ amorem in ſe principis nemo
verum aſſequitur. nanq3 vt Socrates in eo quem de regno ſcripſit libro teſtaṫ. Pri-
cipes neminem niſi in conſulto quodam impetu diligunt. ꝙ ſi quem amant: non vt
amicū diligunt. Inter pares enim amicitia verſatur. ſed eo modo amant quo et ca-
nes ⁊ equos diligunt. fructum vt exinde ſuſcipiant. Quid dixi erraui. certe multo
plus equus aut canis q̄ homo diligitur. mortuo quippe viro mox vir ali⁹ adeſt qui
locum defuncti magnis precibus ſibi dimitti poſtulat. at canis vel equi mortui vice
non ſupplebit alius niſi vel emptus precio vel gratia. Parum adhuc dixi. cum ne-
dum non dolenda ſed optanda mors tua principi ſit. qui diutius ſeruiſti. aut enim
pro longis obſequijs non te remunerauerit. ⁊ ſoluitur obligatio morte tua. dulceq3
ſuo ex ore ſonabit. Ach ſi mortuus non fuiſſet homo ille. magnis eum muneribus
donaſſem. Aut largitus eſt tibi plurima que te mortuo recuperare ſe ſperat. vix enī
hodie diues aliquis moritur. cui principes non ſuccedant. Sed audi iam quot im-
minent tibi moleſtie propter perſonam principis. raro nedum inter principes ſed
inter priuatos quoq3 vir bonus reperitur. Cicero in diuinationum libris. Si que
rariſſime fiunt monſtra putanda ſunt. inquit magis monſtrū erit vir bonus q̄ par
tus mule. Aſtipulatur huic ſententie Iuuenalis. qui licet prius dixiſſet Rari quip
pe boni. vix numero ſunt totidem quot thebarum porte vel diuitis hoſtia nili. Po-
abijſti. Hāc tu laudē ad poſteros pene ſolꝰ trāſmittes. nomēq3 tui mīores ex te clarū
hēbūt. Vnꝰ eī ex palacio pōtificis oī iudicō exiſtiatꝰ es q saluꝰ euadēs. Fateor ñ tā
ta tibi erūt lucra quāta fuerūt nicolao viuēte. Neq3 iā tibi aſſurgēt hoīes q̄cū3 ieris
S3 ego tibi ſatis pecuīaꝝ eē arbitror ſi ad ḋitatē nō ad opīonē vitā ducē volueris.
Querēde pecuīe nullꝰ ē finis his q vulgo viuāt. Creſcit amor nūmi quātū ipa pecu
nia creſcit. Si volūꝰ eē diuites ñ pecuie adijciēdū ē. ſ3 cupiditati detrhēdū. Cū ꝓba
dicēdū ē. Diuitias ⁊ pauꝑtates ne dederis mihi ſ3 tm̄ victui meo tribue nccīa. Nō
habes opes coſmi. at marcelli habes. Nō eris florētie primꝰ. at vel luce vľ ſenis eſſe
potes tuoq3 cū oratio. At ꝑcor ītegra cū mēte nō turpē ſenectā degere nūc cithara ca
rēťe. Nec ḋo tu tibi ſbtractos honoēs dixēis Adulatōes ille ñ honores fuerūt. Po
tētie tue ñ tibi deterit turba caput. ſepe manū tuā oſculata eſt q̄ tuīcā illā optauit.
Fumꝰ ille ac vētꝰ fuit q cū fortūa ñ cū ḋtute decurrit. Ach gd illa tua potētia miſa
biliꝰ fuit quā te tātoꝑe amiſiſſe doles? Recogita obſecro q̄ ex loco ſis delapſus. nō
tu ex ꝑadiſo delitiaꝝ cū ꝑrio ꝑente ī ťrā erūnoſa3 deſcēdiſti. ſ3 veriꝰ ex ꝓcelloſo ma
ri trāqllū portū enauigaſti. Nā gd ē romana curia his q ſūmā tenēt. niſi turpiſſimū
pelagꝰ vētis vndiq3 duriſſimiſq3 tēpeſtatibꝫ agitatū. Auaricie ibi at3 īuidie ꝓcel-
la vix queq̄ꝫ ītactū ꝑterit. laudāt ī faciē. a tergo ciconia pinſit. Quis tela enūeret q̄ ī
potētes iaciūť. Tot tibi retia mi petre. tot īſidie tēdebāť. vt mortuo nicolao iure di
cere poſſes. Laq̄us ꝯtritꝰ ē ⁊ nos liberati ſumꝰ. Nā obitu illiꝰ carcerē exiuiſti. Nā
curiā miſerā reliq̄ſti ñ potētiā. ſuitutē poſuiſti ñ glīa3. bellū effugiſti ñ pacē Eras
eī māciꝑiū nicolai. nulla tibi edēdi nulla dormiēdi certa hora fuit. Nō comites allo
qui ñ exire ī lucē poteras. In aere tetro ī puluē ī caloē ī fetore latebas. Nunc q̄uis
libertate donatꝰ ex tuo arbitrio viuis. In hac vita nemo mortaliū felix. Hūc at3 in-
dulgēter cū eo agiť q vere dici ñ īfelix pt̄. Nā q̄tus ē cuiꝰ ñ plura mala q̄ꝫ bona īueni
as. cꝰ leticiā ñ ſuꝑauit meror. nēo viuit q felicit optet. Et mľtos affliẋe ī pia. q̄ꝫ mul
tos ꝑdidē diuitie ⁊ vltis īiecē ſupplitijs. Moriēdū ē tādē. nob vľ īuitis. Duo nob ex
hac luce migrātibꝫ itinera occurrūt. alťo celū petimꝰ. alťo īferos Illic cū dijs hic cu3
ſceleratis deputamur. Illic ř gnū. h ſupplicium expectāꝰ. Iter eligē l3 dū viuiꝰ. Ex vi
te merito p3 via. pꝰ mortē nlľa merēdi facultas. Et nos g̊ amātiſſime petre dū vita
comes ē ad oꝑa pietatis exerceamur. Abſint voluptates. illecebra odia ſimultates
Abſit auaricia et honoꝝ īmēſa cupido. ſatis nob deꝰ ipē. ſuꝑq̄ꝫ ſatis elargitꝰ ē. Nec
tu mihi cardialatū cupias. nec ego tibi optē potētiā curialē. Nimis eī potētes ⁊ ho
norati fuimꝰ. tu apḋ romanū ꝑſulē. ego apḋ īꝑatorē. Nā ſi ḋtutū ex eq̄ q̄ vocanť bō
diſtribuāť. ñ tu mediū eiꝰ qḋ obtinuiſti accipias: nec ego q̄rtā ꝑtē eiꝰ qḋ mihi dīna
hoītas elargita ē ꝯſequar. Vale ex neapoli nonas maij Anno dñi. M. cccc. lvj. In
ditione quarta Pōtificatꝰ ſctiſſimi in xp̄o ꝑr̄is et dñi nr̄i dñi calixti pape tercij an
no ſecundo.

Enee Seneñ. tituli ſcte Sabine cardialis epl'e felicit incipiũt. Grates refert de ꝓmotõe ad cardialatũ.

## Epiſto. ccij.

DIuo ĩpatori Friderico Auguſto dño ſuo. Eneas ſacroſcte rõne eccl'ie tituli ſcte ſabine pſbꝛ cardial' et epus ſeneñ. S. p. d. Qđ iã dudũ optaſti ꝓcuraſtiqꝫ ceſar ĩ pſona mea nũc demũ ꝯpletũ ẽ. Habes tota qđ mẽte petiſti. Nã qđ ſcte mẽorie nicola⁹ pp̃ qnt⁹ tue mãſuetudi ſepe pollicit⁹ ẽ. btiſſim⁹ põtifex mari⁹ calixt⁹ tercius ĩpleuit. Qui nõ meis meritis. nulla ei me ðt⁹ bonoẽ dignũ effecit. ß ſua ĩcredibili boĩtate q̃ vſqꝫ ad indignos ꝓtẽdiẗ. ꝛ tua potiſſimũ intceſſiõe bis diebꝫ ad cardialat⁹ oꝛdiẽꝫ cũ qnqꝫ alijs veneꝛabilibꝫ ꝛ magne auctis epis me ꝓuerit. Intelligo quãtũ debeo tue ſblimitati. ꝛ vñ pſoluẽ poſſim debitũ ñ ĩtelligo. Conaboꝛ tñ dũ ſpũs bos regit art⁹. ita me gerẽ: vt oẽs ĩtelligãt ad hãc me digtatẽ tuo fauoꝛe et ex tua curia ꝓueĩſſe. meqꝫ theutonicũ magis q̃ ytalicũ cardialẽ eẽ. Tuũ erit nihil mecũ remiſſi⁹ agẽ q̃ pꝛi⁹. Nã ego ꝓ tua maieſtate. ꝓ ſacro ĩpio. ꝓ inclita domo auſtrie. ꝓ tuis qbuſcũꝫ caris nullos vſq̃ laboẽs. nullas curas effugiã. Nihil ei vñ q̃ tue mãſuetudi negabiẗ. qđ mea opa effici poſſit. Uale ex vꝛbe die. xxij. decembris. M. cccc. lvij.

## Epiſto. cciij.

De eodem

SErenissime ĩpatrici leonoꝛe auguſte dñe ſue. Eneas ſacroſcte rõne eccl'ie tituli ſcte ſabĩe pſbꝛ cardial' ꝛ eps ſeneñ. S. p. d. Nõ meis mẽitis q̃ nll'a ſũt ß tua ac ꝯſoꝛtis tui diui Friderici rõnoꝝ ĩpatoꝛiſ auguſti ĩtceſſiõe ad cardialat⁹ bonoꝛẽ ſupioꝛibꝫ diebꝫ pietas aptica me ꝓuexit. Mlta extãt tua ĩ me bñficia. ß ß maxiꝫ ẽ. ꝙ hac digtate me dignũ iudicaſti. ꝛ vt illã ꝯſeqrer nihil omiſiſti. Qñ ꝛ ſũmo põtifici ꝛ ſacro collegio ꝛ auũculo tuo regi aragonũ potẽtiſſimo me ſepi⁹ ꝯmẽdaſti. Habes igr̃ apđ ſedẽ aptica boĩeꝫ tue magtudi deditiſſimũ. q ꝓ te tuo qꝫ ſplẽdoꝛe gl'ia ãplitudĩe oĩ tpe curioſ⁹ erit. Neqꝫ ei vll⁹ me vnq̃ g̃uabit laboꝛ. quẽ ꝓ ea cã ſuſceperi. Tue maieſtatis deĩceps erit ita me vti. quẽadmodũ ĩgẽtia q̃ mihi cõtul iſti beneficia deposcũt. Uale ex vꝛbe ro. die q̃ ſup̃.

## Epiſ. cciiij.

De eodem

SErenissimo ꝛ potẽtiſſimo pꝛincipi Ladiſlao hũgarie atꝫ bohemie regi. Eneas cardial' ſeneẗ. S. p. dic. Qꝫ me ſũm⁹ põtifex bis diebꝫ ad cardialat⁹ oꝛdiẽꝫ accerſiuẽit. tua intceſſiõe mag̃ ex pte fctꝫ eẽ ñ ãbigo. cũ ſepe nũcio et lr̃is et nũcijs aptice pietati me ꝯmẽdaueris. Scio igr̃ me obnoxiũ q̃ad viꝛĩa et facultas adſit. tuis oĩbꝫ deſiderijs moꝛẽ gerẽ. Neqꝫ id negligã qdẽ. Nã ſi qd ẽ qđ noua digtas mihi credita. vel tue ãplitudi. vel ſbditoꝝ tuoꝝ vtilitati ꝯferre poſſit. ad tãtũ negabiẗ quãtũ ĩpe regrẽ poſtpoſueris. Nec mihi res vlla iocũdioꝛ fuerit q̃ tue voluptati ꝯplacuiſſe. Tuiſqꝫ regnis ꝛ religs pꝛĩcipibꝫ vſui aliqñ fuiſſe. Ex vꝛbe romana die. xxij. decembris. Anno. M. cccc. lxij.

## Epiſto. ccv.

Promotõem ſuã amico notificat

ENeas cardialis ſenẽſis Jacobo picholomeo. S. p. d. Diuie boĩtati cui⁹ ꝯſilia nob ĩpſcrutabilia ſũt viſũ ẽ bonoẽs augẽ nr̃os. atꝫ ĩ coꝛde ſummi põtificis ponẽ vt nos ad cardialat⁹ oꝛdinẽ aſſumẽt. ꝛ ita fctꝫ ẽ. Scim⁹ tibi id futurũ gratũ. Illđ nobis tñ moleſtũ ẽ ꝙ nos ĩpares tãto mũeri cernim⁹. Utcũqꝫ ſit frẽm iſta latẽ nolũ⁹. Tu deuꝫ rogabis vt q digtatẽ tribuit. id qꝫ pſtet ꝑ qđ dignitati ſatiſfaciã⁹. Inſuꝑ qm̃ illuſtris dux mutine ſꝑ nob aĩc⁹ fuit ſingl'aris vt nos ſibi ꝯmẽdes rogam⁹. Et q̃ poſſum⁹ aut ĩ futurũ poteri⁹ excellẽtie ſue pleno offeras oꝛe. qꝛ nos ſibi pleno coꝛde cupi⁹ ꝯplacẽ. Et hãc cardialat⁹ digtatẽ ſi qd hꝫ vtilitatis magis ſuã eẽ volũ⁹ q̃ nr̃aꝫ. Uale cũ ꝯſoꝛte ꝛ libẽis. Ex vꝛbe ro. die. xxij. decẽbris

## Epiſtola. ccvj.

De eodem et ſe totum offert

ENeas cardial' iobi cardiali ſcti ãgl'i. S p d. Qđ ãnis iã plĩmis ſuexẽdiſſie ꝯꝛ tuo filio ꝯcupiuiſti q̃ſiuiſtiqꝫ nc̃ demũ ꝯpletũ ẽ. ſũma cũ ꝯcoꝛdia ſac̃ colle

gij calixtus pontifex maximus ad cardinalatus ordinem me vocauit atꝫ aſſumpſit
Scio quāto altiꝰ euectꝰ ſū ꝗ̄ merui. Sꝫ ita ſuaſiōes tue p̄ceſqꝫ ceſaris effecerīt. Nō
ſū ego q grās agē poſſū tue erga me caritati. nā qd p̄ſtare tāto dn̄o ſuꝰ poſſit volū-
tas mea iā dudū tua ē. q̄cūqꝫ poſtmodū acceſſere illā ſequūt. Fui tuus cū eēm paup
p̄ſbiter. neqꝫ me mai⁹ tua cpatꝰ eripuit. Sū tuꝰ etiā cardialis. Habes i collegio cō-
plures amicos et me ſeruū. niſi me veluti mācipio vtaris nihil ī me culpe fuit: ꝟ ve-
lut emācipatꝰ filiꝰ aut manumiſſus ſuꝰ nō minus agam ꝗ̄ par fuēit. Uale optime
ex vrbe roma. die. xxij. decembris. M.cccc.lvij.

## Epiſtola.ccvij.

De eodem

ENeas cardialis Alphōſo rḡi aragonū. S.p.d. Serui q mō q̄cuꝫ peculiūꝫ
augēt rex ſereniſſime ac potētiſſime iſideles dānādiqꝫ fuerint. niſi dn̄is ſuis
rōem lucri reddiderint. Eā ob cām cū hodie maximꝰ pōtifex calixtꝰ tercius
me vl̄ miꝰ merētē ad cardialatꝰ honorē ꝓuexit. peculiūqꝫ meū adauxerit. Officijqꝫ
mei eē putaui id tue maieſtati cꝰ ſū mācipiū q̄uis iutile tm̄ fidele notū efficere. Ut ſi
qd ē i ea digtate mihi credita vl̄ decoris vl̄ vtilitatis. id totū tuū eē noueris. Ad me
labor tm̄ moleſtiaqꝫ ſuſcepti officij ptinebit In q̄ tāto magis affligēdū me ſcio: quā-
to indignior hoc muneris. ſum ꝯſecutꝰ. Ex vrbe ro. die. xxiiij. decēbris. M.cccc.lvij.

## Epiſ.ccviij.

Auxilio amici ſperat onꝰ impoſitū cōgruiꝰ ferre

ENeas cardialis Iohi cardiali papieñ. S.p.d. Si q̄ mihi voluptas eſt ad
cardialatꝰ honorē eē aſſūptū Inde tātū ē ꝙ tua dignatō mihi collega et p̄
ꝛ dn̄s ēditꝰ ē q̄ cū viuē dulciſſimū erat. Nūc tui laboēs p̄mia ſuſcepērt. nūc
tue ꝟtuti qd ſuū erat creditū ē. Scio qd lucri accepit ſacer ſenatus ex tua ꝓmotōne
Magnū lumē romana ſuſcepit eccl̄ia Tua nobilitas tua doctria meā igrātiā ꝛ ig-
bilitatē obteget. Sub ſcuto tuo idignꝰ ego ſecurꝰ militabo. Ueni igit̄. ſitibūdi expe-
ctamus oēs reditū tuū Iam ſatis alemania galliaqꝫ et hungaria te tenuit. Ita-
lia nūc ꝛ ipa mr̄ orbis roma te pfrui vult Niſi redieris cito et ipē tibris maledicet
abſentie tue Non fuiſti i bello ꝛ viciſti Scies que pugna facta ē cū redieris Nulli
vnq̄ cardiales egriꝰ ꝗ̄ nos collegiū itrauere Iam eñ rubigo cardies ita obduxerat
vt verti oſtiū ꝛ apiri non poſſꝫ Arietibꝫ ꝛ oī machiaꝝ genē vſus eſt calixtꝰ pōtifex
vt valuas apiret domūqꝫ arte nō modica belli ſeratas poſtes portaſqꝫ refregit. Ua-
le ex vrbe romana. xxvj. die decembris Anno. M.cccc.lv.

## Epiſtola.ccix.

Promotōem ſuā notificat amico ſingulari

ENeas cardial̄ Nicolao liſtio legū doctori. S.p.d. Quis cogſcimꝰ noſipos
impares dignitati cardialatꝰ ad quā vocati ſumꝰ Qua tm̄ amicis oīa ꝯmica-
re ſolemꝰ q̄ nob accidūt ſiue ſecūda ſiue aduerſa ſint Et nos te int̄ aicos ha-
bemꝰ p̄cipuū ꝟ te latere nolumꝰ Ut ſi qd eſt in ea dignitate nobis credita vl̄ hono-
ris vel vtilitatis. Itemqꝫ dedecoris vel damni. id tibi nobiſcū cōe eē ñ neſcias Neꝫ
nos legē amicitie q̄uis altiꝰ euecti nullatenꝰ p̄terire itēdimꝰ Nec nobis cardinala-
tus aut tuā aut alterıꝰ cuiuſpiā beniuolētiā miorabit. Datuꝫ rome. xxviij. die dece-
bris. M.cccc.lvij.

## Epiſtola.ccx.

De eodem

ENeas cardialis Nicolao cardiali ſc̄ti petri ad vincl̄a. S.p.d. Placuit al-
tiſſimo ꝛ dn̄o nr̄o pape calixto p hos dies me lōge imeritū ad cardialatus
ordinē aſſumē Ut roqꝫ ſacro cetui aggregaē Scio quātū pōderis ſbiui Nec
video q̄ pacto credite mihi digtati ſatiſfaciā niſi fortaſſe tua reuerēdiſſima p̄ñitas
ad curiā rediēt Tūc eī inſtructꝰ ab ea ſecuriꝰ i ꝟ ꝓcelloſo mari nauigarē Precor
igit̄ ſi p̄ces ſuitoris audiēde ſūt vt iā demū i patriā redeas Nā cardiali ſola roma
p̄ria eſt Etiāſi apd̄ indos is natꝰ fuerit. aut recuſaſſe pilleū oportuit aut certe rece-
ptum rome geſtare. et matri oīm ſedi cōſulere Neqꝫ illa excuſatio ydonea eſt Non

auditoꝛ recta monens Mutantur enim tempoꝛa. et qui olim cõtemptui fuit nunc pre
cipue honoꝛatur Ueni igitur obſecro veni Neqꝫ enĩ tua virtus eſt que inter niues et
vmbroſas clauſa valles. longueſcere debeat. Scio cõplures eſſe qui te videre audire
et ſequi cupiunt inter quos me ſemꝑ auditoꝛem diſcipulumqꝫ obſequentem inueni=
es Ex vrbe romana die. xxviij. decembꝛis. M. cccc. lvij.

Promotionẽ ſuã amico notificat.

## Epiſtola. ccxj.

ENeas cardinalis ſenenſ Johãni varadienſi epiſcopo. S. p. d. Quod ex
Nicolao pontifice maximo magnopere eſflagitaſti ad noſtri honoꝛis au
gmentũ iam nunc calixtus ſucceſſoꝛ eius executis eſt. Is enim proximus
quatuoꝛ tempoꝛibꝫ exactis ad cardinalatus oꝛdinem nos aſſumpſit. Qua de re lon=
ge magis tuam paternitatem letari ꝙ noſipſos non dubitamus Neqꝫ ab re quidem
Nam nos parum gauiſi ſumus ex hac promotione. Cum intelligamus honoꝛem nõ
merenti creditum ignominiam potius eſſe ꝙ decus Tua vero dignatio que me plu
ris exiſtimat longe ꝙ valeo. Non mirum ſi amicum libenter audit ſubleuatum. Ut
cunqꝫ ſit id ſibi perſuadeat tua amicicia volumus quod re ipſa cõperiet nos ſuos eẽ
Nec aliam ob cauſam magis cupide hanc dignitatẽ cardinalatus accepiſſe ꝙ vt ſi=
bi aliquando in aliqua re digna moꝛem gerere poſſimus. Datum rome die. xxvij.
decembꝛis. M. cccc. lvij.

Nouitates.

## Epiſtola. ccxij.

ENeas cardinalis ſenenſ ſenatui ſenenſi. S. p. d. Que credimus expedire
vt veſter ſenatus intelligat non tacebimus dum poterimꝰ honeſte lr̃is aut
nuncijs cõmittere. Nunc quod ſignificemus hoc eſt Rex aragonũ graui=
ter egrotauit deinde cõualuit. Nobis relatum eſt eum recidiuaſſe neſcimꝰ an verũ ſit
Comes talocenꝰ pridẽ moꝛtẽ obijt. q̄ res nõ nihil nouitatis paritura videt̃. Nam
comes euerſus hereditatẽ petit Abbas vrſinꝰ cõtra nitit̃. Comes vrbias bellũ fertur
indixiſſe malateſtis hec ad alios ꝑtinẽt In rebꝫ vr̃is hec ſunt. Oꝛatoꝛ ducis mediola=
ni ꝯmunicato nobiſcũ cõſilio enixe cĩuitatẽ veſtram ſummo põtifici cõmendauit Qd
habuerit ab eo reſponſũ ſcietis. Dñs ribias ꝑ cuſtodia montis acuti petit aureos
trecentos Dicit enĩ ſe tenuiſſe famulos plures ꝑ cuſtodia. Cui cum diceremꝰ nõ fuiſ
ſe neceſſariũ. Replicauit penitꝰ opoꝛtuiſſe ꝑ ſecuritate paſcuoꝛuꝫ at quid ſignificet
ipſi intelligitis. Nũc de nouo reuerẽdiſſimꝰ cardinalis de vrſinis petit a ſanctiſſimo
dño nr̃o aureos trecentos q̃s mutuauit ſibi tp̃e exercitus. Papa võ reſpondit illos
ꝑtinere ad rationes vr̃as. Scitis quid in hac re agere debeatis. nobis cõſultiſſimuꝫ
videt̃. vt oꝛatoꝛes veſtros hic habeatis qui loqui aperte valeant. nobis nõ licẽt omĩa
Juuabimꝰ tñ oꝛatoꝛes ipſos cum fuerint ſumma fide vr̃eqꝫ rei publice q̃ntũ facultas
tulerit nũꝙ deerimꝰ. Datũ rome die. xxix. decembꝛis. M. cccc. lvij.

Refert grates ⁊ agere ſpõdet.

## Epiſtola. ccxiij.

ENeas cardinalis ſenenſ Johanni bichio ſenenſi. S. p. d. Scientes q̃ntũ
pro nobis conatus es in magiſtratu tuo illo capitaneatus ꝑpl̃i. repreben
ſibiles fuerimꝰ niſi noſipſos gratos oſtendamꝰ. Sed hoc modo preſtare
non poſſumꝰ. Quippe q nõ vbis ꝟ rebꝫ reddẽdas eẽ gr̃as nõ ignoꝛamꝰ. Ut ſi qñ facul
tas ſe obtulerit cognoſces nos tui amantes eſſe et accepti bñficij memoꝛes. Nũc nõ ẽ
aliud qđ ſcribamꝰ niſi qđ ꝑ republica vr̃a cenſemus expediens apud hunc pontifi=
cem oꝛatoꝛes veſtros ꝯmoꝛari Quia mĺta indies occurrũt põderoſa et veſtrã ciuita=
tẽ tangẽtia. Scis qa nõ omnia nobis licent ꝟ oꝛatoꝛibꝫ veſtris fideliter aſſiſtemꝰ. Ex
vrbe romana die. xxiiij. decembꝛis. M. cccc. lvij.

Indignum officij ſe agnoſcens exoꝛa deũ
pro vita que tante dignitati par ſit.

## Epiſtola. ccxiiij.

ENeas cardinalis ſeneñ. A. bindio ſenenſi. S. p. d. Credimꝰ vt ſcribis promotionem noſtram tibi iocunditati fuiſſe. Ita enim expoſcebat vetus amicicia noſtra. Nos autem ex hac dignitate neſcimus triſtari an letari debeamus. Nam ſublime decus non merenti traditum oneri potius ꝙ honori eſt. Uenit in mentem illud apolinis preceptum quo iubet vt noſipſos cognoſcamus. Conſideramus imperfectum noſtrum. Et dum hinc paruitatem noſtram inde altitudinem dignitatis adepte metimur horreſcimꝰ et trepidamus. Nam quanto altior eſt aſcẽſus tanto periculoſior caſus. Inter hec tãanxie mẽtis dubia nullũ occurrit nobis aliud remedium niſi ad deum ipm̃ recurramus. et ei ſupplicemꝰ vt qui dedit honorẽ et ipſe conſeruet. et nos eam vitam ducere donet que tante dignitati par ſit. Tu võ de nob̃ perſuadeto tibi quoniam illi erga te ſumus qui ſemper fuimus ⁊ amicitie iura incõminuta ſuabimus. Uale et amicos illos noſtros metropolitanos noſtro noĩe ſaluere iubeto. anthoniũ panormitam. matheum malſeritũ. bartholomeũ faciuz. matheũ iohannẽ et reliquos qbꝫ nos offerto. ⁊ dato Ex vrbe rõ die. xxviij decẽb. M.cccc.lvij.

## Epiſtola. ccxv

Amicitiã nõ abſtulit dignitas adepta. ſ; aucta ꝯſtãs ẽ.

ENeas cardinalis ſenenꝭ Leonardo beneuolenti ſeneñ. S. p. d. Si quicꝗ amicitie noſtre detractum arbitaris qm̃ aucti honore videmur lõge falleris. Nam verã amiciciã nulla dignitas tollit. Sumus qui fuimꝰ dũ pedibꝫ ſimul peteremus romã Si potuiſſet adijci beniuolentie noſtre aliquid cardinalatꝰ noſter ꝑfecto addidiſſet. Sʒ plena q̃ ſũt vaſcula nihil amplꝰ admittũt. nos igĩ erga te idem erimus vita comite. Nec de te aliter arbitramur De dño dominico prepoſito nepote tuo ſumus memores. Et qa breui ſenis venire nõ poſſumꝰ cogitabimꝰ quõ rem illã ħ diffiniamus. Erimuſqʒ illi fauẽtes q̃ntũ fert equitas que comes amicicie ĩſeparabilis ẽ Uos viri ſenenſes more vr̃o prouidi fueritis ſi hac in curia ſedulo habebitis oratores. Quibꝫ et nos magna fide aſſiſtemꝰ. Uale laurentium noſtrũ iube ſaluere. et nos ſibi offerto et dominum galganum pari modo quia ſcribere nõ poſſumus omnibus. Ex roma die. xxix. decembris. M.cccc.lvij.

## Epiſtola. ccxvj.

De eodem et ſeruatum locum pro ſuo aduentu pollicetur.

ENeas cardinalis ſenenꝭ. Nicolao piſtorienſi doctori vtriuſqʒ iuris. S. p. d. Nihil nobis eſt dubij te vt ſcribis noſtra ꝓmotione letatũ eſſe Quis enĩ amicus amici honorem non libenter intuetur. Scis quo te loco habemus et q̃nti te facimus. Quid ni ergo leteris nos auctos dignitati eſſe. Cũ et tu vna creueris. ſi modo creuimus. etenim nobis nondũ liquet an letari an flere potius debeamus ad tante dignitatis culmen euecti Nã qd miſerius eſt ꝙ id officij gerere cui nequeas ſatiſfacere. Onus grauiſſimũ et humeris noſtris omnino impar ſubiuimus niſi miſerator dñs qui dedit honorem et retinẽdi facultatẽ ꝓbeat. Intelligimꝰ q̃ntũ imminet ꝑcipiciũ atqʒ idcirco de nobiſipſis neſcimꝰ iudiciũ. vtcunqʒ ſit noſtra erga te beniuolentia nunꝙ minuetur. nam qui te dileximus in epiſcopatu in cardinalatu magis ac magis amabimus Famulos quos polliceris recipere non poſſumus ſupra ꝙ noſtra ferat facultas onerati. Tibi vero ſemper erit in domo noſtra ſeruatus locus. ſi ſaltem dignaberis apud nos eſſe et nos illi ſumus qui tibi vſui poſſumus eſſe Optamus mulam aliquam perquiras pro nobis et requiras precium anteꝙ emas. vt tibi per bancum de miraballis pecuniam mittamus. Uale et dominum Ambroſium ac dominum allexium noſtrum iubeto ſaluere. noſqʒ illis offerto et dato. Silencio amplius dicito ne oĩno fidei renunciet ꝙuis indies indignos ad maiores aſſumi dignitates aduertit. vt nobis modo factum eſt. nam diuina potentia tunc potiſſime demonſtratur cum ſubleuat que ſunt minima et conſilia eius noſtra non poſſunt ingenia attingere. Iterum vale. Datum rome die viceſimotercio decembris. Anno domini. M.cccc.lvj.

**Offert ſe promotorem quantū poſſit.** 

## Epiſtola.ccxvij.

ENeas cardinalis ſenenſis Alexio ep̄o cluſino. S.p.d. Cognoſcimꝰ ex his q̄ ſenas ad nos venerunt promotionem noſtrā tibi iocundā fuiſſe idq̧ multis ſignis monſtratū eſſe. Multa hactenꝰ tibi debuimꝰ pro tua erga nos ſolita caritate. ſed nunc magis ac magis obligamur. Erimꝰ itaq̧ tui ſemper memores et q̄uis dignitas nobis credita parum merentibꝫ oneri potius q̄ꝫ honori ſit. Si tamen in ea boni aliquid erit id cōmune nobis cum tua dignatione futurum eſt atq̧ ita cupimus perſuaſum eſſe. Vale Ex vrbe die.xxiiij.decembris.M.cccc.lv.

**Confidit in deo qui dignitatem dedit: inſufficienti vires tribuat.**

## Epiſtola.ccxviij.

ENeas cardinalis ſenenſ. Johanni epiſcopo groſſitano. S.p.d. Si cui ꝓmotionem noſtram placuiſſe credimus. id profecto de tua reuerenda paternitate non dubitamus. Scimus enī q̄a nos ſolide amas At ꝓpterea noſtri honoris augmentum veluti tuam gloriam ducis. neq̧ falleris Minime enim honorari poſſumus quin particeps nobiſcum ſis. nos tamen ignoramus an hec dignitas nobis credita cardinalatus decori ſit cum impares ſumus tanto muneri. Confidimus in deo qui dedit vt vires tribuat ad conſeruationem huius ſtatus. vtcunq̧ ſit tibipſi perſuadere volumus nos erga te eſſe qui olim fuimus ad emolimenta et honores tuos omni tempore volentes. Tm̄ rogamus vt ſiqui ſint qui epiſcopatum ſenenſem deſiderent id ex capite coneris detrahere quoniā viui non intendimus eccleſie ſenenſi dulciſſime matri et ſponſe noſtre renūciare. Vale ex roma die.xxix.decembris. Anno. M.cccc.lvij.

**Cohibet vlteriorē promotionē quia mauult pauper amari q̄ꝫ diues odiri.**

## Epiſtola.ccxix.

ENeas cardinalis ſenenſ. Petro cardinali ſancti Marci. S.p.d. Refero gratias humanitati tue que ſe tam benigne obtulit in materia comerariatus ſacri collegij. Voluntatē ꝓ facto ſuſcipio At cū intelligā id alteri officiū haberi. ſupplico ne vlterius rez promoueas quia nulli reuerendiſſimorum dominorum meorum vel grauis vel iniurioſus eſſe volo. Maloq̧ pauper amari q̄ꝫ diues odiri. Spero tamē tuo auxilio et ſanctiſſimi domini noſtri clemētia ita mihi aliq̄ꝫ ꝓuiſū iri vt hōeſte vitā traducē poſſiꝫ. Ex vrbe die.xxix.decēb. An. M.cccc.lvij.

**Nouitates de terremotu cometa et thurcis.**

## Epiſtola.ccxx.

ENeas cardinalis ſenenſis Diuo Friderico ceſari. S.p.d. Audies ex latore preſentium q̄ꝫ mirabilia et incredibilia damna fecerit terremotus ī regno apulie. Nam multa opida funditus corruerūt. Alia magna ex parte collapſa ſunt. In neapoli omnes fere eccleſie et maxima palacia ciciderunt pluſq̄ꝫ triginta milia corpora oppreſſa ruinis traduntur. populus omnis habitat in tentorijs. Rex aragonum qui aberat audito nouo incidit in febrem et colicam paſſionem ferebatur curatus. nunc dicitur recidiuaſſe et vita eius in periculo eſſe creditur. Qz ſi moriatur tantus rex (quod abſit) non fruſtra cometam vidimus. cum thurci fugati et magna ex parte ceſi fuerunt gubernator vngarie et frater Johannes obierūt. Comes cicilie īterfectus occubuerit. Et prefectus vrbis comes taglotonus vita functꝰ ſit. Sed velit pietas diuina tantū regē adhuc diutius terris concedere cuius obitus magnam ytalie et hyſpanie partem cōturbaret. Datum rome die.xxviij.decembris Anno. M.cccc.lvij.

**Pollicetur ſe promotorem in requiſitis.**

## Epiſtola.ccxxj.

ENeas cardinalis ſenenſ. Mariano zozino ſenenſi. S.p.d. Promotionē noſtrā ad cardinalatus ordinem iā te accepiſſe nō ambigimꝰ. aucti honore p̄ter merita ſumꝰ. Pondꝰ lōge maius impoſitū nob ē q̄ꝫ ferre poſſumꝰ.

Si quid tamen eſt in hac dignitate nobis credita quod tibi tuiſq; cõducere queat.
niſi libere nos reqſiueris amicitie noſtre veteri iniuriam feceris. Nam beniuolentia
que vera eſt ſuperueniẽte quouis honoꝝ cumulo plus augeri ꝙ minui ꝯſueuit. Nos
te tuiſq; rebꝫ deinceps ita vtemur queadmodũ olim ſoliti ſumꝰ. Tu ſi erga nos ſecꝰ
feceris hominis officio fungeris haud recte de amicitia ſentientis. Uale ex vrbe die
xxx. decembris. Anno. M.cccc.lvij.

# Epiſtola.ccxxij.

Promotionem ſuam notificat.

ENeas cardinalis ſenẽ. Magiſtratui Balie. S.p.d. Nõ mea virtꝰ que
ſcio ꝙ tenuis eſt ſ; bonitas ſũmi preſulis calixti et interceſſio diui ceſaris
Friderici ad cardinalatus honorẽ hodie me prouexit. Nõ eſt cur ex h meꝰ
turgeat animꝰ. Nam dignitas minus merẽti credita oneri potius eſt ꝙ honori Ita-
q; non veluti iactabundus collegio vr̃o promotionem meam ſignifico. Sed quia di-
gnũ exiſtimo quecũq; mihi obueniũt vobis nota efficere. Nam ſiquid erit in hac no-
ua dignitate mea vel honoris vl' emolumenti id totum deſugat dulciſſima patria vo-
lo Ad me nihil niſi labores moleſtieq; pertinebunt. Datum rome die.xxvij. decembris
Anno. M.cccc.lvij

# Epiſtola.ccxxiij.

Congratulatur promotioni.

FRanciſcus pychonius. Enee cardinali ſenenſi. S.p.d. Gratulor ytalie
et reipublice xp̃ianoꝝ et noſtre ciuitati. quibus ob tuam promotionem
bñ eueniſſe putaui. Cõmune eſt bonum et cõmunis de te eſt omibꝫ leticia
nunꝙ fuit hic ciuitati tãtus animoꝝ conſenſus in idem gaudium Nec diuinitus in
ſtituta credendũ eſt. Nã de ſua eccleſia deo cura eſt. Uidet quãta eſt hominis. id eſt
tue reuerendiſſime paternitatis preſtantia cui benigna eſt mens hominũ deorumq;.
Ego q̃nto gaudio afficiar nõ poſſũ lr̃is explicare. qñ quidem vincit gaudiũ magnitu
dinẽ omniũ epiſtolaꝝ. Dñi de balia elegerũt me oratorem necdũ me mittũt. Spero
tñ añ feſta natalis iter arripere. Interea rogo tuã reuerendiſſimam dignitatẽ digne
ris me auditorem tuũ eligere. Potes apud te hominem me peritiorem inuenire. ho-
minem ṽo deditiſſimũ tue reuerendiſſime pr̃nitati vt ego ſum. qui te tuaq; omnia di-
ligat inuenire nec in ytalia nec in germania poteris. Recõmẽdo me tue reuerendiſſi
me pr̃nitati. Ex ſenis die. xxij. decembris. M.cccc.lv.

# Epiſtola.ccxxiiij.

Notabiliter de eodem.

GEorgius lollius doctor. Enee cardinali ſenẽ. S.p.d. Gaudeo reueren-
diſſime pr̃ domine mi ſacroſancte romane eccleſie que talem virũ in ſacro
admiſit ſenatu ꝑ quẽ res ſua ſũma in agendo induſtria et optimo in proui
dendo ꝯcilio gubernet̃. Gaudeo reuerendiſſime dominatõi tue. cui maximis in ne-
gocijs labor. et ſummis in periculis fortitudo. innumereq; ac ingẽtes virtutes par-
tim debitis honeſtãtur premijs. etſi non ignorem labores cuꝫ gloria augeri: letor pa-
trie q̃ tantũ glorie aſſecuta eſt quantũ fere petere decuit. Nõ etiam ad ſummum rei-
publi. maxime profuturum non dubitat. preſertim in hac tam maxima temporũ dif
ficultate. Gaudeo letorq; omnibꝫ bonis quibꝫ vehementius adauctam eſſe bene agẽ
di auiditatem qs nõ putet. Cum virtutes extolli premijs adornari vident. precipue
litteraꝝ ſtudijs dediti cum talem pre ſe ſtudiorum ſuorum ducem intueantur. Letor
ſumopere mihipſi Cui tota ciuitas gaudet. vniuerſus ꝑplus letat̃. ſinguli ciues con-
g̃tulant̃ Cateruatim domũ ventitãt q̃ſi hec oĩa ipe ſim adeptꝰ. Et id qdẽ iure. qd enĩ
maius hoc in ſeculo aſſeq poſſim ꝙ ſũma gl'a extolli eũ. q me ab incunabulis vſq; ſeu
a teneris vnguiculis ſemꝑ atq; vnice dilexit. Cui magis ꝙ genitori ſũ obnoxius niſi
reus ſim ſumme ingratitudinis. quo crimine apud perſas nil olim deteſtabilius. Et
ſi non ignorem fortem et conſtantem reuerendiſſime dominationis tue animum. hu-
iuſmodi in rebꝫ minime efferri ſ; incõcuſſuꝫ geri vt magnanimũ decꝫ Onꝰ aũt qcũq;

pro xpi religiōe. et ſacroſancte eccleſie ſtatu equo animo ac libenti ſubire. Hoc tamē
totū vt tibi bonū felix fauſtūqꝫ ſit deū immortalem oro obſecroqꝫ. Sitqꝫ reuerendiſſi-
me dnationi tue ſemper propitius Ego autem et ſibi et reuerendiſſime do. tue cōmen
datus optime ac feliciter valeo Senis. xx. decēbris anno. M. cccc. lvij.

## Epiſtola. ccxxv.

Promotionem ſuā notificat.

ENeas cardinalis ſenenſ Petro noxetano. S. p. d. Quod cepiſti apud ni
colaum pontificem maximū nunc diuꝰ calixtus cōſūmauit ſacro collegio
cardinaliū ſumus aggregati immeriti et indigni quidem. Sed tūc oſten-
tant principes ſuam potentiam cū ex īfimis ſublimes faciūt. Quod aduertēs alexā-
der macedo in aſia ortulanū quendaꝫ ad regni faſtigiū euexit. Et nos igitur ſūmus
dñs noſter erexit ex puluere fecitqꝫ cū principibꝫ eccleſie ſedere In qua re ſiquid bo
ni ē id cōmune tibi nobiſcū eſſe volumꝰ. Nā ſi quando te baſilee dileximus nūc ma-
xime amamꝰ hoc te ſcire voluimꝰ. Uale ex vrbe rō die. xxviij. decēbris. M. cccc. lvij.

## Epiſtola. ccxxvj.

Se offert vſui tanꝙ frater.

ENeas cardinalis ſenenſ Johanni cāpiſio epiſcopo placētino. S. p. d. Au
diſti ex alijs opinamur nos cardinalatus ordinem adeptos. Et ꝙuis in-
digni hoc honore ſumus. id tamen tibi gratū eſſe cōfidimus. Quis ei ami-
cus eſt et amici exaltationē nō querit? At pro meritis dices amicuꝫ amici dignitatē
expetere. Iſtā amiciciā ſtoicorū fortaſſe ſentētia dictauit Amicicia nr̄a ex meza phia
eſt et pingui quadā minerua res metitur ſuas. Utcunqꝫ nobiſcū actū eſt. noſtrā pro-
motionē tibi dulciſſimā fuiſſe cōfidimꝰ. Cum ad nos nuncium eius delatuꝫ eſt. velle-
mus id primi enunciaſſe pr̄i amantiſſimo Sed nulla litterarū velocitas eſt que famā
imitari poſſit. Audiſti ex alijs nobis cardinalatus creditā dignitatem audi et nunc
ex nobis Et perſuade tibi nos eos eſſe erga te qui Papie Mediolani baſilee rome-
qꝫ fuimus. Et nobis pro veteri amicicia tanꝙ fratre amātiſſimo vtere. Ex roma die
xxviij. decembris. Anno. M. cccc. lvij.

## Epiſtola. ccxxvij.

Refert grates congratulatori.

ENeas cardinalis ſenenſ Comiti Jacobo piccinino. S. p. d. Illuſtris et
magnifice comes amice cariſſime. accepimus humāiſſimas litteras tuas
quibꝫ de promotione noſtra ad cardinalatū cōgratularis. Offers officia
et operas tuas ad beneplacita noſtra et teipſum efficis nobis cōmendatū. rogans vt
negocia tua cum frequentiꝰ requiramur gratioſo fauore exequamur. Reſpōdebimꝰ
breuiter huiuſmodi argumēta tractāti qui facta magis ꝙ vba requirit De gratula-
tiōe quā ſincero ex aīo ꝓdire nō ambigimꝰ gratias agimus idēqꝫ pro tuis oblatiōibꝫ
dicimꝰ ſentientes nos ꝓpterea tue magnificētie plurimū obligatos. Honori tuo ⁊ cō
modo vbi ꝑ nos aliqd agendū occurrat bono animo fauebimus. Uellemus iter te et
ſeneñ eam vigere beniuolentiam que inter eos clareqꝫ memorie genitoreꝫ tuum olim
viguit. Sic enim liberiori et promptiori animo et loqui et ſcribere et ſubuenire alter
alteri valeremus. Datū rome die. xviij. Januarij. M. cccc. lvij.

## Epiſtola. ccxxviij.

De cōſolatione ſuper morte.

ENeas cardinalis ſenenſ Johanni Miraballio equiti neapolitano. S. p.
d. Non ſcripſimus tibi ſtatim cum audiuimus dilectiſſimum filium tuū
mortem obijſſe. Neqꝫ enim conſolari magnificentiam tuam poteramus.
ipſi conſolatione indigentes. Nihil enim minus me afflixit prudētis et ornatiſſimi
viri raptus ꝙ te eius parentem. quippe tu filij mortem (vt natura iubet) grauiter et a-
cerbe tuliſti. nos ⁊ illius obitus et tuus meror non mediocri dolore affecit. At nunc
paululū ad nos reuerſi et humanarum rerum conditiones animo reuoluentes arbi
tramur te pro tua ſapientia finem luctui poſuiſſe. neqꝫ amplius velle angi ſuper his

que mutari non poſſunt. Omnibus vna conditio poſita eſt. Tandem mori lex nature
eſt immutabilis ⁊ ineuitabilis. que licet vnum ꝗ̃ alterũ ſerius apprehendit. bono tñ
viro nunꝗ̃ tempeſtiuior putanda eſt qui ex tenebris tranſit ad lucem et ex laboribꝫ
ad quietem. ex miſeria ad felicitatem. Cum ergo filius tuus vitã mundam atqꝫ opti
mam duxit. cõgaudere illi debemꝰ. quia terrena et tranſitoria pro celeſtibꝫ atqꝫ eter-
nis permutauit. Oramus igiť vt queſtibꝫ et lacrimis modũ ponens tibi et reliquis fi
lijs tuis hilaritatem ſumens cõſulas. neqꝫ enĩ nobis et ipſi proli tue quicꝗ̃ gratius
aut acceptius p̃ſtare potes ꝗ̃ tuã vitam cum iocunditate et leticia traducere. qḋ cer
te facies cum cogitabis diuinã pietatem de donis innumerabilibꝫ cumulaſſe. Nam
et vitã longã et opes ampliſſimas et regũ gratiam et ſobolem electiſſimã et nomẽ bo-
nũ et inter omnes ytalos atꝫ externos maximã reputationẽ deus ipſe magnꝰ et miſe
ricors cum ſapientiam ante donaſſet liberaliter elargitus eſt. Datuꝫ rome die. xviij.
Januarij. Anno domini. M.cccc.lvij.

## Epiſtola. cccxxix.

Congratulatio ſuꝑ ꝓmotione amici.

POgius florentinus Enee cardinali ſenẽſi. S. p. d. Cum audiſſem pater
mi reuerendiſſime te factum eſſe ſancte romane eccleſie cardinalem gaui-
ſus ſum. Sane maiorẽ immodũ prout amor in me tuus et mea erga te ob-
ſeruantia poſtulabat. Id vͦ maxime mihi fuit voluptati cernere eã dignitatem (que
maxima eſt) in te collocatã. que nõ ambitu vel gratia ſ; virtutũ ſtudijs queſita eſſe vi
dereť. Accedit ad cõſolationẽ meã et ſũmã iocunditatẽ ꝙ vir eloquentiſſimꝰ optimiſ-
qꝫ artibꝫ eruditꝰ fructum eloquentie et doctrine ſit (quod peraro accidit) conſecutus.
In quo gloriari quodãmodo mihi merito videor poſſe nr̃i quondaꝫ ordinis virꝝ. hoc
eſt eloquentie ſtudijs et dicẽdi exercitio preſtantẽ eo in ſtatu eſſe collocatũ vt ſue do-
ctrine emulos extollere. et eis preſidio atqꝫ ornamẽto eſſe poſſit. Magnũ ꝓfecto elo-
quentibꝫ viris ſuffragiũ ex hac tua dignitate propoſitũ eſſe videť. cum ſint habituri
veluti certũ refugium in quo illoꝝ deſideria conquieſcant. Ego quidem primum tua
tum vͦ mea. tum eloquentium omnium cauſa gratulor et exulto te tam in inſigni
loco poſitum non ſecus ac ſi aliqua mihi proſpera fortuna acceſſiſſet et illum mi-
hi diem illuxiſſe felicem puto ꝙ declaratus es cardinalis cum palam factum ſit locũ
eſſe probitati et doctrine et non ſemꝑ neglectã iacere virtutem. Quod vͦ ad me atti-
net magnum rebꝫ meis exiſtimo eſſe fructum. Scio enim te maiori animo ac prom-
ptiori diligentia curaturũ que ad me pertinent ꝗ̃ hi quoꝝ mens et voluntas remiſſi-
or eſt in doctis viris ſubleuandis. Sentiant alij quod velint. virum doctiſſimũ et orna
tũ virtutibꝫ neceſſe eſt doctos diligere ac bonos. Non mihi tamen tantũ arrogo vt ꝓ
fitear me doctrina et virtute preditum eſſe. Id dicam dediſſe me operam quoad facul
tas tulit vt non in poſtremos eẽm reijciẽdus. nolo (vt plures ſolẽt) cõmorari in tuis
laudibꝫ aut meritis enumerãdis. ne videar (quod viciũ ꝓcul abeſt a meis moribꝫ)
adulatoris officiũ aſſumpſiſſe. Hoc tñ ꝓfitear tante dignitatis tibi gradũ tãꝗ̃ tuarum
vͦtutũ p̃miũ fuiſſe tributũ. Vale ⁊ pogij tui meᷓor. Florẽtie die. iiij. iãuarij. M.cccc.lviij

## Epiſtola. cccxxx.

Suadet fedus inire cũ ſũmo põtifice.

ENeas cardinalis ſenenſ. Magiſtratui Balie. S. p. d. Decreuerat ꝑ hos
dies ſanctiſſimꝰ dñs nr̃ certũ oratorẽ ſuũ ad vos trãſmittẽ. qui vobiſcum
ad ea intercedat. per que pax veſtre ciuitatis et ſecuritas libertatis ⁊
regiminis veſtri ſolidari poſſet. Et quantũ eius mentem capere potuimꝰ. ſua ſancti
tas aliena non eſſet ad certã vobiſcũ intelligentiam habendã. ꝑ quã et vr̃a erga eum
deuotio et ſua in vos protectio confirmareť augereťqꝫ. Ad quã rẽ etiã nos ſuã pieta
tẽ hortati ſumꝰ. Vereť tñ ipſe põtifex maximus. ne ſuus orator fruſtra de his apud
vos ageret. que res nõ eẽt apoſtolici ſedi honorifica atqꝫ ideo ſuſpendit illius miſſi-
onem. Sz ſi veſtre magnificentie ad hoc animate ſint cupiantqꝫ veram et efficacem
habere intelligentiam cũ ipſo ſũmo paſtore. idqꝫ nobis ſignificauerint. ſperamus ita

efficere q̧ orator.predictus ad vos tranſmittetur. et ad effectus predictos operas ſuas interponat. Nos autem aduertentes animo quantas ſuperioribꝫ diebꝫ veſtra reſpublica paſſa eſt calamitates et ad ea ſedulo itendentes per q̄ veſtrū regimen p̄ſentie vr̄e (vt quidem putam⁹) ſaluberrimū cōfoueat̄ et ſtabiliat̄. nihil arbitramur vtili⁹ q̄ hoc tempore ciuitatem veſtrā cum omnibꝫ bonā amicitiam et vicinitatē cum ſummo vero pontifice ſpecialē habere intelligētiā qua ille vos vt filios tueat̄ et vos eū vt p̄re reuereamini. Sup qua re vr̄m reſponſum preſtolamur. Datum Rome. xxij. Januarij. Anno. M.cccc.lviij.

## Epiſtola. ccxxxj.

De eodem et credita repoſcit.

ENeas cardinalis ſeneñ Johanni bichio ciui ſenenſi. S.p.d. Videbis q̄ ſcribim⁹ magiſtratui balie cogita ſuper illis et nobis reſcribe. Nos ſalutē veſtri regiminis in eo cōſiſtere arbitramur vt cum vicinis omnibꝫ bonā amicitiā tenentes cū ſummo pontifice ſpecialē intelligentiā habeatis. etenī vos cum papa p̄e omniū ſpecialiter colligatos nemo infeſtabit. De alijs aūt veſtrū ſit cogitare. Preterea nō habebūt locū rebelles vr̄i vnde quouis pacto vos offendant ſi pape vniti eritis. Verum hec cogitari nullo modo queunt niſi res pecuniaria a vobis abſoluat̄. Suademus ne cum illo qui vobis libertatem tutatus ē et in futuꝝ tueri pōt. et vult ſi vos volueritis de pecunia modica cōtendatis. Nos inſuper ſcientes tibi cōmiſſam eſſe expeditionē crediti noſtri cōmendamus eam rem amico optio et ſingulari quē ſcimus nobis nō defutuꝝ. Ex vrbe. xxij. Januarij. M.cccc.lviij.

## Epiſtola. ccxxxij.

De eodem.

ENeas cardinalis ſeneñ Criſtofero gabrielis ciui ſenenſi. S.p.d. Scribimus magiſtratui balie aliqua que credim⁹ ad vtilitatem reipublice. p̱tinere. Ea videbis et intelliges. Scimus magiſtratus vr̄os omnia melius intelligere per ſeſe q̄ nos cogitare poſſumus. Tamen vt hi qui patrie noſtre tenemur cōſulere cogitauim⁹ que credim⁹ eſſe ſalubria eidem Rogam⁹ examies oīa. ꝛ q̄ vobis meliora videntur nobis ſignifices Nos ei vbi videm⁹ patrie vr̄e ꝛ preſenti ei⁹ regimini poſſe bene conſulere nō deerimus. Inſuper quia tibi cōmiſſa eſt et aliquibꝫ alijs expeditio noſtri crediti petimus vt tanq̄ amicus noſter (de quo plurimum ꝯfidim⁹) operas tuas impartiaris cū effectu vt nobis fiat ſatis. quia multis vrgemur oneribꝫ. Datum rome. xxij. Januarij. M.cccc.lviij.

## Epiſtola. ccxxxiij.

De eodem et petit reſponſum.

ENeas cardinalis ſeneñ Leonardo de beneuolentibꝫ ciui ſenēſi. S.p.d. Sepe ſimul locuti ſumus de republica ſeneñ. Fuitq̧ noſtra (ſi recte meminimus) ſententia expedire ciuitati ſeneñ cum vicinis omnibus pacem habere illiſq̧ morem gerere vbi ſine detrimēto magno id fieri poſſit. cum papa ȯo omnium communi patre amplius atq̧ amplius ſeſe intelligere. Nā pape collegatos nullus ytalie potentatus vexare audebit. Secus ſi alterius principis aut populi veſtra reſpublica federibꝫ implicetur perſeueram⁹ nos eoipſo in ꝓpoſito atq̧ ideo dominis balie ſuper ea re ſcribimus. Hac rogamus vt reſponſū detur. Nāq̧ ſi veſtros animos ad eam rem volentes inuenerimus. arbitramur ſalubrem rem procuratū iri ciuitati et patrie veſtre et potiſſime regimini preſenti. auferetur q̧ veſtris hoſtibꝫ nocendi facultas. Verum difficile eſt de his aliquid tractare niſi res pecuniaria componatur et que pape et que piccinino debetur Nec nobis aut honorificum aut vtile videt̄ veſtris magiſtratibꝫ cū eo de pecunia cōtendere qui ciuitatē ipſā veſtrā de morte reuocauit ad vitam. De ꝓpoſito tuo curabim⁹ ea fieri que digna ſunt. Jāq̧ cap̄lo veſtro ſcripſimus reſpōſūq̧ p̄ſtolamur. Datum rome die. xxvj. Januarij. M.cccc.lviij.

Congratulatur promoto optans ſalutē plurimam confiſus de patrocinio.

## Epiſtola.ccclxxxiiij.

Borcius dux Mutine Enee cardinali ſenen̄. S.p.d. Cum primum nobis nunciatū eſt cardinalatus dignitatem ad te reuerendiſſime pater eſſe delatam maximum imodū gratulati et gauiſi ſumus. Nam cum tua virtus. doctrina. morum elegantia. et vite ſanctimonia nobis iampridem cognita et perſpecta eſſet. eam tibi iure optimo deferri cupiebam⁹. Augebat huiuſmodi deſiderium noſtrum mutua caritas et ſingularis beniuolentia qua inuicē obſtringimur. Itaq̄ certo teneas maiorem etiam quam declarare poſſumus ex tanto munere voluptatē cepiſſe. Sic ipſe deus noſter a quo omnia bona procedunt longeuū te faciat preſtetq̄ vt eo bene beateq̄ ſemper vſq̄ ad extremum perfrui poſſis. Reuerente clariſſimo iuriſcōſulto domino iacobo noſtro intelleximus q̄ pleno cordis affectu tua reuerēdiſſima dn̄atio nobis afficiatur. Et quod de ea deq̄ ſtatu ſuo omnium q̄ntūuis ampliſſimo non minus q̄ꝫ de nobiſipſis ac noſtro diſponere poſſem⁹. Et ita hac ſpe et fiducia freti decetero in his que nobis rome ſemper tractanda erunt ad tuam reuerēdiſſimam dominationē vt ad dominum et preſulem in quo ſūmam fidem et ſpem locauimus audacter recurrem⁹. Quod vero reliquū ē tue reuerendiſſime dominatiōi nos noſtraq̄ omnia pleniſſimis manib⁹ offerim⁹. ita vt eis vti et abuti poſſit pro ſua voluntate et arbitrio. qd̄ q̄nto liberius id fecerit reuerēdiſſima. d. tua ſciat nobis tanto gratius eſſe futurū. Datum die. xv. Januarij. M.cccc.lvij.

Denūciatur promotio vtrorūq̄ amici.

## Epiſtola.ccclxxxv.

PRiores et gubernatores ciuitatis ſenarum Borcio duci Mutine. S.p.d. Nuncius hodierna die nobis allatus eſt quoſdā nuper cardinales eſſe deſignatos immortalis dei gratia. inter quos vnū eſſe reuerendiſſimū i xp̄o patrē et dominū. dominū eneam ciuem et epiſcopū noſtrū digniſſimum. Quē virum iā dudū cognouim⁹ integerrimis morib⁹. ſūma ꝓbitate. mirificiſq̄ virtutibus et doctrina preditum. natūq̄ claris parentib⁹ et ex modeſtia et antiquiſſima familia nr̄e ciuitatis. Quod quidem nō modo vrbi noſtre vex̄ vniuerſe reipu. ſalutare admodū fauſtūq̄ fore exiſtiauimus. Idcirco cum omnia que accidant cōmunia nobis eſſe cū tua illuſtriſſima dominatione arbitremur. ſignificandum duximus congratulanduq̄ quoq̄ eidem illi dominationi tue quam perpetuo felicem eſſe vehementer cupimus. Ex ſenis die. xix. decembris. Anno. M.cccc.lvij.

Pollicet̄ diligentiā ſuper cōmendatis.

## Epiſtola.ccclxxxvj.

ENeas cardinalis ſenen̄ Johanni frunt prothonotario coloniēſi. S.p.d. Accepimus litteras tuas q̄bus rem tue prepoſiture nobis efficis cōmendataꝫ. Amamus te ⁊ ſp̄ loco fr̄is amauim⁹. Nec mō de nr̄a mēte decidiſti nec decidere potes dū fruimur aura. obtulim⁹ ꝓcuratori vr̄o nr̄as operas. Siqd erit qd̄ ille nobis expetierit haud q̄cq̄ꝫ fruſtrabit̄ ſi mō res erit q̄ vires noſtras non ſuperet. Cupimus te videre atq̄ amplecti aliqn̄ (ſi deus dederit) anteq̄ꝫ hac luce migrem⁹. Ex veterib⁹ enī veris ac ſolidis amicis q̄s baſilee dilexim⁹ pauci tecū ſupſunt et vita nr̄a inſtar fluminis rapidi abit. Nō poſſum⁹ tenere lacrimas cū priſce beniuolentie nr̄e mentio īcidit. Itaq̄ iā vale et reuerēdiſſimo dn̄o colonien̄ cōmendatos nos effice. nā ſui ſumus. Tilmanno prepoſito ſancti Florini et Johanni polart nr̄o noīe ſalutes dicito. ſimulq̄ Johanni winderos noſq̄ illis ad q̄uis bn̄placita offerto. Iterum vale.

Gra tes refert de cōgratulatōe ꝓmotioīs ſue.

## Epiſt.ccclxxxvij.

ENeas cardialis ſenen̄ Anthonio petri collen̄. S.p.d. Tāiocūde fuerūt nobis lr̄e tue q̄b⁹ de ſuſcepto cardinalat⁹ honore ꝯḡtularis q̄ꝫ tibi g̃tā reſpōſionē nr̄aꝫ eē ꝯfidim⁹. Nihil nobis dubij ē et āthonio et tibi nr̄m oē decus ſumope acceptū eſſe. Sed vtinam dignitati ſatiſfacere poſſimus et ita nobis

deus agere vitā tribuat ne munus qđ nobis ſplendori eſt ex nobis polluatur qn̄qui-dē impares ſumus qui hoc gradu potiri debeamꝰ. Speramus(ſi deus ānuerit)eſtate proxima patriā reuiſere. Tūq; et anthoniū et te illic cōuenire et amplecti. Quos amamus et amabimꝰ dum preſenti fruimur aura neq; vera beniuolentia ſupuentu dignitatis auferet. Rogaſti vt reſcriberemꝰ. fecimus non inuiti et manu ꝓpria qđ iam nobis perrarum eſt breuem hāc epl'am exarauimus. Sumus in ſcribendo breues. In loquēdo longiores erimus. Uale et nomine noſtro anthonium valere iubeto Ex vrbe die.xxij.februarij. Anno. M.cccc.lvij.

Petit moniales pro ſe deum exorare vt collato honore digne p̄eſſe poſſit.

## Epiſtola.cccxxxviij.

Eneas cardinalis ſenenſ. Dorothee ſanctemoniali ſue cōſobrine. S.p.d. kariſſima ſoror et filia ī xp̄o amantiſſima letati ſumus ī tuis litteris q̄s tua vice videmus. Cōſolatur nos tua vita. deo ( vt confidimus) accepta. Perge et ſeruito deo qui ſeruos ſuos ſui regni conſortes facit. Congratularis nobis pro dignitate cardinalatus. Graue pondus accepimus et magis q̄ noſtri queant humeri ferre. Tu ancilla dei fac quod dicis roga deū ꝓ nobis. Idē quoq; vt reliq̄ ſorores tue faciant exhortare. niſi enim diuina opituletur gratia non eſt q̄ tātaz ferre ſarcinam valeamus. Confidimꝰ in tuis orationibꝫ et aliarum perſonaruz deo dedicatarū. Prioriſſam tuā vt noſtro nomine ſalutatā reddas volumus quam ſanctam eſſe virginem et matrē accepimus et optime filias ſuas in monaſterio gubernare. Placet deo placet ciuitati et nobis Perſeuerate Omnis breuis eſt vita Et q̄uis eſt labor eſſe incluſum nō ſūt tn̄ paſſiones huiꝰ ſeculi que cōparari poſſent ad futurā gloriam que reuelabit̄ in nobis. Gregorius lollius frater tuus et noſter nobiſcuz eſt et bene habz noli eiꝰcā te afflictare. Bene vale. ex rō die.xxij.februarij. M.cccc.lvij.

Expedire ſcribit oratorem apud ſanctiſſimū haberi et incarceratum emancipare.

## Epiſtola.cccxxxix.

Eneas cardinalis ſenenſ Magiſtratui balie. S.p.d. Retinuimꝰ tabellariū vr̄m in hanc vſq; diē vt(ſi poſſemꝰ)rei vr̄e melius ꝯſuleremꝰ. et circa negocia tritici et circa mōtē acutū. ſ; non potuimꝰ aliud obtinere q̄ pridē imo neſcimus vnde procedat ſanctiſſimus dn̄s noſter qui prius ait velle pecunias ex paſcuis prouenientes cōuerti in ſolutionē caſtri cuſtodie. nunc mutatꝰ eſt neq; audire vult verbum Itaq;(ſicut in alijs litteris vobis ſcripſimus) vtile videtur nobis mitti huc aliquem oratorem laycū qui audacter loq poſſit. Nam ſua ſanctitas ſtatiz nos tacere iubet cum de hac re loquimur. Et dignum eſt nobis obedire. Oratori veſtro aliter eueniet cui nos etiam aſſiſtemus. Et profecto q̄ntoplus hec materia montis acuti differtur tanto peius eſt. Speramus ſi mittetis oratorem fortaſſe dominꝰ de vrſinis cōtentabit̄ de paſcuis ſi tamen proueniatur ſolutio coꝝ. Alioquin de burſa pape nihil extrahetur. in mora periculum eſt multis reſpectibꝫ. Uidebitis que ſcribit dn̄s noſter ī breui ſuo et de paſcuis mutatum eſt vt prefert̄ De tritico nō eſt mirum ſi haberi nequit. Nam nec per vſum ſubditi eccleſie triticum(vt petebāt) habere potuerunt. Et franciſcus venerio ob rem frumentariam male adminiſtratam in carcerem coniectus eſt. itaq; deſperata eſt huiuſmodi materia. Scripſimus nuper de domino Gregorio. Facietis nobis rem gratiſſimam ſi eum abſoluatis ab impoſitis ſibi calumnijs. neq; dignum eſt vt ad relationem nepharij hominis et in tortura loquentis ac de auditu aſſerentis. non de viſu vir bone fame doctor inſignis et ciuis nō ex vltimis dehoneſtetur. Cū ſi ceteri deeſſent illud ſuffragari deberet q̄ noſter frater eſt et viuit nobiſcum qui vere reipublice. non vulgariter ſeruiuimus et in futurū (ſi vita comes fuerit)poſſimus aliquando prodeſſe. qđ fecimus et faciemus omni tēpore animo volenti. Mittimus vobis quitantiam pape per ſuum breue nobis directum et comitis Iacobi per publicum inſtrumentum. Supereſt vt de futuris ſolutionibus ī tempore prouideatis. Datū Rome die.xxij.februarij. Anno domini Milleſimo.cccc.lvij.

Notificat ſuam promotionem et offert ſe ad beneplacita obſequioſum. **Epiſtola.ccxl.**

ENeas cardinalis ſenenſis Theoderico archiepiſcopo colonienſi. S.p.d.
Scio ſemper me carum ac acceptum fuiſſe dignatiōi tue poſtq̄ germaniā
incolui a quo tempore iam.iiij.et.xx.anni decurrerūt. Plurima enim be-
neficia plurimoſq; fauores impendiſti mihi ſed non valui rependere vicem. Quid
enī ego vermiculus cōtra tātum principem preſtare poterā. Non fui tamē ingratus
(ſiquidem gratia etiam ſolo animo impendit̄) colui ego dignatiōe; tuam amaui ob-
ſeruaui ſupra ceteros noſtri ſeculi principes et cum aliud nihil poſſem nomen tuum
quocunq; diuertebam. etſi nō paribꝫ virtuti tue. at ſaltem quibꝫ poterā laudibus ex-
tollebam. Nihil eſt quod vltra tunc principi de me optime merito exhibere quirem.
Nunc fortaſſe etſi minimum eſt quod valeo aliquid tamē plus dignationi tue confer
re q̄ prius licebit qñ cardinalatus honorē non meis vllis meritis ſed diuina carita-
te et ſummi preſulis beneficentia ſū obſecutus Atq; hoc eſt qđ his litteris tue digna
tioni notificare libuit. nā ego qui tuꝰ clericus preſbiter et epiſcopus fui. tuus q̄ car-
dinalis eſſe non deſinam. Vtatur me igitur dignatio tua neq; mihi vllo ī tempore vl-
lo in labore ignoſcat. nam tunc me viuere iuuabit cum pro te. tuis conſanguineis.
amicis. beniuolis exercebor. Datū Rome. xxiiij. februarij. M.cccc.lvij.

Conſiliatur amico quomodo cōſequatur notabile cōmendatū monaſterij. **Epiſtola.ccxlj.**

ENeas cardinalis ſenenſ Roderico cardīali ſancti Nicolai. S.p.d. Tri
ne iam mihi reddite ſunt littere tue ſuo more ſuauiſſime et ab amātiſſimo
pectore prodeuntes. prioribus reſpondi non vt debui ſed vt potui. Quis
enī tam euiſcerate caritati ſatiſfacere poſſit. Scio quid debeo. facio quod valeo. Ad
vltima ſcripta propero nō repeto quod de beniuolentia vltro citroq; dici poſſet. meꝰ
animus tuus eſt. dabunt aliquando teſtimonia non verba ſed opera. Summo ponti
fici nō deſino. de cariſſimo ſibi nepote cu; ſe offert occaſio loqui. nec pretereo intactā
cancellariam. nihil adhuc ſolidi eſt manet arbitror alta mēte repoſtū concilium. Nō
omnia prodit ſenex que facturus eſt. cum negat tunc maxime cupit. Nō ceſſabo cū
licebit iterum atq; iterū perloqui. fama hic eſt vacaſſe epatum tulenſem. Epiſcopus
eius loci monaſteriū cōmēdatū habuit. cuius animus valor mille ⁊ quingentoꝝ au-
reoꝝ eſſe fert̄ ſub ditione ducis burgundie. Dñs noſter id tibi cōmendaturū ſe ait. ro
thomageñ eius rei promotor fuit Ex vſu erit illi ſcribere et rogare eum vt rem pera-
gat Nō ſi feceris noli me q̄quo mō nominare atq; hec ſecreta ſint. Ita ei expedit. In
telleri que ſcribis de preſidatu fabriani. Rogo velis hortari ciues eius oppidi vt ex
nunc eligant bartholomeū maſſanū illum doctorem et affinem meum neptis mee vi-
rum pro ſex menſibus ſequentibꝫ amicum magiſtri ſymonis. Electio enim ſolet fie-
ri poſt introitū poteſtatis noui īter duos menſes Itaq; vtile fuerit preuenire. Scio
illos cōplacituros dignationi tue. Summus pōtifex bene valet. Datariꝰ (vt fama ē)
theſaurariꝰ creabit̄ et bartholomeꝰ regnatiꝰ ꝓthonotarius dignitatē aſſequet̄. car-
dinalis papieñ infra biduum aduenturus fert̄. De neapolitano nihil ē certi cu; rex
ille nō oīno cū pietate aplica cōſonet. Florētini arbitrali dñi noſtri ſententia ī. xviij
milibus aureorum damnati ſunt dñis de gābatritis ob certa que illis oppida abſtu-
lerūt nihil plus noui eſt. Commendamus nos tibi cui ſeruire preſto ſumus Ex vrbe
die. xxiiij. februarij. M.cccc.lvij.

Refert ḡtes clero ſuo p ꝓcuratorē ſuū de cari tatiuo ſubſidio et p̄cipit ſatagē vt detēꝰ emācipet̄ **Epiſtola.ccxlij.**

ENeas cardīalis ſeneñ Frācíſco picholomeo. S.p.d. Accepimꝰ tuas lr̄as
triplicatas Ad priores rñdimꝰ qbꝫ de locatōe epatꝰ mirari videris. Nihil
ē q̄ inde cōmouearis. Nos clero nr̄o nunq̄ oneri fuimus nec volumꝰ eſſe
Quippe q plebē nō mō cleꝝ affectu colimꝰ ſingulari Nō diſponemꝰ vt putamꝰ de illo
regimie añ aduētū vr̄m. Et tunc faciemꝰ vt bonū paſtorē decẽ q nō cōmedat oues lu-

pis. Placet quod feciſti cũ clero. Sumuſq; de ducentis ducatis contentiſſimi ſciẽtes inopiam in qua eſtis. Placet quoq; differre ad tempus exactionem medie partis. Volumus vt noſtro nomine ipſi clero gratias agas et dicas nos ſemp futuros ad ea que illis conducant paratos. Miramur capitulum in facto prepoſiti non aliter de nobis q̃ ſcribat fidem adhibuiſſe. nec ſcimus an velimus hoc onus iudiciale accipere et ſtrepitum illum audire. cupimus leonardo beneuolenti hec ipa referas. In facto Gregorij laudamꝰ diligẽtiã tuã vtq; cõtinues hortamur donec bonꝰ aſſit exitus. Nã gregorius vt vidimꝰ ex copia citationis pꝛſus eſt innocens. Ait enim q cũ criminat Anno domini. M. cccc. liiij. menſe aprili locutum eſſe gregoriũ cũ aliquibꝫ ĩ ſancto deſiderio Iterũ eodem menſe paulopoſt fuiſſe in domo omnimode bellantibꝫ Iterũ eodem menſe paulpoſt fuiſſe. vt audiuit accuſator ipſum gregorium in domo oratoris veneti et ibi ſcripſiſſe cum alijs cum iacobo piccinino. Vides cum nõ ponatur dies menſis rẽ ptendi veriſimiliter ad. xv. et. xx. diem aprilis ãteq̃ ſcriberet piccinino. at gregorius q̃rta menſ die ex ſenis abijt ad regẽ aragonũ. accuſator inſuper de audito loquitur Iſta nõ coherent Preterea velis hominem innocẽtem iuuare et potiſſime noſtro intuitu immo iuſſu. Tibi enim precipimꝰ vt prelatus tuus ne quo pacto hanc defenſionẽ ptereas. Scimus viros magnificos Iohannẽ gucci et Frãciſcũ luctiũ et criſtoferum nantis amicos eſſe noſtros nobiſq; fauere. Vos autem alios adito et cura hãc cauſam p nr̃o deſiderio terminari qñquidẽ nos ſemp ad ea tendimus q̃ ſunt illi regimini vtilia et honorifica. Vale ex rõ die. xxiij. februarij. an. M. cccc. lvij. De nepte nr̃a dicito cum parentibꝫ nos manus lauimus.

Gratanter ſuſcipit carmen de eius preconijs compoſitum.

# Epi. ccxliij.

mana igitur eccleſia vt ſacri canones aiūt caput omniū eſt. que principis apoſtoloꝝ
et doctoris gentium ſanguine dedicata ibi apud ſe celeſte regnū habere meruit. vbi t-
renum vſqꝫ ad ſummum creuerat imperium. Nam ſicut romulus et remus initium
ibi mortalis imperij fecere. ita petrus et paulus celeſte regnū fundauere.

## Epiſtola. ccc ij.

Preconizat ſcripta eius.

ENeas cardinalis ſenenſis. Epiſcopo onetcñ. S. p. d. Litteris tuis et leta
ti et oblectati ſumus. Letati quidē q̄ tempora noſtra claris florere inge-
nijs et viꝫ eloquētie paſſiꝫ creſcere atqꝫ ad exteras penetrare natōes anim-
aduertim⁹. Oblectati aūt q̄ in epiſtola tua multum leporis. multumqꝫ ſalis inueni⁹
Et cū omnia que ſcribis grauia dignaqꝫ philoſopho proculdubio ſint. tum nobis il-
lud precipuam quandam exhibuit voluptatem. q̄ in exemplis ietro ⁊ moyſe quibus
impugnabaris. quaſi armaturis tuis quibus et defendereris et aduerſarium tuum
ferires vti nouiſti. Eſt em̄ ſimile hoc illi quod de virgilio legimus. qui cum crimini ſi-
bi daret̄. q̄ homeri verſus operi infereret ſuo. At hoc inquit quod vituperatis lau-
de precipua dignum eſt. tanq̄ ego clauā ex manu herculis arripuerim. Hoc itidem
et nos de tuo ingenio dicimus. Perge igitur et florentes eloquij tui vires ſepe exer-
ce. Sic em̄ erit inter diſertos oratores nō vulgare nomen tuum. Vale quāti es Ex vr
be tercio octobris. Anno domini Milleſimo. cccc. lvij.

## Epiſtola. ccc iij

Ex humilitate ſe indignū cardinalatu confert.

ENeas cardial' ſeneñ Leodriſio cribello. S. p. d. Affecer̄t nos haud modi-
ca voluptate preſtans vir et amice ſingularis littere tue quas ex mediola-
no. xvij. kl'. ſeptēbris ad nos ſcripſiſti. legim⁹ Iohis criſoſtomi epl'aꝫ. quā
ex athica romanā feciſti. Neſciebam⁹ te an̄ greci ſmoīs gnaꝝ ee. pri⁹ trāſlationē hāc
vidim⁹ q̄ te grece doctū audirem⁹. Tāto te magis extimamus quāto magis eſt duas
linguas q̄ vnam noſſe. Non eſt nobis iudicium de grecis. At quod latine ſcriptum
eſt ex greco verſum. ſi quid eſt qđ ſentimus admodum laudabile eſt. terſum. ſuaue.
nitidum. Gaudemus te huic doctrine profectum vt laudari ab omnibus tua ſcripta
deant. At qđ đ nob iudiciū facis. Lōge maius ē q̄ nr̄a exigāt mēita. noſcim⁹ noſipos
nec fallimur cū laudamur. Qz ad cardialatū euecti ſum⁹ diuīe miſatōis ē. ñ nr̄e vita

tis. Nec omnia conſilia dei humana poteſt inueſtigare cogitatio. Sepe ad noſtram
ruinam tendūt que nos q̄ſi felicia vel cupimus vel admiramur. Neqȝ dignitas car-
dinalium tantum in ſe boni habet quantuȝ pre ſe ferre videt̄. ⁊ q̄dem nobis qui tante
glorie impares ſumus inſtar eſt potius miſerie q̄ felicitatis. Itaqȝ probe ad nos epi
ſtolam de exilio militis miſiſti vt ſolamen noſtre calamitati afferres aliquod. egemꝰ
eīn̄ conſolatione nō parua. Nam ſicut preſtantiſſimi patres int̄ viles exulant hoīes
itaqȝ et ignari noſtriqȝ ſimiles quaſi a patria fugati ſunt cuȝ cetui admiſcentur pro-
batiſſimorum. Idqȝ nobis accidit in ſacrum collegium accerſitis in quo trementes
viuimus. Faxit deus vt ſi non implemus opiniones hominum. at ſaltem ne confun-
damus eos qui de nobis bona predicāt. Viri preſtantes et euo noſtro ſingulares Ni
colaus arcemboldꝰ et ſcena cortenſis dū nos cōmendant faciūt magis quod ſe decet
q̄ quod meremur. Stephanus cacia nouarien̄ ad quem ſcribebas diē obiit. Nos lo-
co ſuo tuas legimus litteras. Amauit te ille et amat proculdubio in paradiſo viuēs
Non eīn̄ perit anima cum a corpore abit: neqȝ viri boni et ſtephano pares ad in fe-
ros migrant. dū fatis funguntur. ſed recta via celuȝ petunt ei ſeruituri. eoqȝ fruituri
a quo receperunt eſſe. Ex vrbe romana die. xxii. octobris. Anno dn̄i. M.cccc.lvii.

Spondet ꝯmendato proficere. **Epiſtola.ccciiii.**

Eneas cardinalis ſenenſis Nicolao arimboldo. S.p.d. Mille annis ſi ta
cuiſſes nihil ad me aut de me ſcribens. nihil tamen de noſtro erga te amo-
re diminuiſſemus. Neqȝ eīn̄ nos latet quocunqȝ in ſtatu ſimus nos caros
eſſe et amatos in mente tua. Accepimus modo litteras tuas quibus amicū comariū
nobis cōmendas. Erit nobis cure cauſa ſua. et intelliget ſi opus fuerit tuas cōmen-
dationes ſibi fuiſſe vtiles. Hic cardinalatus quē ſine vllis meritis conſecuti ſumus.
nulla in re nobis voluptati eſt. niſi vt aliquando prodeſſe poſſumus amicis noſtris.
inter quos tua probitas precipuuȝ habet locum. Tuum eſt igitur vt opera noſtra cō
fidenter vtaris. Cupimus tibi conſortiqȝ et liberis bene eſſe. Vale optime. ⁊ nos q̄n
do facultas ſeſe exhibet domino duci cōmendatos effice. Ex roma die. xxii. octobris.
Anno. M.cccc.lvii.

Leodriſius Crebellꝰ ad eneam ſiluium Cardi-
nalem ſenen̄ in epiſtolam Iohis criſoſtomi ꝓlogꝰ. **Epiſtola.cccv.**

Ad patrem reuerentia cultuqȝ digniſſimū dominum eneam ſiluium epiſco
pum ſenenſeȝ et ſacroſancte romane eccleſie preſbiteruȝ cardinaleȝ bene-
meritiſſimum Leodriſius crebellus. S.p.d. Exiſtimo digniſſime preſul
ingentem iam eſſe litterarum aceruuȝ. earum que ex omni ytalia germaniaqȝ et ab
optimo quoqȝ viro ſtudio cōgratulandi per hos menſes ad tuā dignitatem ſunt con
ſcripte. Et q̄uis virtutes alias. alia merita. ſpes etiā in futuruȝ vberiores ſingillatiȝ
et facile et vere. ex magna copia vt cuiuſqȝ animus tulit (etſi non iiſdem verbis) āno
tauerit. eandē tn̄ ſeriem eādemqȝ volūtateȝ videre videor omēs imitatos eſſe. Quo
numero cū et ipſe fieri ab amplitudīe tua nō ab ingenio meo vires capiēs. ſtatui in
preſentiarū. nouo ac diuerſo ſcemate felicitatē tibi tuā ⁊ diuīe maieſtatis propitiū nu
men an̄ oculos ponere. Hec eſt epiſtola iohis criſoſtomi. qui cū ex pontificali throno
ſuo pulſus ⁊ exilio dānatꝰ eēt. amiciqȝ exin̄ ſui ſueqȝ ſctitatis et eloquii diui cultores
merore et cruciatibus afficerēt̄. ad ciriacū ep̄um et ip̄m exilio dānatū hāc epl'am lu-
ctꝰ ⁊ miſeriaꝝ pn̄o. dein̄ ꝯſolatiōis plenā ſcripſit. Quā ego dū e greca latinā feciſſeȝ
ſtatui p̄ſtātiſſime dignitati tue: ea potiſſimū cā dare. vt intelligas q̄nto meliore ꝯditi-
one tecū diuina pietas agat. Illū eīn̄ viꝝ ſapiētia et ſctitate p̄ariū. inimicoꝝ fraus
potētiaqȝ peſſundedit: tu oīȝ aduerſantiū inuidiā mirabili ingenio ⁊ vite candore ſu-
paſti. Ille ex p̄ria crudeliter pulſus ē. tu a remotis regionibꝫ q̄uis ibi etiaȝ felicit̄ de-
geres felicꝰ tn̄ in p̄riaȝ es reuocatꝰ. Ille de throno ſuo eiectus ē. tu ad maiorē ſubli-
matꝰ es. Illius ruina ſuos oēs miſerabili calamitate inuoluit. tua vo felicitas tū ce-
teris oībꝫ amicis ⁊ cliētibꝫ tuis. tū mihi maxīe ꝓhēnis leticie materiā p̄buit. Itaqȝ le-

ges hec diui criſoſtomi ſcripta nō ingratis oculis. Sȝ ita tñ vt ſcribēris grauitas in-
terpretis nouitate nō ledat. Tuā vō reuerēdiſſimā p̄rnitatē diutiſſime bñ valere p̄re
cib⁹ p̄cor. cui⁹ grauiſſimi p̄cones. nicolaus archemboldus ⁊ ſcena curten̄ ñ in h̄ cla-
riſſimo ſenatu tm̄ ſ3 in oī ytalia primarij viri eidē ſeſe ſūmo affectu ꝯmēdāt. Medio
lani. xvj. kl̄. ſeptembris.

Johannes criſoſtomi Archiepiſcopi Cōſtantinopolitani in exilio cōſtituti ad Ci
riacum epiſcopum et ipſum exulem Epiſtola e greco in latinum traducta a leodiſio
Crebello.

# Epiſtola. cccvj.

Age rurſus exhauriam merorē tui vultus ⁊ diſſipabo cogitationes q̄ hanc
nubē efficiāt. Quid ei ē ꝙ ꝯtriſtaris ⁊ meres. q2 grauis ē ꝓcella ⁊ acerbuȝ
naufragiū q̄b⁹ eccleſia ꝑturbat. Hec et ego ſcio nec q̄ſq̄ inficiabit. Sȝ ſi
velis haꝝ tibi reꝝ imaginē fingā. mare cū videt ab ymo fundo ventis ꝯuelli. nautas
vō ipos ⁊ clauis et remis manus genub⁹ ꝯplicare. ⁊ ꝓpter tempeſtatem deſpatiōe de-
ficē. nō celū aſpiciētes. ñ pelag⁹. ñ aridā. ſ3 ꝑ trāſtra iacētes lamētari et flere. atq3 hec
qdē in mari ꝓueniūt. Nūc aūt in nr̄o mari peior tuml't⁹ peiores etiā fluct⁹. ſ3 tu roga
dñm nr̄m ihm xp̄m q nō arte ſuꝑat tēpeſtatē. ſ3 ſpūſcto ꝓcellaȝ diſſoluit. Et ſi quis ro
gaueris neq3 exaudit⁹ ſis ne deficias animo. Huiuſmodi em̄ ꝯſuetudineȝ h̄uat beni-
gn⁹ deus. nec em̄ ille tres pueros libare non poterat ne infornacē ignis mitterent. ſed
cū captiui facti eēnt ⁊ ī barbaroꝝ regioneȝ deꝑtati. nudati inſuꝑ p̄rna hereditate. et
ab oīb⁹ derelicti. nihilq3 eis reliquū ſuꝑeſſet. tū ſubito xp̄c verus de⁹ repētio miracu-
lo diſſipauit ignē. Cū ei ſctoꝝ v̄tutes ignis ñ ꝑferret. exilijt foras. ⁊ q̄tq̄t circa fornacē
inueīt chaldeoꝝ abſumpſit. Eccl'ia igr̄ ill' fuit fornax. ipi vō creaturā oēȝ inuocabant
viſibiliaq3 angelos ⁊ poteſtates atq3 ita oia colligētes dicebāt. Bn̄dicite oīa opa do
mini dñm. Uides vt ſctoꝝ patiētia ⁊ ignē ⁊ rorē mutauit. ⁊ tyrānū ꝯuertit. Tris ei ī
vniuerſū orbē dimiſſis. magn⁹ inq̄t de⁹ ſydrach miſac ⁊ abdenago. Quātam inſuꝑ q̄
ꝗ acerbā penā impoſuit ſi qs v̄bū aduerſus eos ꝓtuliſſet. publicet ei⁹ dom⁹ oīſq3 ſub-
ſtātia diripiat. Ne igit̄ deiecto atq3 puſillo aīo eſto. Naȝ et ego cū a ciuitate expelle-
bar nihil hoꝝ nō cogitabā ſ3 mecū ipe dicebā. Si qdem voluerit. imꝑatrix me exilio
dānare. dānet. Dñi ē t̄ra ⁊ plenitudo eius. ſi mediū ſecari voluerit. ſecet. Iſaiā hēo ī
exēplū. Si ī pelag⁹ me ꝓijci iubeat. ionā remiſcor. Si me velit in fornaceȝ mitti. tres
pueros hēo h̄ ꝑpeſſos. Si me vult feris obijcē danielē in fouea leonib⁹ appoſitū recor
dor. Si me lapidare voluerit. lapidabit. ſtephan⁹ mecū ē ꝓthomartir. Si caput au-
ferre. auferat. habeo iohēm baptiſtaȝ. Si facultates arripe. arripiat. nudus exiui de
ventre mr̄is mee ⁊ nudus reuertar. Hortat me apl'us dicēs. Perſonā hoīs deus nō
accipit. ſ3 ſi hoīb⁹ placerē xp̄i h̄u⁹ ñ eēm. Armat me dauid ingens. Loq̄bar in ꝯſpctu
regum et ñ ꝯfundebar. Multa aduerſū me ꝯfinxerūt dicētes. me ī cōmūionē q̄ſdā ac-
cepiſſe poſtq̄ iaȝ comediſſent. Nō ſi qdē a me factū ē. deleat nomē meū de libro apo-
ſtoloꝝ. neq3 ſcribat in libro fidei orthodoxe. Nam ſi hmōi qppiam a me factū ſit ej-
ceret me xp̄c de regno ſuo. Si vō maxie hec dicētes ꝯtendūt. ꝯdēnent et pauluȝ q cena
facta integraȝ domum baptizauit. condemnent et ipſum chriſtum qui poſtq̄ cenaſſet
apoſtolis communionem dedit. dicunt me cum muliere iacuiſſe nudate corpus meuȝ
et inuenietis membrorum meorum mortificationem. Uerum hec omnia liuore im-
pulſi fecerunt. Tu autem valde cōtriſtaris ciriace frater propterea. ꝙ hi quibus au
ctoribus in exiliuȝ pulſi ſumus ſumma fiducia per forum ambulant ſtipati ſatellitū
turba. Uerꝝ et tu rurſus diuitē ⁊ lazaꝝ memoria repete. vtri coruȝ in preſenti ſeculo
afflictiōes vtri gaudia ꝯtingēt. Quid illi nocuit pauꝑtas nūqd velut athleta ⁊ victor
in ſinu abrahe deportat⁹ ē. Quid aūt illi ꝓfuere diuitie in purpura ⁊ biſſo ſuꝑbienti
vbi lictores. vbi ſatellites. vbi in aureis frenis equi. vbi paraſiti et regalis menſa.
Nunquid tanq̄ latro ducebatur ad monumentū nudam animā de mundo efferens
et exclamat inani voce. Pater abraham mitte lazarum vt irriget extremum digiti

et refrigeret mihi linguam. Uroꝛ em̄ vehemēter. Quid patrem vocas abrahaʒ cuius
vitam non es imitatus. Ille domus de cūctis hominibus hoſpitiū prebuit. tu auteʒ
nulli⁹ paupis vnq̄ curā egiſti. Non eſt ꝙ lugeam⁹ aut defleamus. Naʒ q tantaꝝ ēat
diuitiaꝝ domin⁹. aque gutta dignus non fuit. Cum participē micaꝝ nō faceret pau-
perem. guttā aque nō recepit. In hyeme nō ſeminauit miſericordiā venit eſtas et nō
meſſuit. Et hec dn̄i eſt diſpenſatio. q ex aduerſo ſtatuit pditionem impijs et iuſtis re-
tributionē. vt ſeſe reſpiciāt et īuicē ꝯgſcāt. Tūc etenī qlibet martir ꝓpriū tyrānū cog-
ſcet. et tyrānus ꝓpriū martirē quē afflixit. ſed nequaq̄ hec mea verba ſunt. Tu audi
ſapientiā dicenteʒ. Tūc in mlta fiducia ſtabit iuſtus in ꝯſpectu tribulātiū ſe. Quem-
admodū eī viator in eſtu pambulās ſitiq̄ʒ ardēs ſi limpodiſſimū inuenerit fontem. ⁊
multa correptus fame ſi ad menſaʒ oībus repletā cibarijs conſederit. ꝓhibeat aūt a
potentiore aliquo menſaʒ attingere aut cibis veſci torq̄bit vehemēti animi dolore. et
affligetur quoniā iuxta fontem cōſederit aque vſus negetur. Sic in die iudicij vide-
bunt impij exultātes ſanctos: a regalis aūt mēſe fruitione acerbunt et bona tm̄modo
vidētes eoꝝ vſu carebūt. Etenī cū vellet deus vlciſci adam. fecit e regione padiſi ter-
rā. vt p ſingulas horas ad illaʒ reſpiciens optatam regionē vnde exierat animi dolo
re torqueretur. Sic et nos hic inuicem nō cōgredimur. illic enī nullus nos a mutua
cōuerſatione ꝓhibebit. Uidebim⁹ aūt illos qui nos in exiliū dederūt queādmodum
lazarus diuitē et martires tyrānos ſuos. Ne igit̄ deſperaueris ſed recordare ꝓphete
dicentis. ſubſannationē hominū ne timueritis ⁊ eoꝝ cōtemptu ne vincamini. Sicut
eī lana a tinea ſic corrodentur ⁊ tanq̄ veſtis inueteraſcēt. Animaduerte aūt ⁊ ipm̄ do
minū queādmodū ſtatim ab incunabulis pſecutionē patit̄: ⁊ in barbarā terrā eijcitur
is q mundū cōtinet. exemplū nobis factus ne moleſte aduerſa feram⁹. Memoria re-
pete ſaluatoris paſſionē quāta obpꝛobria ꝓpt̄ nos ſuſtinuit. Quidā enī eū ſamarita-
nū vocabāt. quidaʒ vo demoniacū ⁊ guloſum ⁊ pſeudo ꝓphetā. Dicūt enī. Ecce homo
edax et vini potator ⁊ qui in principe demonioꝝ demonia eijcit. Quid aūt cuʒ eū ad
patibulū ducerent. Quid etiā cum aceto ⁊ felle potarēt eū. Quid cū caput eius arun
dine pcuterent. Quid inſup cū clamidem induerēt ⁊ ſpinis eū coronarēt ⁊ ꝓcidentes
eum illuderēt: oēmq̄ʒ in illū cōtumelie ſpeciem exercētes. Cumq̄ʒ circūducerent illuʒ
ſanguinarij illi canes. tūc cū nudus ad paſſionis locū cōducerēt. Cumq̄ʒ illuʒ omnes
deſeruiſſent diſcipuli. et vnus quidē ipm̄ negauit. alius vo eum prodidit; ceteri fuga
ſeſe occultarēt: ⁊ ſolus ſtetit in medio turbe illius. dies enī feſtus tūc omēs congrega
uerat. tanq̄ maleficū in medio ſceleratoꝝ eum crucifixerūt: Cūq̄ʒ inſepultus pende-
ret. non ante euʒ a cruce depoſuerunt q̄ ipm̄ quidaʒ expetijt. quoniā ſepultura cuʒ ce
teris dignus nō videbatur. cum tamē nullā in eū culpā adinueniſſent. Et dixerūt ꝙ n̄
reſurrexit ſed furati ſunt eum diſcipuli eius. Recordare rurſus ⁊ apoſtolos quemad
modum oībus ex locis pſecutiones patiebātur abſcondebanturq̄ʒ per ciuitates cum
non poſſent in publicū prodire queādmodū petrus apud ſimonem coriarium latuit.
et paulus apud venditricem purpure mulierem. Nec enī diuitibus fidebant. Poſt-
modū aūt omnia plana facta ſunt eis. Tu quoq̄ʒ non triſteris. Audiui enī et ego de
illo delirante nectario. quem cōſtituit imperatrix in throno ꝙ fratres et virgines af-
flixit. qui coīcare ſecum noluerint. multi etiam eorum propter me in carcere mortui
ſunt. Etenī ſub ſpecie ouis lupus ille figuram oſtendit epiſcopi. Mechus autem ex-
ſtit. Sicut enī mulier adultera eſt que viuente marito alteri iungitur. ſic et ipe adult̄
eſt non carnis ſed ſpiritus. viuente me eccleſie mee thronuʒ inuaſit. Hec enī tibi ſcri
pſi a ſyracuſo cecilie vbi nos regina mandauit exulare. Multe vo tribulationes in
via nobis acciderūt. at nos nullius curam fecimus. Cum autem veniſſemus in regio
nem capadocum ⁊ in thauro ceciliam. coree inq̄ nobis obuie fuerunt patrum ſancto
rum virorum. nec ſolum hi ſed et multitudines monachorum et virginum immorta-
les lacrimarum fontes effudentium. Flebant cum viderent nos exilium abeuntes di
cebantq̄ʒ ſecum vtilius ſolis radios obſcurari q̄ a Johannis ore ſilentium agi. Hec
me perturbauerunt et afflixerunt. cum viderem omnes flentes circa me qui cetera

omnia paruifeceram. Ualde aũt benigne nos ſuſcepit epiſcopus ciuitatis hui⁹ mltãq3 in nos caritatem oñdit vt etiã ſi poſſibile eẽt thronũ ſuũ nobis cõceſſiſſet niſi nos lege teneremur. Obſecro et tua genua tangẽdo obteſtor abijce h⁹ meſticie luctũ, ꝓ nobis memoriã habẽs ad deũ. Ut ⁊ nobis ſcribas obſecramus.

## Epiſtola .cccvij.

Preconizat ſcripture ornatum.

Eneas cardialis ſeneñ. Pogio florẽtino. S.p.d. Rure datas pogi amãtiſſime lr̃as tuas accepim⁹ q̃ nobis et iocũditati ⁊ voluptati fuerũt. Neq3 eñ eſt alius quiſq̃ hoĩm cuius ſcripta libẽtius q̃ tua legamus. Eſt eñ in eis ⁊ dicendi ornatus ⁊ ſine q̃ ſacrificiũ veteres fieri noluerũt debiti ſalis ꝯdimẽtũ. Gaudem⁹ te bñ valere. Et int̃ ruſticãdũ philoſophari. Utinã ⁊ nos par vita teneret. Sũt q̃ egreferũt inter ruſticos vitã agere ex q̃bus nihil queãt diſcere. Nobis aũt moleſtuz eſt int̃ eos verſari quos nihil docere poſſumus. Tedet ſemꝑ diſcere ⁊ magiſtri voces oĩb9 horis auribus inculcari noſtris. Et ſi alterꝝ eligenduz ẽ: auditores libentius q̃ doctores feremus. Naz ſi pueris moleſtũ ẽ ſemꝑ audire. quid ſenes agãt? Poeta inſignis in opis ſui initio. Semꝑ ego inq̃t auditor tñ nũq̃ ne reponam vexatus totiens rauci theſeide codri. Multi ſunt hodie ⁊ codri et traſones q̃s audire inuite cogimur et nihil diſcentes diſcẽ. Nos igit̃ te felicẽ dicim⁹ q̃ apũd eos euũ traducis q̃ te plane ſapientem fatent̃ et audiũt ꝑcupide. Quis alio in loco fueris idẽ tibi accidat neceſſe ẽ. cui⁹ etiã apud pr̃es noſtros nomẽ laudatiſſimũ fuit. Ad oblatõnes tuas nihil mõ reſpondem⁹. Cũ priorib9 lr̃is ⁊ q̃ te loco habeam⁹ ⁊ quales erga te ſumus abunde a nobis ſcriptũ fuerit. Credim⁹ te arbitrari nos et tibi ⁊ tuis eſſe deditiſſimos. q̃ ſi eo es animo nihil falleris. Nos oĩa de te nobis ꝑſuademus. Uale ex vrbe. xv. kl'. decẽbris. Anno dñi. M.cccc.lvij.

## Epiſtola.cccviij.

Refert nouitates ytalie.

Eneas car. ſeneñ. Johi cardiali ſcti ãgeli. S.p.d. Ex buda iterꝝ lr̃as tuas accepi pr̃ colẽdiſſime. Ex q̃b9 didici ñ cõperto cõuentu auſtrales reges dignationẽ tuã cũ iaurinũ veniſſet retroceſſiſſe. Nõ eſt mihi dubiũ q̃dcũq3 facis optio ꝯſilio fieri. Turbines illarꝝ ꝑtiũ nõdũ eſſe ſedatos. et publica ⁊ priuata cauſa moleſte fero. Sed nouit deus (ſine cuius nutu nihil agit̃) q̃d rei xp̃iane expediat q̃d redeas in germaniã pragãq3 petes et ꝓbo et laudo. Qd times in re bohemica. credito nihil ego temptabo. ſileo et ſilebo q̃diu volueris non tñ adulabor. Non ſuz in opinione tua vt ſcãdalizari teuthones illa in re putẽ. Sz q̃uis mihi nõ ꝑſuadeas. Non tamẽ pl⁹ mihi q̃ tibi credo. Cedo et captiuo ingeniũ meum. et vbi nõ ẽ ratio auctoritati cõſentio. Illud tñ vaticinor. Nunq̃ vl' tua dignatio vel mea paruitas bohemiaz ex integro apoſtolice ſedi vnitã videbit. Atq3 ego vtinã fallar ſim vates et inueniar in hac prophetia ignauus. De reb9 noſtris nihil ẽ q̃d ſcribã memoratu dignũ. Urſini cũ comite euerſo ſicut heri ⁊ nudiuſterci⁹ bello ſeſe agitãt. Cõcordia ſepe queſita nunq̃ inuẽta ẽ. Cardinalis ei⁹ familie abeſt neq3 ſe tutũ rome arbitrat̃. Apoſtolica pietas eo eſt vultu q̃ fuit dũ abijſti. Prefect⁹ vrbis e g̃uiſſima febre cõualuit. Piccinin⁹ e regno neopolitano cũ copijs ſuis in agꝝ picenũ, ꝑfect⁹ ſigiſmundo malateſte bellũ intulit. caſtellaq3 nõnulla ei ademit. Genuẽſes a regis claſſe admodũ opprimũtur. Legatus marchie indies expectat̃ cancellariam intraturus. Que ſcribam nõ habeo plura. Cõmendo me reuerendiſſime dignatõni tue. rogãs vt ſi regẽ hungarie adeas. Apud eũ cauſaz eccleſie mee variniẽñ adiuues. Nã is cũ rege poloĩe plĩmũ pt.

Refert grates de reſcriptis materiã ſcribẽdi q̃rẽs. **Epiſto.cccix.**

Pogius florentinus. Enee cardinali ſeneñ. S.p.d. Cũ quererem aliquod epiſtole argumentum pater et dñe mi reuerẽdiſſime nihil ſane occurrebãt q̃d aut mea ſcribẽ aut tua ſcire maxie int̃eſſet. Et tñ cũ ſcribẽ cupiã r̃curraĩ ad illũd q̃d teipſũ credere arbitror. me penitus tuũ eſſe tibiq3 ſatiſfaciendi cupidum.

ſi qua in re mea tibi cura ſtudio ope diligentia opꝰ eſſet. q̄uis hec mea pollicitatio in anis eſſe videtur cū rure habitē vbi nec mihi quidē videor ſatiſfacere poſſe. nedū alijs meaꝫ operā polliceri. Receſſi iā dudum cū familia ab vrbe. declinandi morbi gratia. Ubi ſuffultus libris inter hos ruſticos aliquid mihi ſapere videor. legens tñ ſepiꝰ mitigo ſolitudinē q̄ hoc tp̄e videt̄ eſſe ſalubris. ſed legendo aſſequor vt minime videar eē ſolus ſed inp̄ſtantiſſimoꝝ viroꝝ cetu quoꝝ vocibus melior fio. ⁊ ab inani appetitu re motior. Uerum qꝺ in primis ſcribi oportuit. poſtremuꝫ erit. Ego tibi gratias q̄ntas poſſum maximas ꝓ litteris quibus mee epiſtole tāelegāter tāhūaniter tamamice re ſpondiſti atqꝫ adeo ſuauiter ⁊ beniuole vt ne filio q̄dē parēs aliq̄s tāta caritate ac be niuolentia ſcribere potuiſſet. Hec ſcripſi paucis tecū loq̄ndi materiaꝫ querēs. Ne forte mea taciturnitate antique erga me beniuolētie obliuiſcaris. Uale diu et felix ⁊ me vt ſoles ama. Die tercia. Nouembris rure.

Conquerīt de odio cancellarij imperialis. et petit ꝓmotiōes ꝑ cācellariū auſtrie ꝯmitti.

### Epiſtola.cccx.

ENeas cardinalis ſeneñ. Friderico impatori. S.p.d. Accepi lr̄as a bartholomeo canoīco varinieñ ꝓcuratore meo. q ſcribit mihi ſe circa negotiū meum benigniſſimū et humaniſſimū habuiſſe reſponſuꝫ. Nā vt retulit ſibi heiricus riedrer: tua maieſtas litteras requiſitas ad sereniſſimū regeꝫ polonie mei cauſa ſcribi iuſſit. Fecit tua clemētia vt conſueuit erga me ſeruulū ſuuꝫ cuius auxilio atqꝫ fauore ad cardinalatū eleuatꝰ ſum. Sed ſeruauit etiā ſuā in me ꝯſuetudinem cācellarius vlricus qui rogatus et interpellatus multis vicibus quas iuſſus erat lr̄as expedire contempſit. Expectauit ꝓcurator meus ſex diebus et tādeꝫ ſine litteris tue maieſtatis receſſit. Ob quā rem negocium meum magnū patiet̄ detrimētū cum videbor tuo fauore priuatus. Neſcio cur me ille adeo ꝑſequat̄. Nam ſi ego illam eccleſiā non obtinuero non tñ aliquis amicus ſuus eam adipiſcetur. Supplico igitur vt tua clemētia ꝑ aliā cācellariā lr̄as req̄ſitas expediri iubeat. Et deinceps ſi quid occurrat mea cauſa ſcribendū. in cācellaria auſtrie digneẗ manſuetudo tua id ꝯmittere expediendū. Nam ego vlrici gratiaꝫ inuenire nō poſſum neſcio ſua an mea culpa. Ego his diebꝫ ſuuꝫ ꝯſanguineū apꝺ pōtificē maximū adiuui ⁊ cū illi deeſſet pecunia in domo mea alui donec expediretur. Deus ſibi meliorē menteꝫ p̄beat. Noua iſtaꝝ ptiuꝫ hec ſunt. Urſini et comes euerſꝰ adhuc bello ſe vexant. Comes iacobꝫ piccininꝰ ſigiſmūdū malateſtā armis laceſſit. Rex aragonū genuenſes claſſē p̄mit. ⁊ in riparia genue plura oppida vi et tractatu cepit. Papa ſoſpes eſt et in rem contra thurcū feruentior indies aſſurgit. Ex oriēte certū eſt nunciū allatū thurcos apꝺ mitelenā bello victos fugatoſqꝫ eē. Alia nō occurrūt. Facio me cōmendatū ſublimitati tue ad eius ſemper mandata paratū. Ex vrbe. xxij. decembris. Anno. cccc. lvij.

Excuſatoria ꝙ p̄poſituram nō impetrauerit

### Epiſtola.cccxj.

ENeas cardinalis ſenenſis Iohi nihili. S.p.d Accepimꝰ lr̄as tuas quibꝫ rogas p̄poſiturā brumeñ tibi impetremus. Uoluiſſemus nō ꝑuentā amicitiā tuam. Feciſſemus ꝓ te qꝺ noſtre vires potuiſſent. Nā te ſincere amamus ⁊ fr̄is habemus loco. Sed iā circiter menſes tres elapſi ſunt. ꝙ dn̄s viceſlaꝰ bohemus. cum hic eſſet orator dn̄oꝝ de roſis. eam in noſtra preſentia a dn̄o nr̄o petiuit et papa nobis cōmiſit vt adueniente tp̄e ſibi ad mētem deduceremꝰ. Itaqꝫ nō poteāmus fidē ñ ſeruare. Heri ea p̄poſitura viceſlao collata ē q̄uis maieſtas regia reſeruari illā poſtulato cuperet. Rogamꝰ igitur vt equo animo feras qꝺ factuꝫ eſt. Nos deinceps curabimus pro viribus tue voluntati morem gerere. ſi quid occurrat in q̄ poſſimus tibi adiumento eſſe. Nam certe anxij ſumus pro tua virtute tibi non eſſe prouiſum. Si obtineremus varinieñ eccleſiam ibi aliquid pingue tibi ꝯcederemus. Sꝫ res longa eſt atqꝫ perplexa. Agimus tibi gratias ꝙ nouitates illarum partiuꝫ nobis ſepe numēo ſcrib. Idqꝫ vt ſedulo facias rogamus. Datum rome. xxij. die nouembris Anno. Milleſimo. cccc. lvij.

Arguit̃ de negligentia.

## Epiſtola.cccxij.

ENeas cardinalis ſenen̄ Johãni bindeꝛbachio S.p.d. Accepim⁹ ex litteĩs Bartholomei canonici varinien̄ ꝓcuratoris noſtri lr̄as in cauſa noſtra petitas q̄uis a ceſarea maieſtate ꝯceſſas. nõ tñ obtentas fuiſſe: qm̄ cancellari⁹ eas expedire ſuo modo neglexiſſet. Ob quã cauſaʒ bartholomeus q̄uis ſex diebus expectaſſet ſine illis receſſit. Et licet aꝛtongus illas ad nouã ciuitatem deferꝛe debuiſſet nihil tñ factũ eſt. Non miramur de cancellario. Ille em̄ erga nos ſeruat ſuaʒ cõſuetudinẽ. Sed miramur te paſſuʒ eſſe res noſtras in man⁹ illius perueniſſe q noſti et nos ⁊ illum. Poteras inſup cum eius ꝓcraſtinatõe videbas ceſarem accedere et rei noſtꝛe alio modo cõſulere. Nos hic nullam habemus curam aliam q̄ ceſari et ſuis moꝛem gerere. et ſcimus nos id obnoxios facẽ nec ceſſabimus vita comite. Equũ tñ putamus aliter nos in curia ceſarea tractari. Et cũ nõ dubitemus pꝛĩcipis gratiam nos habere: nõ poſſumus nõ vehement̃ admiꝛari rem ita noſtꝛam eſſe neglectam. Ceteꝝ cũ pꝛeterita reprehendi facilius q̄ coꝛrigi queant. Rogamus deinceps nõ patiaris. qđ nos tangit ad imperialem deferꝛi cãcellariam et cũ nos hic veſtri ſim⁹ vos illic nõ ſitis nobis alieni. Si videt̃ aliqua via q̄ adhuc lr̄e mitti ad regeʒ polonie poſſint. facito q̄ amico credis eſſe vtile ⁊ purga moraʒ. Vale ex roma die.xxij.octobris. Anno.M.cccc.lvij.

Hoꝛtatur in rebus ſuis nõ ita negligẽt̃ agẽ.

## Epiſto.cccxiij.

ENeas cardinalis ſenen̄ Vlrico ridrer. S.p.d. Littere ceſaree ad regeʒ polonie noſtri cauſa ſcribende vt ex bartholomeo ſum⁹ edocti q̄uis a ceſare cõceſſe benigne. obtineri nõ potuer̃t. Neſcimus an vel vlrici culpa rẽnuit expeditionem an tua q hoĩ nobis paꝝ amico expeditionẽ ꝯmiſiſti. Nos ceꝛte nõ ſine grandi dãno fruſtrati ſumus. Si quid a nobis ẽ ꝓpter qđ ita debeam⁹ in cuꝛia veſtꝛa tractari rogamus nos certiores efficias. Etſi peccatũ nr̄m eſt id emẽdabimus. Nos certe q a ceſare veniũt ſũma eos diligẽtia ꝓſeqmur. ac nõ ſolũ verbis ſed etiaʒ pecunijs adiuuamus. velit deinceps tua amicitia negocia q̄ nos ꝯcernũt ad aliaʒ deferre cãcellaꝛiã vbi amicos habemus. Et litteras noſtras ceſareo culmini legito. Datum rome.xxij.nouembꝛis.M.cccc.lvij.

Cõq̄rit̃ ꝓmotiões ſuas a cãcellaꝛio neglectas.

## Epiſto.cccxiiij.

ENeas cardĩalis ſenen̄ Vlrico ep̄o gurgen̄. S.p.d. Gaudemus de reditu tuo et q̄ maluiſti magnã pecuniã q̄ coꝛp⁹ negligere. Si potuiſſem⁹ tibi eẽ adiumento id quidẽ cupide egiſſemus: neqʒ neglerimus qđ in nobis fuit q̄uis ꝓfuit nihil. Ita nũc res ſe habẽt. neqʒ hũana neqʒ diuĩa iuꝛa põdus habẽt. Sʒ putamus adhuc illũ daturũ penas q tãtũ admiſit ſcelus. Nũc qđ ſcribam⁹ nõ eſt aliud niſi qđ tecũ cõquerimur nõ potuiſſe nos in curia ceſarea litteras obtinuiſſe ad regem polonie cõmendatiuas. Qđ quideʒ nõ de ceſare dicimus nã ſua manſuetudo benigne ãnuit lr̄as ſcribi debere. Sʒ cãcellaria impedimẽto fuit. Cui⁹ rector ꝓcraſtinãdo negauit expeditionẽ ⁊ ꝓcurator nr̄ deluſus abijt nõ ſine dãno magno nr̄o. q lr̄as ceſareas nobis admodũ ꝓfut̃as arbitramur. Rogamus te vt ceſaꝛeo culmini exponẽ velĩ. Etſi qs ẽ ꝓuidẽdi mod⁹ rei mee cõſulito. Ex roma die.xxij.nouembꝛis.

Etſi ſe tanta laude indiguũ m ſciat maiuult laude q̄ vitupeꝛio tranſgredi.

## Epiſtola.cccxv.

ENeas cardĩal̃ ſenen̄. Frãciſco philepho. S.p.d. Lr̄as tuas frãciſce amãtiſſime et q̄dẽ ſuauiſſimas accepim⁹ mediolani ad.viij.kl̃.nouembris ſcriptas. Cũqʒ his dulce carmen ſale cõditũ optimo. Pꝛioꝛes quoqʒ nob̄ reddite fuerãt ⁊ v̄ſus impes ex officia tua ꝓiocũdi terſiqʒ. qb; iãpridẽ reſpondim⁹. Nũc pauca ad noua ſcripta dicem⁹. Johẽs papa teꝛci⁹ ⁊ viceſim⁹ cũ pl⁹ eq̄ laudaretur. ſcio inq̄t me ludi. ſ; falſa q̄ʒ laus me delectat. Idẽ ⁊ nos dixerimus. ñ ſunt nr̄e q̄s nob̄ attribuis laudes. Scim⁹ q̄ pede claudicam⁹. quẽ dolem⁹ dentẽ. Laudaꝛi tñ falſo q̄ veꝛo

vitupari malimus. Tibi gr̃as habemus q nos immortales facis. Librum tuum iaȝ dudũ i cathaloniã abyſſe putamus. Nihil ẽ qđ ꝺ illo ſperes. Uacua bibliotheca eſt. ꝑter ꝺboſas leges nihil hȝ. zenophōtẽ filiũ tuũ optimũ adoleſcẽteȝ et tuis imbutũ di‑ſciplinis in familiã noſtrã recepiſſemus ⁊ ſui ⁊ tui cã libẽter ſi facultates nr̃e tuliſſent Sed ñ ſunt opes nr̃e q lõgũ ferãt famuloꝝ ordinẽ et curiã ſplẽdidã. Uiuim⁹ tenui mẽſa et int̃ vltimos br̃i cardiales ſatis eẽ putam⁹. Uale et nos ꝑge amare. qñquidem id reciprocũ ſit. Ex vrbe romana. vij. kl̃. decembris. Anno dñi. M. cccc. lvij.

Cõqrit̃ ꝓmotoriales lr̃as p cãcellariũ neglectas. **Epiſt. cccxvj.**

ENeas cardialis ſeneñ. Heinrico ſenftlebẽ. S. p. d. Negligẽter factũ eſt ꝙ lr̃e impiales nõ ſunt hite. Ita illi amici ſunt nos aliter cũ eis agim⁹. Curandũ eſt ne deſint. Fortaſſe ita placet deo. regi tñ ſum⁹ obnoxij. Scimus impatorẽ ñ eſſe in culpa cui⁹ benignitatẽ expti ſumus. vlrici ea malignitas ẽ. Cura ex‑pediende rei tua ẽ. Q̃dcũq; mãdatũ ꝓcuratorib̄ nr̃is dederis. id volum⁹ ratũ eẽ. Cre‑dimus tñ neceſſe erit paulũ eo ꝓficiſci. alioqn paꝝ ſpamus cũ te huc redituꝝ audia‑mus. Alia q̃ mõ ſcribamus ñ occurrũt. ytalia ita ſe habet ſicut heri et nudiuſterci⁹. Nepos pape adhuc egrotat ⁊ putat̃ euaſurus. Legat⁹ ex marchia ꝓpe diẽ rediturus expectat̃. Uale optime. Ex vrbe romana die. xxij. nouembris.

Prepoſiturã amico impetrauit. **Epiſtola. cccxvij.**

ENeas car. ſeneñ. wenceſlao boheio. S. p. d. Seruauim⁹ qđ ꝓmiſim⁹ ⁊ ãnu‑ente deo ſatiſfecimus tue volũtati. Prepoſiturã brumeñ ꝯſecut⁹ es et mu‑nere apl̃ico ⁊ nr̃a potiſſimũ ſolicitudĩe q iuuãte reuerẽdiſſimo dño rotho‑magenſi cardialẽ papieñ alteri cõſulentẽ vicim⁹. Tuũ nũc eſt vt poſſeſſionẽ aſſeq ſtu‑deas ⁊ ꝓ nobis in eccia varinieñ tuas opas impſtiaris in q̃ re noue indies difficulta‑tes emergũt. Faciũt dñi de roſis rẽ nobis gratiſſimã ſi hac de cauſa ad regeȝ polonie te miſerit. Uale. Ex vrbe romana octauo kl̃. decembris.

Excuſat q̃re nõ ſcripſerat. **Epiſtola. cccxviij.**

ENeas cardinalis ſeneñ. Latino cardinali de vrſinis. S. p. d. Quis non ſcripſi hacten⁹ pr̃nitati tue. nõ tñ min⁹ illi et dedit⁹ et affectus fui. Sed cãȝ mee taciturnitatis tua ſingularis prudẽtia p ſeſe optime nouit. Non ſunt ea tempa q̃ miſſitatiões litteraꝝ expoſcãt. Nec vidi meis lr̃is aliqđ afferri poſſe pre‑ſidiũ reb̄ tuis qđ ſi vidiſſẽ etiã cũ piculo ſcripſiſſẽ. Ita em̃ dignatio tua de me merita eſt. Nũc ꝺo taceo ⁊ ſimul ſuperos oro vt finẽ aliqñ tuis tempeſtatib̄ tribuant. et red‑dant nobis pſonã tuam: q̃ nõ ſine incõmodo ſacrum collegiũ caret. Nouitates nl̃las habeo ſcribendas q̃s nõ putẽ dignationi tue notas. niſi forte germanicas. ħ impliciti bello ꝓprio homines nõ ſolent externa curare. Hec ſcripſi ne ꝑpetuũ ſilentiũ meũ ac‑cuſares q̃uis ſcio tuã circũſpectionẽ ita me ſuũ ſeruitorẽ amare. vt nihil in ſiniſtraȝ ptem recipiat. Cõmẽdo me iteꝝ atq; iteꝝ paternitati tue ad eius mãdata patiſſimũ Ex vrbe die. xxvj. menſis nouembris. Anno. Milleſimo. cccc. lvij.

Cõſulat̃ ꝯq̃rẽtib̄ g̃uamia vrbis ꝯ alamãnos. **Epiſtola. cccxix.**

ENeas cardial̃ ſeneñ. Theodorico Archiepõ coloieñ. S. p. d. Ex lr̃is q̃s mihi q̃ſq; ſctiſſimo dño nr̃o ſcripſiſti ſerenitatẽ tuã erga ſctaȝ romanã pri‑mãq; ſedẽ plane cognoui. neq; ambigo vbi tua dignatio ſit. ibi nihil con‑cludi poſſe ñ iuſtũ ſctmq;. Ago gr̃as benignitati tue q̃ palã mihi dignata ẽ apire qđ ſentit. Ueꝝ qꝛ certificat⁹ ẽ dñs noſter in ꝯuẽtiõib̄ q̃ in germania fiũt aliq̃ tractari q̃ hãc ſedẽ ꝯcernũt. Oro ne tua circũſpectio his aures adhibeat q nouitates efficẽ cupi‑unt vt vel ſic emergant. Namq; ſi romane ſedis autoritas deprimeret̃. credito qꝛ nec tua nec aliorum epiſcoporum ſalua manebit. Audito tñ que ꝯſulis vt h q̃ȝ ea refor‑mentur que odium tue nationis pariũt. et ego ſi mea vox audietur ad id opam dabo

Nam et hic aliqua cōmittūtur que non laudo omnia. Ueruȝ illud ſalubre puto vt ſuper grauaminibus q̄ veſtri allegāt ad romanuȝ pōtificem recurſus habeatur. qui nō negabit aſſenſuȝ iuſta petētibus. Mihi ea cura ē vt ea ſemper agaȝ que natiōi tue de qua quodāmodo vnū me puto ⁊ honori et vtilitati ſint. In rebus aūt que tue proprie ſunt ita me habeo et habebo quoad vixerī tanꝗ̄ mee ſint. Scio eñ quātuȝ dignatiōi tue debeo cꝰ hūanitas multis me affecit bñficijs. Ceterū quia prepoſitura ſantēſis q̄ nūc mihi cōmēdata eſt. in dyoceſ. ac dominijs tuis ſita ē. placeat patentibus litteris mandare vt officialibus meis quatinus cōſuetum ē abſq; cōtrouerſia pareant. ita vt gaudeat ea dignitas ſe mihi cōmiſſaȝ eſſe. Et cardinalem ſenēſeȝ apud preſulem. colonieñ intelligat non eſſe in vltimo loco. Nec alia modo Cōmendo me tibi ex romana vrbe quarto nonas decēbris. Anno. M.cccc.lvij.

Petit ſe ceſari cōmendatū fieri. ob neglectas litteras ꝓmotoriales.

## Epiſtola.cccxx.

ENeas cardinalis ſenenſis. Ulrico epō gurgeñ. S.p.d. Suſceptis litterīs tuis vocauimus ad nos eueſtigio ꝓcuratorē he rfordēſiuȝ cū quo plura locuti ſumus. Illud ab eo tādē obtinuimus vt in cā illa teſtamētaria nō ꝓcedatur nobis inſcijs. Et putamus eū geturū iuxta deſideriū tuū donec adueniat noſter ſenftlebē. Eſt eñ hic ꝓcurator vir bonꝰ et infortunio tuo cōpatitͬ. Soluȝ timet ne principales ſui eū tergiuerſari ſuſpicētur. Nec alia modo rogamus vt noſ maieſtati ceſaree cōmēdes et nos in gratia eius retineas q; ipē ē cui p̄ ceteris qui viuūt obligati ſumus. Diſplicet nobis nō habuiſſe nos illaȝ fortunā vt ꝓ nobis ceſarea maieſtas regi polonie ſcripſerit in cā varinieñ eccīe. Fecit hec vetus vlrici conſuetudo qui gratiam ceſaris nobis impediuit. Id nobis ē nō dāno ſolū ſed etiā infamie. Naȝ qui nos annis. xv. ſeruiſſe ceſari ſciūt noſtrā ꝑuifaciūt exiſtimatiōeȝ. cū lr̄as ꝯmēditicias ex curia eius obtinere nequerimꝰ. Deiñ rogamus aliter agatͬ nobiſcuȝ q dies nocteſq; ceſari ſeruire ⁊ ſuis curialibꝫ morē gerere ſtudemꝰ. Uale optime. Ex vrbe romana die ſexto decembris. Anno. M.cccc.lvij.

Denegatam diſpenſationem vt in ſacris conſtitutus nubat ſignificat

## Epiſtola.cccxxi.

ENeas cardinalis ſenenſis Johanni frunt. S.p.d. Affecerunt nos littere tue non paruo gaudio vir preſtās et amice ſingularis. qñ nude ſcribis ⁊ interna animi tui pandis. Credimꝰ te vti nō īſulſo ꝯſilio ſi cū nequeas ꝯtinere ꝯiugiuȝ q̄ris q̄uis id prius cogitādū fuerat anteꝗ̄ initiareris ſacris ordinibꝫ. Sȝ nō ſumꝰ dij oēs q futa ꝓſpicere valeamus. Qñ huc vētū ē vt legi carnis reſiſtē neq̄as meliꝰ ē nubē ꝗ̄ vri. nō tñ hec pōtificis ſnīa vt diſpēſandū cēſeat. ſtat in ſua ſerenitate. nec putat vni ꝯcedēdū qđ mltos in noxiū vertat malū. ⁊ vnū pati ꝓ multis ñ incōueniēs arbitratͬ. Expectādꝰ ē ꝗ vt tute agas alteriꝰ aplatꝰ q mitior ſit. Neſcimus tñ an vita tādiu comes erit. Nā ſepiꝰ agni ꝑmoriūtͬ ouibꝫ. Tu quā de nob geris opinionē vt deponas rogamus. neq; eñ nos hi ſumus q̄s arbitraris. Utinā ita viuamꝰ ne cardinalatū indigne videamur adepti. Cupimꝰ nos ſepe reuerēdiſſimo pr̄i dño nr̄o coloníenſi facias cōmēdatos cꝰ vitā diutͬnā cupimꝰ ⁊ ſue dignatiōi rē grataȝ facē optamus. Prepoſito ſcti florini ⁊ tilmāno vt nos offeras petimꝰ q̄s intͬ amicos obſeruamꝰ Nec ſecꝰ de Johe polart dicimꝰ. Sumꝰ eñ oibꝫ obligati. Uale ⁊ ꝓcuratores nr̄os vt aliqđ ꝯſeq̄mur adiuua. Datū rome die. vij. decembris. Anno. M.cccc.lvij.

Cōmittit diligentiaȝ ꝑfectus ſui et indulgentias impetrauit.

## Epiſtola.cccxxij.

ENeas car. ſeneñ Johi tolner. S.p.d. Que ſcribis oīa cuȝ voluptate legimus aduertētes q̄ nos aī ſincēitate ⁊ amore ꝓſeq̄ris. Tua nobis ⁊ fides ⁊ ꝓuidētia magno emolimēto ē. Circa rē ꝓpoſitē expectamꝰ decanū ꝓcuratore. Sȝ ille fortaſſe iō tardior ē q; ſpat nouis q̄ cudūtͬ legibꝫ ſeſe magnū fieri. Utiaȝ magnꝰ ſit cū reipublice vtilitate xp̄iane. Intelligimꝰ ecciaȝ quā nobis ꝓ ꝓpoſita dimittē intēdit domū hr̄e ruinoſaȝ quā palatinꝰ comes eccīe ſumptibꝫ reparari vult. Mō

ſi forte redditus plurium annorum in eam conferantur id nobis eſſet oneroſum. Rogamus igitur attente iſta penſes ⁊ cũcta nob̃ reſcribas. Pro eccłia collegiata impetrauimꝰ ſeptẽ ãnoꝝ indulgẽtias plures obtinere nequiuimꝰ et illas ad.x.annos duraturas. Si volũt expedire poterũt hi quibꝫ ea cura cõmiſſa ẽ. Nos q̃ poſſumꝰ cũ honeſtate ꝓ eccleſia variniẽ efficere volũtarij ſumꝰ. Cõmenda nos ep̃o ⁊ decano ac iohãni de pakenſtein amicis optimis. Et vale in dño ſemp. Ex roma die.vij.ſeptẽbris. M.cccc.lvij.

## Epiſtola.cccxxiij.

Notificat animũ de ſe ſentientiũ.

Eneas cardinalis ſenenſis. Iohãni cardinali ſancti angeli. S.p.d. Accepi ex laurino lr̃as tuas. Scripſiſti nos hic omnia bñ agere. Putaui id yronice dictũ eẽ.nũc yroniã oẽm abfuiſſe cõtendis. Cedo vincentiqꝫ do manuꝫ. De re altera bohemica nõ ẽ ꝙ modo diſputemꝰ.libris nõ lr̃is eẽt agenda et tãdeꝫ ſua cuiqꝫ ſentẽtia remaneret. Vellẽ dignatio tua in germania potiuſq̃ in hũgaria degereꝫ Idqꝫ putarẽ vtiliꝰ. Res ꝑniciose agitãtur.qui ꝯtra nos ſunt gallicanaꝫ appetũt ſanctionẽ q nobiſcum ſentiũt papatũ ex apoſtolica ſede requirunt. Tua prudẽtia mł̃tum vtilis eſt.ad obuiandũ priuſq̃ vulnꝰ infligat̃. Sũt quidã de hic ſtãtibus q ſe oĩa vno verbo modificaturos aiũt ſi cũ impio ad ptes illas emitterẽtur. Sꝫ ita ẽ hũana cõditio omnis pluris apd̃ noſip̃os q̃ apud alios ſumus. Cũ verba finut de tua ꝓuiſione apud põtificẽ maximũ abũde ſe ſua ſanctitas tue dignationi neceſſaria miſtrare affirmat. De bñficijs hiſpaĩcis ſcis nõ dubito meã vocẽ eẽ tenuiſſimã q nec ſenẽſia impet̃re valeo. Noua ſũt apd̃ nos ſicut heri ⁊ nudiꝰterciꝰ Rex aragonũ claſſe ingẽti liguribus miat̃ ⁊ tuſcos t̃ritat. Iacobꝫ piccininꝰ obſidionẽ tenere fert̃ ꝯ ꝑgulã ſigiſmundi oppidum. Sed metꝰẽ maximꝰ ne ſigiſmũdꝰ ⁊ ip̃e ſimul ꝯueniẽtes iuſſu regis ꝯ ſenam ꝓficiſcant̃ diuiſiõibꝫ laborãtem. Nã finito octobri nõ ẽ iacobꝫ ãpliꝰ ſenenſibꝫ obligatus. Nec alia mõ. Cõmendo me reuendiſſime pr̃nitati tue ad eiꝰ mãdata patum. Ex roma die.ij.nouembris. Anno.M.cccc.lvij.

## Epiſto.cccxxiiij.

Excitat ad ſatagendũ tꝑe congruo ⁊ inſtãti.

Eneas cardinalis ſenenſis. Procopio de rabenſtein. S.p.d. Preſumptio nr̃a fortaſſe ẽ ꝙ tibi in pr̃ia int̃ neceſſarios inter dulces amicos conſtituto lr̃as dãtes ab ill'te vertere ad ſcripta nr̃a ꝯfidimꝰ. Sꝫ nos ſumꝰ etiã amici ⁊ timemꝰ ne int̃ delicias tuas obliuioni demur.ꝙ ſi preſuminiꝰ nimis.p̃ſumptionẽ caritas peperit. Tibi certe ñ erit facultas qn viſo epigramate nr̃o ad interiora trãſeas ingrenda. Scis em̃ qꝛ ñ fruſtra ſolemus ſcribẽ. Sꝫ qd ẽ dicis magnũ ẽ. Scis q̃to labore ꝯcluſionẽ in re bohemica deduximꝰ.ſcis q̃t ſint aduerſantes ⁊ magni et rubri capitis. Nũc tp̃s ẽ neruoſ intendas tuos ⁊ opam naues dñ rex apd̃ te ẽ.cudito ferrum dum calet et nobis q̃celerrime ſcribito q nunq̃ in facto illo derimꝰ. Neſcimus an cardinalis ſancti angeli pr̃ optimus ad te venturus ſit queadmodũ papa ſibi mãdauit. crederemus dignatiõeꝫ tuã vtilẽ eẽ in tãto ꝯuẽtu qd̃ deus ꝯcedat. Rogamꝰ te vt i cauſa variniẽ eos fauores nobis p̃beas q̃s ſpamꝰ. Nã luko tibi notus nobis aduerſatur ⁊ hꝫ fauorẽ regis polonie.ytalia ſatis geſcit. Sꝫ metus maximus ẽ ne finito menſe octobri.rex aragonum etruriam infeſtis ſignis terra mariqꝫ petat. Naꝫ et claſſem habet ingẽtem.⁊ iacobũ piccininuꝫ cũ exercitu miſit in marchiam. Deus meliora ꝑmittat. In cauſa olonunerenſi faciemus ꝯtemplatione tui quecũqꝫ poterimꝰ Tu aũt deinceps curato vt littere regie ad papam dirigende in cauſis epiſcopalibꝫ ad nos trãſmittãtur. Et ſic poterimus magis prodeſſe. Nam cauſe illis cõmitti ſolẽt qui litteras regias p̃ſentant. Et ita nunc factũ eſt cũ dñs papiẽ illas habuiſſet. Expedit igitur poſt hec cõſiderare qui ſint illi quibꝫ lr̃e cõmittuntur afferende. Cupimꝰ vt nos maieſtati regie et magnifico gubernatori ſepius cõmendes. Vale optime. Ex roma die.ij.nouembris. Anno.M.cccc.lvij.

¶Hortatur vt rex conuerſetur fidẽs his quos longa experiẽtia nouit.

## Epiſtola.cccxxv.

ENeas cardinalis ſeneñ Heinrico ſenftlebẽ. S. p. d. Littere tue. xxvij. ſeptembris ſcripte hodie nobis reddite ſunt. Cognouimus rex geſtaruꝫ apd̃ vos ordinẽ. Omnia placent preter ꝗ̃ diſcordia que pricipes exagitat Sed poſt bellum erit aliquando paci locus. Rouarella ſi cõmendauit amicum non miramur. ambo gallizant. ardet homo incredibili deſiderio. vt theutonicus videatur. et theutonice rector. Rex ſi ſapiat his vtetur cum quibus ſalis comedit modiũ Cardinalem ſancti angeli probatiſſimuꝫ patrem cupimus albaniam reuiſere et cõſulere rebus agendis. mitto ſibi litteras apoſtolicas ſuper facto variniẽ eccleſie in fauoreꝫ noſtrũ et contra lutikonẽ curato vt ſibi ꝗ̃celerrime tradantur. ne noſtri procuratores impediantur circa poſſeſſionem ſi quis ꝑ mendacia regẽ detineret. ſcribẽdo ꝙ papa ſpem daret pro lutikone. cõmendamus tibi paulũ legendorff vt iuues eum in adipiſcẽda poſſeſſione decanatus glogouie maioris quaꝫ ſibi cõferri fecimus. bonus vir eſt ⁊ omni fauore dignus. Si placuiſſet tibi olomũzeñ eccleſia. idqꝫ tuis litteris intellexiſſemus omiſſemus ad honorẽ tuũ procuranduꝫ ſed viſum eſt reuerẽtiam tuã nõ habere in ea re animũ. ideo ſupſedimus ne credentes placere diſpliceremus. Hic nõ ſũt noua memoratu digna niſi ꝙ piccininus iaꝫ ẽ in marchia et obſidet locũ cui nomen eſt pergula Sigiſmũdi malateſte. Prefectꝰ vrbis egrotat ſed conualiturus creditur Vale optime. Ex vrbe romana die. ij. nouembris. Anno. M.cccc.lvij.

¶De eodẽ ⁊ petit regis nuptias eẽ fauſtas.

## Epiſtola.cccxxvj.

ENeas cardinalis ſeneñ Johanni rhode ſecretario regio. S.p.d. Facis probe ꝙ ad nos ſepe ſcribis. Oſtendis eñ te noſtri amicum. et voluptate nos afficis ornatiſſimo dicendi genere regiam maieſtateꝫ nihil credimus non iuſte non prudenter agere. Cum quia ſua natura in bonũ fertur. Cum quia ſtipatꝰ eſt cõſiliariis optimis. Cupimus eius nuptias fauſtas eẽ et orbi futuras ꝗ̃les ſperantur. Cõmendaſſe rouarellam in ſuo receſſu hominem de quo ſcribis nihil miramur ambo pariſius ſtuduere. ambo gallizant. ſed maior ille rectorem ſe germanie ⁊ patrẽ regis videri vult. Regia võ maieſtas ſi more patrio vtetur illis ſe credet quibus cuꝫ ſalis modium edidit et amicitias veteres preponet nouis. Gaudemus te conſecutuꝫ eẽ beneficium et iam deniqꝫ obligatum eccleſie. videbimus te proculdubio magnuꝫ ſi vixerimꝰ. Es eñ apud eũ regẽ qui tue virtuti debita nõ denegabit premia. tñ perge vt cepiſti et ab optimo regis latere nunꝗ̃ diſcedito. Cui ſi nos aliquãdo ꝯmẽdaueris facies qđ de tua erga nos caritate non dubitamus. Datum die. iij. nouembris. Anno. M.cccc.lvij.

¶Cõmendat ſe foueri in cauſa variniẽ epãtus.

## Epiſt.cccxxvij.

ENeas cardinalis ſeneñ. Nicolao liſtio. S.p.d. Credimus te miro ꝑfrui gaudio in bohemiaꝫ reuerſum. Rogamus ne diuitie pragenſes memoriã tibi noſtri auferant. ſed cures potius quomodo res inchoata cõcordie ſuum teneat curſum ⁊ nobis reſcribas perſepe. Cauſam quoqꝫ variniẽ eccleſie tanꝗ̃ tuam tibi cõmendamus. neqꝫ eñ nobis ſine te frugifera erit. ſtude vt frequentibus litteris ex curia regis prucuratores noſtri ad poſſeſſionem capiendam miſſi iuuamẽ habeant: et confundantur tuo patrocinio qui nobis aduerſi ſunt. videbis que ſcribimus magnifico cancellario. Cura ita fieri vt cupimus ne plus apud regem videant valere qui iuniores ſunt in eius gratia. Credimus te plane intelligere que dicimus. Noſtra ytalia nunc quieſcit. ſoli genuenſes cũ rege aragonũ lites habẽt ⁊ Sigiſmũdꝰ malateſta ꝯ quẽ miſſus ẽ iacobo piccininꝰ ꝫ magnꝰ timor ẽ ne ſigiſmũdꝰ ipẽ cũ comite iacobo cõueniens aduerſus etruſcos noſtros incẽdiũ vertat et regia claſſis thelamonem aggrediat. Nã id iã hoĩes auguriari videt. Cetẽa apud nos geſcũt. Vale optĩe et ſerenitati regie ſiſqꝫ gubernatori nos aliqñ cõmenda. Ex roma.

Petit creditum reſtitui. **Epiſto.cccxxviij.**

ENeas cardinalis ſenẽſis Ulrico riedrer. S.p.d. Miramur nõ eẽ reuerſũ
cum cui mutuas dedimus pecunias. cũ in cã laurimeñ ab imꝑatoria ma-
ieſtate fuiſſet miſſ⁹. Si quid de eo audiueris velis ꝓcurare vt nobis fiat
ſatiſfactio. De tua diſpẽſatiõe faciem⁹ cũ dño correctore quãtũ erit nob poſſibile. qꝛ
agnoſcim⁹ nos eẽ obligatos in oĩbꝫ morẽ gerere volũtati tue quantũ facultas adeſt.
Fuiſſꝫ tñ neceſſe vt alias cũ de priorib⁹ diſpẽſatõib⁹ noticiã nõ habeamus. In cau-
ſa varinieñ credimus iã te expediuiſſe nunciũ nrm. ſi qd ſiẽdũ deinceps ẽ cauſã illã
amicicie tue cõmendamus. Gaudem⁹ reuerẽdũ pꝛeꝫ dñm gurceñ libertati reſtitutuꝫ
ẽẽ. Sed dolem⁹ graui cũ pecunia mulctatũ. ſue ſapiẽ fuit equo aĩo tolerare hui⁹ mũ-
di ꝯſuetudinẽ in quo nihil eſt certi. Cupim⁹ tandẽ pacem eẽ inter ceſarẽ ⁊ regẽ quaꝫ
deus ipẽ largiat. Nos hic alia nõ habemus noua. niſi ꝙ rex aragonũ comitẽ iaco-
buꝫ piccininũ ꝯtra ſigiſmundũ malateſtã miſit. ſed multoꝝ opinio ẽ illos duos du-
ces inter ſe ꝯcordiã habituros. iũctis virib⁹ ꝯtra ſenã ituros. Neſcim⁹ de futuris iu-
dicare. Claſſis magna regis. tyrenũ nauigat equor. ⁊ dũ genuẽſib⁹ minat. genueñ. ⁊
florẽtinos ſil territat. reliqua oĩa quieſcũt. Hec imꝑatorie maieſtati ſignificare pote-
ris. noſqꝫ ſibi cõmẽdare ad eius ſp mãdata paratũ. Datũ rome die .ij. nouembris
Anno. M.cccc.lvij.

Creditũ repetit vt fideiuſſoria liberet. **Epiſto.cccxxix.**

ENeas cardinalis ſeneñ Iohi binderbach. S.p.d. Accepimus lr̃as tuas
q̃ nobis gratiſſime fuerũt. Cõgaudemus tibi bñ ſuccedẽ. vtinã ⁊ pacẽ in
ꝯmũi hñres. Expectamus fratrẽ tuũ. vt ꝙcito redeat ⁊ ambroſio ſatiſfaci-
at. q nos ſepe in cã pecuniaria moleſtat. Expectam⁹ tandẽ aliqd grati audire. Com-
mẽdamus tibi eccias nr̃as in gretꝫ. ⁊ ĩ birninge vt tuo fauore iuuẽtur ⁊ nobis deni-
ꝙ vtiles eẽ poſſint. Silr ⁊ iacobũ nr̃m ſucher tibi ꝯmẽdam⁹ in agẽdis ſuis. Cupim⁹
vt nobis ſepe ſcribas ⁊ nos imꝑatorie maieſtati cõmẽdes. In ꝑpoſitura tua vſqꝫ mõ
nihil ſentim⁹ aduerſi. ſi quid ſenſerim⁹ erit nobis amici cura vt df. Alia nõ occurrũt
Uale optime. Ex roma. die. ij. nouembris. M.cccc.lvij.

Cõgaudet redẽpto ex vincul. ⁊ ſe totũ pollicet. **Epi.cccxxx.**

ENeas cardinalis ſeneñ Ulrico epo gurcẽſi. S.p.d. Quis ꝑmoleſtũ no-
bis ẽ ꝙ audiuim⁹ de magna pecunia tibi impoſita. gaudem⁹ tñ ꝙ carcerẽ
euaſiſti ⁊ tãdẽ libtas parta ẽ. Si qua ſũt q̃ tui cã facere poſſum⁹ hẽs nos
in oẽ deſideriũ tuũ ⁊ ꝓnos ⁊ voluntarios. ⁊ illi ſum⁹ in amicicia q ſp fuimus. Roga-
mus vt equo aĩo feras fortune nouercãtis impetũ. quia hic eſt mũdi curſus. ⁊ is re-
cte vtit eo qui minus mouetur aduerſis. Uale optime. Ex roma vt ſupra.

Pollicetur promotionem. **Epiſt.cccxxxi.**

ENeas cardinal ſeneñ Iohi nihili. S.p.d. Iocũda ſũt nob omnia ſcripta
tua quib⁹ germanica negocia patefacis. ꝙuis nõ ea ſunt q̃ vellem⁹. Deus
aliqñ finẽ imponet diutine calamitati ⁊ conſanguineos reges nõ ſinet in-
ter ſe odijs amplioribus deflagrare. Italia noſtra non minus ꝙ germania diſcors
eſt. vbi ſemper aut viget bellum aut belli metus inſtat. De beneficijs poſtulati olo-
munzeñ non videmus quid pro te fieri poſſet cum poſtulato reſeruata petantur ob
eccleſie tenuitatem. Curauimus conferri tibi iam pridem canonicatum vratiſlavieñ
quod tibi venceſlaus expoſuiſſe debuit. Si varinieñ conſequimur eccleſiam erimus
tui in primis memores ⁊ dices nos te proculdubio amaſſe. Uale ⁊ sereniſſime im-
peratrici commendatos nos facito. Datum rome die. ij. nouembris.

Excuſat ſe de geſtis contra varadieñ. **Epiſto.cccxxxij.**

Eneas cardinalis ſenen̄ Johāni troeſter. S. p. d. Scripſimꝰ tibi ꝑ nicolaum creivl quid fecerimus in re varadien̄ pr̄is optimi. Reſpondiſti nobis om̄ia bn̄ ſe habuiſſe fuit nobis id gratū. Sed accepimꝰ poſtea rouarellaꝫ verbis ſuis om̄ia in honorē alteriꝰ trāſtuliſſe que nos ſibi feceramꝰ ⁊ pomposum illum ventoſū ac fumo plenū quē optime noſti oīm rerū auctorē dixiſſe credimus p̄tem illū ſapientē nō plus credere ꝙ neceſſe ſit. ⁊ optime noſſe que ſit natura galloꝝ quos neceſſe eſt cacumina petere. vt inde clamātes meliꝰ audiant. Sed iſta quorſū velint ꝓrūpant dilabantqꝫ. Nos qd̓ fuimꝰ id erimꝰ erga varadien̄. Tu cura vt valeas ⁊ nobꝯ ꝗſepiſſime ſcribas cꝰ lr̄as ſcimꝰ veraces eē. Datū rome eodē die quo ſuꝑiores.

Cōmiſeret̄ ꝯpatit̄ merenti ſuꝑ morte amici. **Epiſto. cccxxxiij.**

Eneas cardinalis ſenen̄ Andree vicecomiti. S. p. d. Accepimus hodie litteras tuas antea d̓o nullas. Obitū reuerēdi pr̄is ep̄i nouarien̄ vna tecūꝫ deploramꝰ. deus illi miſertꝰ ſit ⁊ locū pacis dederit. Vellemꝰ audire de te meliora ⁊ oīa tibi ad votū ſuccedere. Nā te loco fr̄is amamꝰ cuiꝰ nobis amicitia quōdā dulciſſima fuit. ⁊ nūc gratiſſima recordatio. Miramur magnificū ſcarauma nō te fr̄nis oculis intueri. Scribemꝰ ſibi ⁊ ꝓ virili nr̄a hortabimur ne carnē ſuā deſerat. Laudamꝰ magnificū alexandrū qui tibi nō deeſt ⁊ nomini ſuo ſatiſfacit cuiꝰ eſt eē liberalē. Nos ſi qn̄ pinguior fortūa reſpexerit. nō dabimꝰ obliuioni andreā nr̄m cui ⁊ ꝓ ſua v̓tute tenemur. Et q̓ ex illa domo natꝰ ē cui debemꝰ oīa ꝓ beneficiis que inde accepimus Vale.

Diſpēſatiōꝫ ſuꝑ bigamia obtinere nō potuit. **Epiſt. cccxxxiiij.**

Eneas cardinalis ſenēſis Johi de liſura. S. p. d. Nō potuimꝰ diſpenſationem pro amico tuo obtinere ſuper bigamia. Difficilem hanc rem ſummus pontifex arbitratus eſt. pro eo quia contra concordata vexari diceba tur. Fecimus verbuꝫ domino noſtro mandauit ſua ſanctitas vt vocato iudice cauſe preciperemus ne vlterius procederetur. Judex erat bernardus de buſco quem noſti. vocauimus euꝫ ⁊ voluntatem ſummi pontificis notam ſibi fecimus. Is paratum ſe ait. vbi conſtiterit illum contra concordata vexari. ⁊ nunc id diſcutit̄. Quantum noſtre facultatis erit nō violabitur concordia nationis pro cuius honore ſemper pugnabimus. Per vigandūꝫ ſecretarium moguntini miſimus tibi alphabetuꝫ ⁊ nunc duplicamus ſi forſitan illud nō recepiſti. poteris ſcribere mentis tue concep tum. ⁊ conſulere eccleſie neceſſitati. Notum eſt nobis acumē ingenii tui multumqꝫ tuo iudicio deferimus. Labore tuo noſtroqꝫ quietaꝫ conſecuta eſt eccleſia noſtris diebus apud germanos. Faxit deus ne lacerari videamus quod aliquando reſarcinimus. Multa rumor affert. ⁊ germanos fieri gallos imitatione contendit. Nobis illa via ſalubrior eſſe videtur qua patres noſtri ambulauere. Si noua tentabuntur itinera nouaqꝫ pericula inuenientur. Nec facile ſua in dyoceſi quiſqꝫ pontifex papatū habebit. ⁊ ſunt qui querunt. ⁊ eius rei cauſa nigrum in candida vertunt. Sed tu bene vale. Audies vocationem oratoris principum que hic facta eſt. Vtinaꝫ ea aliqd̓ boni pariat. Datum rome. iii. die nouembris.

Pollicet̄ ſe germāice proficere. **Epiſto. cccxxxv.**

Eneas cardinalis ſenen̄ Johāni tolner Accepimus lr̄as tuas pro quibus gratias tibi agimus qui noſtris in rebus fideli ſolicitudīe vteris. gratiamus te. ſed nō poteſt fieri quin amicorum vtamur opera. Et nos aliquādo ſi deus dabit aliquid ꝓ te faciemus. Expectamus cyriacū qui veniet in facto ꝓpoſiture ⁊ quantū in nobis erit ꝯcordabimus cū decano. q̓ poſtꝙ ꝓmiſſū eſt nolumus retrocedere. De p̄benda wormacienſi ſcripſimꝰ vt petro morē gereres. habita aliqua recompenſa. neſcimus quid ille fecerit tecū. Idē quoqꝫ de prebenda collegiata ſentire cupimus quō ſe habuerit ille cui promiſimus cedere. Quod nouiſſime accepta ſit

alia p̄benda noīe noſtro nō placet. Volum⁹ eſſe in pace cū iſtis puis bn̄ficijs. nec intendim⁹ ſi poſſum⁹ cuipiā eſſe moleſti. bn̄ficia q̄ ꝯtra ꝯcordata nolum⁹ acceptare id ē monaſteria. ⁊ vtinā poſſemus facere etiā ſine p̄poſitura. qꝛ nolem⁹ illi nationi quouis mō diſplicere. ſed neceſſitas vrget. ſi ſtatū tenere debem⁹ ꝯuenientē ⁊ reputam⁹ nos eē germanos q̄ tanto tp̄e illi nationi ſeruiuimus. Qđ ſi natio illa nos ꝑſus excludere vult. ferem⁹ equo aīo. nec minimū bn̄ficiū amplius ī illa querem⁹. Qđ de benignitate illoꝝ p̄latoꝝ nō arbitramur eē. Vale ex roma quarta nouembris.

Magnifacit xenia ex amore mittētis ⁊ mallet facto q̄ v̄bo gratus eſſe.

## Epiſto.cccxxxvj.

dignū eccleſiaſticis ſacramētis deuotiſſima mente ſuſceptis ad extremum vſqꝫ anhe-
litum intellectum ⁊ verba prudentis hominis retinuit. Sepultus eſt apud hoſpitale
ſancte marie theutonicoꝝ die .xj. huius menſis. Uale optime ⁊ amici animam in ora
tionibus tuis recōmendatū habe. Datū rome .xx. octobris. Anno. M.cccc.lvij.

Mortē amici denunciat.

## Epiſtola .ccclviij.

ENeas Cardinalis Senenſis Scene. Salutem plurimam dicit. Stepha
nus noſter Catia Nouarienſis. communis amicus animam creatori
reddidit. Hec ſcribimus vt non doleas amici obitum qui more chriſtiano
et vt ſapientem decuit ordinatis rebꝫ ſuis ex hac luce migrauit. ſed vt con
gaudeas illi ad meliorem vitam ꝑfecto. nobiſqꝫ compatiaris tali orbatis ſocietate.
cogiteſqꝫ aliquando de nobis qui hoc in pelago ſine velis remiſqꝫ nauigamus. ⁊ flu-
ctuantes ab ipō naufragio non longe abſumus. Uellemus hic eſſes et rerum noſtra
rum curſus intuereris. Sed quid querimur ferenda eſt fortuna quam deus mittit.
neqꝫ enim dubitandum eſt quin deo ſit cura huius mūdi quē ſue cōdidere manus. ſi
curat igitur quecunqꝫ accidunt aut volente illo aut permittente fiunt. hoc nos conſo
latur et equo iubet animo expectare tempus. in quo et ad Stephanuꝫ et ad reliquos
qui nos preceſſerunt amicos euocemur. De re tua audiuiſti que ſit pontificis ſentē-
tia. non eſt que modo alia queras. deus ipſe operam ferat Johanni caimo optimo

viro ⁊ amico tuo noſtroqꝫ. diximus de ſcutifero nos eſſe facturos qđ tua iuberet amicicia nec mutauimus opinionē. rogam⁹ te principi ſimulqꝫ Nicolao azimboldo nos commendes. cuius benignas litteras his diebus accepimus. nec dubitamus eum ꝓ veteri conſuetudine nos amare. Uale optime. Ex ro. die. xx. octobris. M. cccc. lvij.

## Epiſtola. ccclix.

Pollicetur operas ſuas amico et cōcordatis minime derogare.

ENeas cardinalis ſenenſis. Martino mayr. Salutez plurimā dicit. Scribimus tibi nō ſine fiducia ſingulari litteras breues. nō ſcimus dare inania verba. Amamus ex corde amicos et his adulari neſcimus. Crede optimo corde loquimur. ſi facultas aſſit nunq̄ deerim⁹ votis tuis et iđ certo certius habe. quia vetus amicicia noſtra ſolida eſt. In facto eccleſie romane illđ tibi dicimus quia non leditur caput ſine membris: nos hic curabimus ne concordatis derogetur. Deinceps non credimus natōnem veſtram habere cauſam querele ſi pacta ſeruent̄. De gratia noſtra ſiue reſeruatōne ſcripſimus et nunc repetimus. non eſt animus noſter vexare quenq̄ occaſione illa nec intendimus concordatis ꝑ gratias noſtras in aliquo derogare. Uale ⁊ nos vt ſoles ama. Ex vrbe die. xx. octobris.

## Epiſtola. ccclx.

Denunciat deſiderijs amici ſatiſfactum.

ENeas cardinalis ſenenſis Theoderico archiepiſcopo moguntino. Salutē plurimā dicit. Ex vigando ſecretario tuo accepimus litteras dignationis tue. Cognitis his que cupiebas mox adiuuimus ſanctiſſimū dominū noſtrū q leto animo votis tuis annuit. Nouit ſua pietas quo animo queue opera tua dignitas ſuperioribus annis romanam adiuuerit eccleſiam. et vbi occaſio detur monſtrabit ſe diligere tuam virtutem. nos autem in quacūqꝫ re poterim⁹ erimus ſemꝑ et voluntarij ⁊ proni deſiderijs tuis morem gerere. Datum Rome die viceſima octobris.

## Epiſto. ccclxi.

Pollicetur ſexingentos florenos amice ꝓ dote aut ingreſſu religionis.

ENeas cardinalis ſenenſis Iacobo picholomeo. S. p. d. Litteris tuis q̄s de montamia et andrea filijs tuis nepotibus noſtris ad nos ſcripſiſti. reſpondimus ſemel et iterum. neſcimus an noſtra ſcripta in manus peruenerint tuas. Ideo hec pauca repetimus vt non putes mente noſtra excidiſſe quod illic immobiliter ſedet. De montamia ob res que geſte ſunt difficile eſt rectum ferre conſilium. Intelligimus eñ eam monaſterium abhorrere. matrimonium autez reperire ſua conditione dignū difficile eſt: nos igitur relinquimus tibi hanc prouinciam. vt ſibi perſuadeas q̄ in rem ſuam ſit prudens. Si eſſem⁹ pecunioſi ⁊ more quorundam cardinalium abundaremus. daremus illi et viruz et dotem. At cum tenuis ſit conditio noſtra. voluntatez poteſtas impedit. vtcunqꝫ ſit ex paupertate noſtra ſexingentos illi aureos ſpondemus quamcunqꝫ viam ingrediatur. Scriptoriam apoſtolicam andree tuo et ſi optamus acquirere tamē non valemus: nemo enim eſt qui abſqꝫ mille aureis eaz conſequi poteſt. Oportet igitur illas ingredi vias. nos vbi poterimus non deerimus neceſſitati tue. Et ſi deus dabit vt poſſeſſionem varinieñ. eccleſie conſequi poſſimus. ita nos geremus vt intelligas nos amantiſſimi fratris locum tenere. Datum rome. viceſima octobris

## Epiſtola. ccclxij.

Refert mortem amici ⁊ ſe ꝯmendari orat.

ENeas cardinalis Senenſis. Latino equiti ciprio. Salutem plurimā dicit. Duabus epiſtolis tuis gratias nobis egiſti ſuper his que tui cauſe fecimus. Cognoſcimus nos. nec pro debito. nec pro voluntate ſatiſ-

feciſſe.ſed tua benignitas parua ꝓ magnis accipit.Gaudemus obtigiſſe tibi deſi⸗
derium tuum.nam et tua virtus maiora meretur.Afficitur tibi ſummus pontifex ⁊
deſiderijs tuis vbicūq; poterit faciet ſatis.Amicus tuus et noſter ſtephanus cacia.
cuius ſine lacrimis nō poſſumus meminiſſe creatori deo aīam reddidit.rogamus te
vt eius nepotes apud illuſtriſſimū ducem cōmendatos habeas quibus beneficia ſua
collata ſunt.Et nos etiā vnā ꝑpoſiturā tenuē obtineāꝰ.velis nos pⁱcipi ⁊ ꝯſorti eiꝰ
ꝯmēdaē q ad eoꝝ bn̄placita ſꝑ inueniemur attentiſſimi.Datū rome.xx.die octobris.

Cōcordatis eccl'ie opam dare ꝓmittit ne violētur. **Epiſt.ccclxiij.**

AEneas cardinalis ſeneñ.iohanni leſure.S.p.d.Amauimus ꝓbitatē tuā
ante ꝓmotōem nr̄am et nūc potiſſime colimus obſeruamuſq;. Inuenimꝰ
eñī in te et veritatem et prudentiā.Credimus plene illud eē.ſ. aliquos q
vulnerent.vt medendo lucrētur.ſed nō pacietur caput ſine dolore damnoq; membro
rū.Mittimus tibi cū p̄ſentibus alphabetum quod optaſti.qđ ſignatū recipies. po⸗
teris illo vti et nobis que grauiora erūt ſignificare.habebiſq; reſponſa ex nobis que
res ipē exiget.Decet bonos viros curare ne vnitas eccleſie magno parta labore ite⸗
rum ſcindat.De cōcordatoꝝ obſeruatōe ſoliciti ſumus.damuſq; operā ne violentur
Amideus pro quo ſcribis ſi inuenietur fuiſſe in poſſeſſione tpe ꝯcordatorū habebit
pacem.idq; dn̄s noſter nobis ꝯmiſit inquirere.vale optime ⁊ ſcribe nobis frequēter
nam litteris tuis quaſi perſona tua tuemur.Ex roma.xx.octobris.

Excuſat ſe contra ꝯcordata eccl'ie feciſſe. **Epiſtola.ccclxiiij.**

AEneas cardinalis ſeneñ.Petro knorren doctori.S.p.d.Grate fuerūt no
bis littere tue qbꝫ nouitates germanicas ſignificaſti et dietarū inſtitutō⸗
nes.Scimus nos eē tibi caros qui omnia vt amico ꝯmunicas.Eſtq; nob̄
nō parua voluptas te tenere memoriā veteris amicicie.vellemꝰ nationē tuā vti ſano
ꝯſilio et nō reptene ad nouitates ꝓrūpere.multo labore parta ē pax eccleſiaſtica.faci
le rumpetur ſi volueritis.At erit non nobis ſolum damnoſa ſed etiam vobis.Cum
volueritis reſarcire non poteritis leuiter.Quod nobis dicis imputari de reſerua⸗
tionibus ac penſionibus.neſcimus quid id ſibi velit.niſi fortaſſe de vno monaſterio
prope conſtantiam quod impetrauit prothonotarius de lapide.đ quo nobis penſio
centū florenorum aſſignata extitit.id ille aiebat placere principi patrie.nec erat cō
tra concordata cum electio ibi canonica non fuiſſet.De alia penſione nunq̄ nos in⸗
tromiſimus.De reſeruationibus eſt verum ꝙ habemus bullam ꝓ duobus milibus
florenis.Credebamus nationem illam non egreferre ſi nos qui ī ea nutriti ſumus
tantum in beneficijs haberemus.Et nihilominus diximus pape.et ſcripſimus ar⸗
chiepiſcopis moguntino.treuereñ.et colonienſi.nos illa bulla nullatenus vti velle.
vbi cōcordatis cum natione aduerſaretur.Itaq; neſcimus cur nobis aliquid impu
tari poſſet.Cōmendamus tibi vnionem eccleſie vt facias quemadmodum conſueui
ſti quia nihil pace melius.Contra prutenos ſedes apoſtolica vſa ē ſuis armis.reſtat
vt veſtris vtamini.Si qua in re natio ipā grauetur.poteſt recurrere ad ſedem apo⸗
ſtolicam.Credo nō ſpernētur preces ſue.Fuimꝰ locuti ſanctiſſimo domino noſtro de
iuramēto tuo.ſanctitas ſua viue vocis oraculo nobis dixit ꝙ iuramentum illud ſu⸗
ſpendebat ad effectum vt poſſes romane eccleſie vtilius ſeruire.Et ita poteris affir⸗
mare te non eſſe obnoxium iuramento.Age igitur vt cōſueuiſti.nos ſemper inueni⸗
es paratiſſimos ad ea que tibi grata ſint et inclite nationi vtilia.Cupimꝰ vt nos cō⸗
miſſos facias principi marchioni Alberto cuius eximie virtuti omnia debemꝰ.Va
le ex roma die.vij.nouembris.

¶ Captata beniuolentia petit amicum ſuo nomine audire.

## Epiſtola. ccclxv.

Neas cardinalis ſenenſis. Franciſco duci mediolanenſi illuſtri. S. p. d. Quis in curia ſereniſſimi imperatoris ⁊ alijs in locis vbi moram traxi. ſemꝑ honoris et glorie tue cupidus fuerim. illiſq; ꝓ mea virili ꝯſulere ſtuduerim. vt teſtes ſunt magnificus eques ſcena de curte ⁊ alij q̄s tua excellentia ad impꝫialem maieſtatē ⁊ romanā curiā aliquando tranſmittit: fateor tamen me nunq̄ aliquid egiſſe ꝓpter quod preſumere debeam gratiā quātumcūq; minimā ex tua manſuetudine deposcere. ſed audaciam petēti quā mea nō preſtant merita tua liberalitas ⁊ in omnes beneficia concedit. que cum vel ignotis prodeſſe ſolet. mihi vt exiſtimo nō claudet aures. neq; ego illam implorare auderem. niſi me neceſſitas vrgeret. ſed cum vocatus ad cardinalatus honorē eos nō habeam redditus qui huic dignitati conueniant. cogor ad eos recurrere quos ꝓ ſua ſingulari bonitate mihi bene velle arbitror. Inter quos excellētiā tuam veneror. nam ⁊ amici quos mediolani habeo hec mihi et litteris ⁊ nuncijs indies confirmāt. Quibus ex rebus commiſi prefato ſcene integerrimo amico meo. vt aliqua meo nomine manſuetudini tue exponat. Cui precor ⁊ benignas aures impertiri. et preces ſuas quas vice mea attulerit bono animo exaudire velis. nam ⁊ opus pietatis exercebis et me ſeruitorē tuū magis ac magis obligatū habebis. Ex roma quarto nonas decēbris. Anno. M. cccc. lvij.

¶ Inſtruit de mente ſua apud principem exequenda.

## Epiſtola. ccclxvj.

Neas cardinalis ſenenſis. Scene de curte. S. p. d. Raphaelem capinum nobilem adoleſcentem (quem ad nos miſiſti) recepimus in familiam noſtram. et tui cauſa ⁊ ſui libenti animo. nā et nos tibi obnoxij ſum⁹ ⁊ in omnibꝫ morem gerere cupimus. et ipſe pre ſe fert modeſti ⁊ prudentis indolē iuuenis. Utinam hi ſimus qui virtuti ſue ſatiſfacere poſſimus. Q̄d ꝓmittis te apud illuſtriſſimū ducem ꝓcuraturū noſtri cauſa nō eſt apud nos dubiū. nouimus animū erga nos tuū et amicum verū te eſſe nō ambigimus. Si bona principis mens in ea re fuerit tua nō deerit opera. Ita nobis perſuaſum eſt. Scribimus excellentie ſue litteras quarum exemplaria cum preſentibus ad te mittimus. Si putas reddendas eſſe reddito. ſi minus vtere conſilio tuo ⁊ rem noſtram pro tua circūſpectiōe curato. nos tantum volumus quantū licet. Pauperes nati ſumus ⁊ in hanc vſq; diem viximus tenues. nunc ſi aucta eſt dignitas nō tamen accreuerunt opes. Confidimus in bonitate ſummi vt qui nos nunq̄ deſtituit neq; in cardinalatu deſeret. quando non hi ſumus qui maria monteſq; cupimus. Satis nobis fuerit nō egere. Quod illuſtriſſimi ducis auxilio futurum confidimus ⁊ tua ſolicitudine. De maxima illa concubina nō eſt quod mirere. lata eſt romana curia ⁊ oīm rerum capax. boni et mali apud nos verſantur. hic ſuꝑbia ⁊ humilitas. hic auaricia ⁊ largitas. hic luxuria et frigiditas. hic libido et continentia. hic ſumma virtus et ſummum vicium. Sagena hec eſt in mari miſſa omniū genere piſciū plena. Triticū adhuc ſimul ⁊ palea in area eſt. et magna fatuitas et ſumma ſapientia ſimul habitant. Quid mirum ſi opera aliquando preclara efficimus digna laude. aliqñ ſic agim⁹ vt reprehendi vel a minimis valeamus.

¶ De palacio Buden̄. et aliquid contra baſilienſe concilium.

## Epiſtola. ccclxvij.

Mbroſius camalduleñ. Reuerendiſſimo ac ſacratiſſimo imperatori Sigiſmūdo ſemꝑ auguſto fidelitatē et ſubiectōem. Habeo gratias ingentes maieſtati tue clemētiſſime prīceps. q̄ priuſq̄ pannonia diſcederē pulcerrimi ⁊ magnificētiſſimi oīm q̄d vnq̄ viderim ſpectaculi te eſſe ꝑticipē voluiſti. Inſpexim⁹ ſumma cū admiratōe ꝑcipuoq; ſtupore edificatū abs te palaciū tātaq; occurrit

ſingulariter miranda vt quod magis mirari quod primum predicare debemus non
occurreret. Tam multa ad ſe trahebant atqꝫ in ſe rapiebant obtutum affectumqꝫ no
ſtrum. Deniqꝫ ſtructure moles tam vaſta eſt vt nullam toto orbe maiorem reperire
poſſe arbitremur. Eius omnia membra adeo magnifice tamdecenter inſtructa ſunt
vt ad gratiam nihil poſſit accedere. ſinguleqꝫ vt dictum eſt partes ſecum de pulchri-
tudine et magnificentia certare videntur vt quod primum admiremur non occurrit.
niſi ꝙ ſimul omnia inſpecta excedunt omnem admirationē. vixqꝫ arbitremur perſis
illam formoſiſſimam regiam de qua tam multa predicantur huic tue conferendam.
Tranſimus ad contuendum peripatum illum ſpacioſiſſimum proſpectum omnino
mirabilem plerumqꝫ voluptatis. Neqꝫ his contenti piſcinas quoqꝫ et ortos circuire
plena occurrebant oculis. Pauca de multis que me mouent in vnum congreſſi exe-
cratione digna tueqꝫ ſerenitatis oculis legenda ſubiecti. Equidem cōſideratis ſcan-
dalis que indies ex huius perpetuatione concilij prodeunt huius ſententie ſum vt ꝓ
firmo et rato habeam nihil a tua pietate poſſe fieri vel deo gratius vel acceptius ſe-
culo vel eccleſie matri vtilius ꝙ̄ huius eneruatōem abbominationis pro viribus mo
liaris. Et oro ne tua me pietas temeritatis arguat ita ſentientem. Nam ſi ex habun
dantia cordis os loquitur ego iſtam ſententiam ex alto cordis eructo. Deus autē no-
ſter omnipotens ſerenitati tue que ad pacē ſunt inſpirari dignetur annoſqꝫ tuos be
nedicere religioſiſſime princeps et auguſte piiſſime. Ex wienna. Anno. M.cccclvij.

Commendat cauſam ſuam et ſpōdet ope-
ras ſuas in reciprocum.

## Epiſtola.cccclxviij.

Eneas cardinalis Seneñ. S.p.d. Sumforto iuriſconſulto ac ſereniſſimi
domini ducis mediolani ſecretario. Ex leponſijs hac preterita hyeme ſu-
per re prepoſiture mee litteras ad te dedi vt illuſtriſſimo principi duci me-
diolani pro me loquĕris te rogans. obſecrans. nihil exide reſponſi a te ſuſcepi. quod
non tibi ſed tuis occupatōnibus imputo. Scripſit autem mihi paucis ante diebus
ꝗ moreretur mediolaneñ. antiſtes de tua erga me optima voluntate dixitqꝫ tuum
eſſe conſilium vt ceſaris litteras ad ducem impetrarem. Factū eſt vt ambo ſuaſiſtis
Litteras defert vir vrbanus et tuus meiqꝫ amantiſſimus laurentius de rotella cōca-
nonicus meus tridentinus. Is te alloquitur et meam agitabit cauſā. Precor illi cō
ſilio et auxilio vt ſis. Vtqꝫ reprobes quod epiſtolis d te mihi prefatus repromiſit an
tiſtes. Habeo in te quicqd ſpei habeo. Fiā voti compos ſi me iuueris. Sin deſeras
nil eſt quod ſperem. Scio mores curie veſtre et aliarum. Nemo aliquid obtinet niſi
magnis fultus amicis. Ego et ſi iuſticiam proſequar. niſi te habeam ad quem recur-
ram habeo neminem. Nec te quo iure teneam video qui nullis beneficijs mihi obliga
ris. Sed confido in tua humanitate. Similiterqꝫ ſtudia et officia quibus dediti ſu-
mus paria fiduciam prebent vt opera conſilio. auctoritate et gratia tua. amice vtar.
Ego ſi quid intelligam aut ad voluptatem aut ad cōmodum. aut ad amplitudinem
tuam pertinere. etiam non rogatus faciam nec ad me vnꝙ̄ pro te vel pro tuis fruſtra
ſcribes. ſi modo quod petieris in mea fuerit poteſtate. Vale et ſpem meā imple. Ex
vrbe ſexto ydus Iulij.

Excuſatio precũ nõ exauditaꝝ.

## Epiſtola.ccclxix.

ENeas cardinalis ſenenſis prepoſito ſpirẽſi.S.p.d.Accepim⁹ lr̃as tuas q
bus rogas vt ius nr̃m in prebẽda eccleſie maioris woꝛmaciẽſis in nepotẽ
tuũ tranſferre velim⁹.Cõplacuiſſemus certe tibi.cui libenti aĩo tanq̃ ſin
gulari amico ⁊ homĩ virtuoſo gerim⁹ moꝛẽ.niſi preuenti fuiſſemus.Scri
pſerũt eni̇̃ nobis.Decanus et cantoꝛ woꝛmaciẽſis.q negocia ꝑpoſiture nr̃e gerunt de
vacatõe p̃bende hmõi.multũq; ſuaſerũt vt ius nr̃m illi dimitterem⁹ q ꝑ capitulũ ad
poſſeſſionẽ q̃uis defacto erat admiſſus.cui iam ꝑpoſiturã nr̃am arendauerãt. Dein
de etiã ſupuenerũt littere illuſtris principis comitis palatini ꝓ eodẽ dictã p̃bendaꝫ
petẽtes.qb9 inducti animũ inclinauimus ad ꝯplacendũ prefato poſſeſſoꝛi.ſiue vt re
ctius dicamus intruſo.Nam q̃uis ſpreti fuerimus a capitulo. q2 tñ natura litigioſi
non ſumus:decreuimus bonũ ꝓ malo rependere.Rogam⁹ aũt te vt equo animo fe
ras.ſi hac vice precib9 tuis nõ annuimus.cũ ſicut prediximus alioꝝ ſcripta preue
nerint.deinceps ſi quid occurrerit qđ tui cauſa facere poſſimus:nõ erimus reqſitio
ni tue quoquo mõ aduerſi.Sed quãtũ vires noſtre tulerunt ⁊ tibi ⁊ amicis tuis cona
bimur rẽ gratã facere.Datũ rome die viceſimaſecũda Julij.M.cccc.lvij.

¶ Annuit precibus.et petit ſe excuſare de graua
mine germanice nationis.

## Epiſt.ccclxx.

ENeas Cardinalis Senenſis decano woꝛmacienſi.S.p.d.Cognouim⁹
que ſcripſiſti de prebenda q̃ nuꝑ vacauit in eccleſia woꝛmacienſi.Suades
ne nos de illa intromittamus ⁊ ius nr̃m poſſeſſoꝛi tradam⁹.cũ neq; vtile
nobis ſit dictã prebendã obtinere ſm ſtatuta eccleſie.neq; diſpẽſari aduer
ſus ea ꝯſuctũ ſit.multũ tribuimus ꝯſilio tuo.et crede q2 nõ eſt mens nr̃a grauare ec
cleſiã illã.nec litigioſi ſumus vt velimus ſupra modũ ꝯtendere.Nos ſi eã p̃bendã ob
tinuiſſemus nõ: ꝓpterea violare ſtatuta vr̃a voluiſſemus aut aliqđ vobis afferre gra
uamẽ:ſed iuxta ꝯſiliũ tuũ feciſſemus.et cõfidimus q nõ fuiſſet capitulũ veſtrũ de no
bis male contentũ.Verũ vtcunq; res ſe habet. q̃uis conſiliarius . Palatini nullum
ius habeat in predicta prebenda.et nobis ſpretis in ea ſe intruſerit:tñ quia vir nobi
lis eſt ⁊ illuſtris:Palatinus pro eo ſcribit:tuq; plurimum id ſuades . et Johannes
Tolner etiam hoꝛtatur:erimus ꝯtenti transferre ius noſtrum in predictũ ꝯſiliariũ
ſi cũ eius procuratoꝛe qui hic eſt cõuenerimus.et deniq; confide quoniam eccleſiam
veſtram iuuare atq; extollere.nõ deprimere aut quoquo mõ ledere intendimus.Ve
rũ q2 capitulũ eccl̃ie ſancti andree animo deliberato nobis ſpꝛetis et litteris noſtris
contemptis.ad poſſeſſionem prebende per nos acceptate alium intruſit. intendimus
experiri de iure.quis ſit potioꝛ.Itaq; rogo ne mireris ſi litem pꝛo parua re ingredi
mur.quia cotemptum potius q̃ prebendam animo metimur:quam etiam ſi obtinu
erimus alteri eiuſdem nationis reſignabimus.Poſtremo ſcribit nobis Jo.Tolner
querimonias factas ẽẽ apud aliq̃s Germanie prelatos de reſeruationibus cardina
lium quas habent in partibus illis.neſcimus an propter nos et gratiam noſtraꝫ is
rumor fiat.Nos quidem ſupra.xxiiij.annos in alamania ſeruiuimus.et ſemper ho
noꝛem illius natõnis pro virili noſtra promouimus:et nunc ad cardinalatum q̃uis
inſufficiẽtes vocati.id conamur.id ſtudemus.id tota mẽte querimus:quod illi nati
oni vtile decoꝛumq; eſſe putamus.cum nonnullis aliquando vehementer contenden
tes ita vt in ſacro collegio nos magis germanum q̃ Italum eſſe dicant . Quibus ex
rebus non ſumus arbitrati germanice nationi futurum odioſum . ſi beneficia in ea
pro duobus milibus ducatoꝛum in annuis redditib⁹ obtinerimus. Et q̃uis in bul
la reſeruationis noſtre fiat mentio de monaſterijs:nunq̃ tamen intentio noſtra fuit
ad ea monaſteria litteras trahi.que per ꝯpactata reſeruari nõ poſſent. et ita ſanctiſ
ſimo domino noſtro diximus.adijcientes q pꝛo nullo monaſterio vnq̃ litigaturi eſſe
mus:ſed ſolum id reciperemus quod cum bona gratia pꝛincipum in quoꝛum terri

torio eēt habere poſſemus. Itaq̄ nō exiſtimamus aliquos ꝑlatos occaſionez habere
vt de nobis cōqueri poſſent. Quapropter rogamus te qui ſoles cū pluribus cōuerſa
ri. vt mentē nr̄am omnibus declares. et ꝑſertim archiepō magūtino. apud quē nō du
bitamus nos haberi cōmendatos. cum et nos ſui ſtatus et honoris quātum vires no
ſtre ferunt ſemper defenſores ſumus. Datum Rome die. xxij. Julij. M.cccclvij.

Fruſtra conat̄ impetrare vt cler⁹ coītatis ſeneñ. ꝓ ꝯfir-
matōe ſtudij vl̄is ꝯtribuat ⁊ auiſat de exercitu ꝯgregato.

## Epi. ccclxxj.

Eneas cardinalis ſeneñ. Ytalie ſeneñ. S.p.d. Que ornamēto ſplēdori glo
rieq̄ iſti ciuitati veſtre patrie nr̄e eē poſſent. nūq̄ tedio nobis eēt aut que-
rere: aut ſi in poteſtate noſtra eſſent exhibere. Eaꝓpter cum nuper nobis
ſcripſiſſetis vt ꝓ ſtudio legū aliarumq̄ facultatū i vrbe veſtra reformādo. Sanctiſ-
ſimo domino nr̄o verba faceremus vtq̄ clerus vr̄e ditionis ad eam rem certā pecu-
nie quātitatem cōferret impetrare conaremur. Fuimus e veſtigio cum codez ſanctiſ-
ſimo dn̄o noſtro. Oratore veſtro ſpectato viro Leonardo ad id accerſito. Perorauj-
mus cām. vt arbitrati ſumus oportere. ſ nō exorauimus. quō aūt pietas dn̄i nr̄i ad
eam rem reſponderit nō ambigimus Leonardum ꝑfatum collegio veſtro ſignificaſ-
ſe. Itaq̄ non eſt cur plura circa hec dicamus. Illud adijcimus quod noſſe magnifi-
centias veſtras non inutile arbitramur. Hodie littere ex neapoli aduenerūt. quib9
certior fama ſit. Comitem iacobū piccininum ab inclito rege aragonum pecunias n̄
paucas accepiſſe. quibus copias ſuas inſtruere poſſit ad regni metas exire. Ferunt
cū aduerſum Sigiſmundū malateſtam arma moturuz inſtante vrbinate comite. Sz
mille ſunt hominum inſidie. nec ſagitta ſemper eo tendit qui directa videtur. Sapi-
unt magnificentie veſtre. et quod ex vſu fuerit cogitabūt. Nos pro debito noſtro hec
reipub. veſtre ſignificando putamus. cuius trāquillam quietem indeſinenter opta-
mus. Datum Rome die. xxij. Julij. M.cccclvij.

Petit pro captiuo vt benefacta cum male-
factis penſatis. liberum emittant.

## Epiſtola. ccclxxij.

Eneas cardinalis Seneñ. Ytalie ſeneñ. Sa.p.d. Accepimus litteras ve-
ſtras quibus ꝯgnouimus. que de comite iacobo piccinino et eius tranſi-
tu ſuſpicamini. Fuimus ſepe cum ſpectabili oratore veſtro de eadez re lo
cuti et eadem videbantur nobis formidanda que vobis ſi homo ille regnum exiret.
Nunc ſcriptis veſtris cōmoniti ſtatuimus de re illa certiorem pontificez facere. Sz
cum podogra nos impediret ne preſentiam domini noſtri accedere poſſemus. ſcripſi-
mus que nobis videbantur apoſtolice maieſtati. et rogauimus. vt oratori veſtro au-
dientiam preberet qui latius loqueretur. Placuit id clemētie ſue. Oratoremq̄ veſtrū
mox poſt ſcedulam noſtram audiuit. et ita ſemper omnibus rn̄dit quemadmoduz ꝺ
patre optimo et diligentiſſimo ꝯſeruatore veſtre libertatis ſperandum erat. Scribet
omnia ſerioſius ſenatui veſtro Leonardus orator. Itaq̄ non eſt cur nos ea repeta-
mus. Sumus ⁊ erimus ſoliciti in his que veſtre reipublice trāquillitatem reſpiciūt
Poſtremo quia franciſcū patricium in vinculis cōiectum accepimus. virū fama cla
rū ⁊ qui ornamētū ciuitatis vr̄e nō parū hacten⁹ fuit. Rogamus i eius iudicio bene-
facta cū malefactis penſare velitis. ⁊ hoīem in vita relinquere q ſuis ſcriptis vr̄am
vrbē illuſtrauit ⁊ in futuꝝ ſplēdorē ei maximū adijcē pōt. Quod ſi feceritis crs col-
legiū nr̄m cōmēdabūt i q̄ pl⁹ beneficij q̄ iniurie recordatio valuerit. Datum Rome
die. xxiiij. Julij. M.cccclvij.

## Epi. ccclxxiij.

Captat beniuolētiā ⁊ offert ꝯmēdatū nepotē ſuum.

Eneas cardinalis Seneñ. Epiſcopo tridētino. Sa.p.d. Redeūtē i alema
niā Nicolaū creidl capellanū nr̄m et cōpatriotā. tū cū Tridēto tranſitu
rus ſit. noluimus ſine nr̄is ad te litteris dimittere. q̄b9 intelligas nos ve-
teris amicitie et quō ſil' ad ſacros ordies ꝓmoti fuim⁹. memores eſſe. cupidoſq̄ ma-
gnopere aliqñ aliqd agē qd tibi ḡtū exiſtat. Reliq̄ ꝺ nr̄a erga dignitatē tuā volūtate ⁊

de ſtatu romane curie. idē nicolaꝰ plenius referet. cui velis tāq̄ nobis plenā credētie fidē prebē. Inſup quia nepos noſter franciſcus grām expectatiuā habet ī eccl'ia tua Rogamꝰ vt ī euētu vacatōis alicuꝰ p̄bēde auxilio ſibi eē velis ad obtinēdā poſſeſſionē. quēadmodū de tua erga nos beniuolētia et amicia veteri plene cōfidimus. Datū Rome kal'. auguſti. M.cccclvij.

Refert noua italie ⁊ vrbis Romane. **Epiſtola. ccclxxiiij.**

ENeas cardinalis Seneñ. Nicolao cardinali ſancti petri. S. p. d. Reuerētie ad ptes germanie. Capellanꝰ meꝰ nicolaus Creidl. quem ī agēdis ſuis dignatōi tue quātū valeo ꝯmēdatū efficio. diu nihil noui de tua dignitate accepi. Puto eā bene valē. qñ ī ꝯtrariū nihil accipio. De p̄latis germanie ⁊ dietis eoꝝ multa h̄ dicunt̄ ñ bona. Tuā dignatōez nihil latē opinor. Niſi tua circūſpectio illis obuiet rebꝫ. neſcio qs aliꝰ occurrē poſſit. Ego tñ te ī hac curia p̄ntem potiꝰ eē vellē. q̄uis par ē q̄ cardinales reipublice ꝯſulē poſſint. Sz iuuaret me ſepe in p̄ntia tua eē. ⁊ ꝑ veteri more dulces miſcere ſmōes. Fortaſſe aliqñ nō tedēt dignatēez tuā ī curia morā traxiſſe. Quis ſit ſtatꝰ harꝝ ptiū nō dubito p familiares tuos dignatōni tue ſcriptū eē. Referā tñ paucis quō res ſe habeat. Dñs nr̄ in p̄mis bñ valet. Roma q̄ p̄ter ſolitū hucuſq3 ſana eē vidr̄. Obijt cardinalis neapolitanꝰ. in curia potiꝰ medicorū q̄ aeris grauitate. Vrſini ⁊ comes euerſus adhuc inter ſe armis ꝯtēdūt. q̄ res facit vt annꝰ vberrimꝰ ſterilis videat̄. Huc accedit indignatō quā pōtifex ꝯtra vrſinos accepit: tractat̄ ꝯcordia neſcio q̄ facilē habebit exitū. Comes iacobus piccininꝰ q hactenꝰ ī regno fuit. nūc ſuſcepta a rege aragonū magna pecunia: exiturꝰ regnū dr̄. ⁊ cōtra ſigiſmūdū malateſtā quē rex odit arma moturꝰ. q̄ cū ꝑfecturꝰ ē comes vrbinas. alij arbitrātur hec fingi ꝯ malateſtas. vt improuiſi Seneſes īueniāt̄. Quicqd egerit piccininꝰ. ſi regnū exierit. arbitrātur oēs totā italiā rurſus ī arma ituturā. Atq3 hoc mō gerēt̄ bellū ꝯ thurcos. nec meliꝰ ī germania res ſe habent. qñ impator ⁊ rex hungarie ſic noſti inter ſeſe acerrima ꝯtētōe depugnāt. deꝰ ecc'ie ſue meliꝰ ꝯſulat. Cōmēdo me dignatōi tue ad eiꝰ mādata oī tpe patū. Ex roma kl'. auguſti. M.cccclvij.

Cōmēdatoria ſingularium amicorum. **Epiſt. ccclxxv.**

ENeas cardinalis Seneñ. Archiepō ſaltzburgeñ. S. p. d. Nicolaꝰ Creidl capellanꝰ nr̄ dilectꝰ vēturus ē ad dignitatē tuā quā rogamꝰ ī agēdis ſuis ꝯmēdatū hr̄e velis. ab eo intelliges Romane curie ſtatū ⁊ quō res Italie ſeſe habeāt. Itaq3 ñ ē opus de his aliqd ſcribamꝰ. Nō ſumꝰ immemores beneficiorū q̄ a dignatōe tua ꝑcepimꝰ dū ī germania eēmus. et quō ī Saltzburga ſepiꝰ a tua dignatōe gratāter accepti ⁊ honorati fuimꝰ. ob quā rē erit nobis ſp cura vt tibi ⁊ eccleſie tue ꝑ noſtra poſſibilitate vicē rependamus. Inſuper quia duo ſunt ī tua curia nobis a longo tpe dilecti Johannes lanterbachiꝰ ⁊ Johānes troſter viri boni ⁊ fideliſſimi. eos dignatōi tue quoad poſſumꝰ efficimꝰ ꝯmēdatos. reputaturi nobis impenſum qcqd ī eoꝝ ꝑſonis boni p te collatū fuerit. Datū rome kl'. auguſti. M.cccclvij.

Gratulat̄ de liberatōe epi varadieñ. cuiꝰ noie regi ſcripſit ⁊ ab ap'lico ſcribi īpetuit. **Epiſtola. ccclxxvj.**

ENeas cardinalis Seneñ. Johanni Troſter. S. p. d. Feciſti probe q̄ nobis ex vngaria ⁊ vienna q3 ſingula ſcripſiſti que tū gerebantur. audiuimus inuiti illarꝝ ptiū tribulatōes. velit deus vt tādem ꝑcipes inclite domus auſtrie inter ſe recōciliētur. Illud aūt libēter intelleximus qd̄ de epō varadienſi viro optimo ſignificaſti. cuius innocētia libertatē ꝯſecuta eſt. Nihil profecto hoc tempore nobis iocūdius ſignificari poterat. tu de nobis ſibi omnia vera dixiſti. Nā cū audiuimus capturā eiꝰ vehemēter ꝑbatiſſimi patris fortunio: ꝯmoti fuimꝰ. ſcripſimuſq3 mox regie maieſtati que nobis ꝺ patre ſincero. ⁊ optime merito teſtificāda videbātur. Rogauimus etiā pontificē maximum vt litteras ad regē daret quibꝫ relaxatōez epī peteret. eaſq3 bis obtinuimus. Prunas p caſualem quēdā tabellerium miſimus.

Secūdas vͦo ꝑ laurētium Rouarellā deſtinauimꝰ.qui nūcius aplꝉicus ad regez ꝓfe-
ctus eſt.que ꝗ̄uis tarde hinc venerint teſtimoniū tñ̄ prebebūt noſtre in epiſcopū cari
tatis.Poſtremo que ſuades fecimus.Cōgratulatorias eñ̄ epiſtolas eidē epo ⁊ mi-
ſimus ⁊ mittemus.Itaqꝫ nō ē cur verearis officiū nr̄m requiri poſſe.De rbus curie
nr̄e ſuperſedimꝰſcribere.cū Nicolaus nr̄ creiol te ꝯuēturus ſit.ex quo cūcta vel mi-
nima que in italia gerūtur habūde cognoſces.Reliquū ē vt bene valere ſtudeas. ar-
chiepoqꝫ fideliter ſeruias apud quē tua obſequia nō erūt ſine p̄mio. Nos aūt ſemꝑ
tui memores erimus.Uale et ſi iacobꝰ lotronus iſtic ē.mille ei ſalutes nr̄o noīe dici
to.Ex vrbe Roma kl'.auguſti.M.cccclvij.

## Epiſtola.ccclxxvij.

Familiaris vt bene valeat.

ENeas cardinalis Seneñ.iohāni lauterbachio.S.p.d.Ex Nicolao nr̄o
Creiol tibi amiciſſimo ꝯgnoſces ꝗ̄ apud nos gerūt' ⁊ ꝗ̄ nos ī te aīo ſumꝰ.
Nā queādmodū te iāpridē dileximus.ita et nūc amamꝰ.cupimuſqꝫ tibi
bene eē ⁊ ſi qn̄ aliquid ꝓ te facē poſſemꝰ.nō eēt ī nobis mora.ꝯfidimꝰtibi bene futu-
rū apud archiepm̄ Saltzburgeñ.Qui ꝓ ſui ſingulari virtute ſeruitijs tuis debita p̄-
mia nō negabit.Uale igit'.et nos eidē archiepo ita offeras vt intelligat nos ſibi cō-
placēdi cupidos eſſe.Datū rome kl'.auguſti.M.cccclvij.

## Epiſtola.ccclxxviij.

Conſolatoria ſuper morte filij.

ENeas cardinalis Seneñ.Dn̄o de roſenberg.S.p.d.Magno merore af
fecerūt nos lr̄e amicoꝝ.qbꝰ clariſſimū ⁊ ſpectatiſſimū filiū tuū heinricū
diē clauſiſſe extremū cognouimꝰ.Doluimꝰcerte illū in flore ſue iuuētutis
e hac luce migraſſe.cū multa ⁊ ꝓ domo tua ⁊ ꝓ inclito regno bohemie facē poterat.
tū vͦo iſtud moleſtiſſimū fuit.ꝙ ſenectuti tue ⁊ baculū ⁊ ſolamē ereptū eē videbamus
Sꝫ cū cogitamus animi tui ſapiētiā.nō dubitamꝰ qn̄ ꝯſolatōem ipe rex mortalium
vſus tibi p̄beat.Frequēter accidūt hec.ſepe filij p̄res ī morte p̄cedūt. raro eſt ſener q
plures ex ſuis filijs nō p̄miſerit.Tolerāda ſunt hec.nec dolore ꝯſiliū ē.vbi dolor nihil
affert p̄ſidij.Acquieſcēdū ē diuine volūtati.oīa deus ī vſuz meliorē ꝯuertit.nihil ipe
ꝑperā.nihil temē agit.Ille ſapiēs hō ē qui ea vult que velle deū nouit. Nos filiū tu-
um in eo ſtatu ī eo tp̄e vocatū a deo nō ambigimꝰ.in quo illi melius fuit exuiſſe ho-
minē.Itaqꝫ ꝗ̄uis nō dubitamus magnificētiā tuā quieto eē aīo.⁊ ea velle que deꝰ
voluit:tñ̄.ꝓ nr̄o officio rogamus vt hec humana equa mēte feras.⁊ qͦd reſtat eui cuz
reliquis tuis filijs dulciter ac ſuauiter traducas.Id erit nobis ſupra ꝙ̄ dicere poſſu-
mus acceptū.Diligimꝰ eñ̄ ſummoꝑe pſonā tuā.nec obliuioni dare poſſumus quāta
nos caritate ī wienna quondā ꝯplectebaris.⁊ deniqꝫ ſemꝑ nobis añ oclos eſt hūa-
nitas illa atqꝫ vrbanitas.quā nobis ⁊ ꝓcopio Rabenſteyno oñdiſti in crūmenaw.
ita ei nos ardēti caritate et vt aiūt euiſcerata dilectōe ſuſcepiſti.vt oī tp̄e nos et tibi
⁊ natis tuis ⁊ his qui naſcētur ab illis obnoxios eē putemus.⁊ hoc quidē oñdemꝰ
ſi vnꝙ̄ ſeſe facultas obtulerit.Reliqua referet nicolaꝰ creiol capellanus nr̄ dilectus
quē tue magnificētie ꝯmendamus.cui tāꝙ̄ nobis credētie fidē plenā adhibere velis.
Datum Rome kl'.auguſti.M.cccclvij.

## Epiſtola.ccclxxix.

Poſt regiā maieſtatē recōmendatam re-
fert grates de epi varadieñ emancipatione.

ENeas cardinalis Seneñ.Ladiſlao regi hungarie.S.p.d.Cū ſuperioribꝰ
diebꝰ iohes varadiēſis epus apud budā in vincl'a ꝯiectus eſſet.Idqꝫ tuo
iuſſu factū diceret'.egre id mihi duplici de cā fuit. Nā ⁊ p̄ſulis integerri-
mi ac mihi amiciſſimi infelicitati ꝯpatiebar.⁊ honorē tuuz parūper obnubilari dole-
bā.cū epm̄ de tua ſerenitate optime meritū ⁊ doctrina p̄ditū ſingl'ari.tua ſublimitas
i carcerē retruſiſſe affirmaret'.Scripſi itaqꝫ mox excellētie tue ꝗ̄ mihi ī ea re faciēda
videbat' ꝓ gloria tua.queādmodū fideles famuli benignis dn̄is ſuis ꝯſulē aliqn̄ ſo-
lēt.Scripſit et̄ ſctiſſimus dominus nr̄ ſemel atqꝫ iterꝫ.Nā q varidiēſem pontificem

et virtute ⁊ nomine optime p̄ditum intellexiſſet:nō poterat ei (cū indigna ferret) non opitulari. Neſcio an hmōi lr̄e tuā ſublimitatē adierint. Illud nunc relatū ē.ꝙ tuā hanc curiā gaudio repleuit.nō ſine p̄cipua et ingēti laude tue ſublimitatis. Nā cū ep̄us idē nō tuo motu.ſꝫ aliquoꝝ potentū impulſu.quibꝫ nō facile reſiſtere poteras i captiuitatē ductus affirmaret.nūc illud plane dr̄ qđ innocentē p̄latum quē alieno i pulſu ceperas.tuo ſponte ſolūmodo relaxaſti.ex qua re patefacta ē animi tui innata ꝓbitas et ep̄i innocētia liquefacta. Quippe ſanctiſſim⁹ dn̄s nr̄.totuſqꝫ cardinalium cetus rectitudinē animi tui ⁊ ſingularē prudentiā magnis extollunt p̄conijs. Ego vo qui eūdē ep̄m iādudū virū ꝓbatiſſimū eē ꝯgnoui.eiqꝫ ſingulari amicicia ſuꝫ ꝯiunct⁹ nō ſolū laudo circūſpectōeꝫ ⁊ beneficētiā tuā.ſꝫ grās quas poſſuꝫ tue ſerenitati ago ꝓ ſalute hoi amiciſſimo reſtituta. Intelligēs nō me minus ea ꝺ cā tue glīe obligatū ꝙ ip̄m ep̄m. Erā etiā añ ſeruitor ſublimitatis tue mltis de cauſis obnoxius.ſꝫ accedē te hoc beneficio.nihil ē qđ iā mihi reliqui ſit.quin totū qđ poſſum maieſtati tue de beam. Ex roma nonis Auguſti. M.cccclvij.

Captat beniuolentiam ⁊ capellanū ſuuꝫ cō mendatum facit.

## Epiſtola.ccclxxx.

Eneas cardinalis Senen̄. Electo Vratiſlauienſi. S.p.d. Reuertitur ad ꝑtes iſtas dilect⁹ capellan⁹ nr̄ nicola⁹ creiol.canonic⁹ Vratiſlauiēſis.tibi iāpridē not⁹.ab eo ſenties quecūqꝫ apđ nos gerūt̄.⁊ qs anim⁹ nr̄ erga te ſit.q ⁊ tibi ⁊ domui tue nobiliſſime tāto magis afficimur.quāto indies pr̄is tui fra trū ⁊ tua erga nos merita magis recolim⁹. Itaqꝫ ñ erim⁹ i ſcribēdo lōgiores. Tātū dignatōi tue nicolaū ꝯmēdā⁹. Rogātes ſiq̄ ſūt q̄ ꝑ nos tui cā fieri poſſint.ita de nob ꝯfidas.quēadmodū veri aīci int̄ ſe ꝯſueuerīt. Datū rome nonis auguſti. M.cccclvij

Mere familiaris.

## Epiſtola.ccclxxxi.

Eneas cardinalis Senen̄. Heinrico Senftleben. S.p.d. Per nicolaum nr̄m canonicū Vratiſlauiēſeꝫ q nūc i alamaniā reuertit̄.ñ putam⁹ nccīū eē mlta ſcribē. Ita ei repēte factur⁹ ē iter.vt mlti eū p̄ceſſuri ſint. Viſita bit eñ quocūqꝫ i loco ſuo ex more cōpatres atqꝫ cōmatres. Nec dubitam⁹ eū cum ad te venerit qn volūtates italicas meli⁹ referre ꝙ ab eo diſcere valeas. Itaqꝫ partim⁹ vbis. Tm̄ rogam⁹ vt i re illa Varmiēſis eccl̄ie ſi qđ ei ꝯmittēdū vidr̄.id ꝓ tua prudē tia facias. Eſt eñ Vratiſlauiā petitur⁹ vt ait.⁊ a nobis habebit lr̄as ad ep̄m illum credētiales.vt ſi op⁹ fuerit eis vti poſſint. Reliq̄ ex eo audies quē fortaſſe licētiatū i decretis habebis. Vale ⁊ amicis noſtris nos effici cōmēdatos. Datū rome nonis au guſti. M.cccclvij.

Refert noua italie ⁊ ſe quantulus ſit in to to pollicetur.

## Epiſto.ccclxxxij.

Eneas cardinalis Senen̄. Iohāni cardiali ſc̄i angeli. S.p.d. Que ſupi oribꝫ diebꝫ apud nos geſta ſūt.ea iā ꝑ alias lr̄as tue dignatōi ſignificaui Nūc ſubijciā q̄ ſecuta ſūt.exinde ſcies qđ ſperādū ſit.qđ ve timēdū cōmūi xp̄ianoꝝ cauſe. Dn̄s noſter ſanctiſſimus nōnullā aduerſus Vrſinos indignatōnem induit.adeo vt etiā nepotē ſuū eccl̄iaſtice militie ducē ꝯ illos miſerit.caſtrūqꝫ ſancti gregorij ab eis extorſerit:nūc ꝯcordia tractat̄. Expectam⁹ exituꝫ rei pacēqꝫ magnope cupimus. Nā bella huic ciuitati caritatē annone nō ꝑuā inducūt. Fuit ip̄e ſanctiſſi mus dn̄s nr̄ his diebꝫ aliquātiſper egrot⁹:nūc diuino munē cōualuit.cui⁹ prudētia nō ē dubiū.qui reipublice ſalubriter ꝯſulat. Nepotes ei⁹ q patriarchā legatū i oriētē ſecuti fuerāt.atqꝫ ibi ob quedā malefacta ꝯprehēſi nudiuſquart⁹ rediē.vtqꝫ ſe crimi ne purgent.patriarcham criminantur.ſed domino nr̄o et ſacro collegio cognita ē il lius legati integritas atqꝫ conſtantia:nec ſiniſtri quicꝙ de eo facile creditur. An au tem nepotes ip̄i culpabiles ſint vt legati nuncij tradunt:id alij inueſtigent. Ego ⁊ ac cuſatores ⁊ excuſatores eoꝝ equis auribus accipio. Rex aragonū bellū habet ꝯtra Ianuēſes acerrimuꝫ.⁊ nūc vna nūc altera ꝑs naues in mari ꝑdit.ſed ip̄a ianua mi

ro afflicta eſt.q̄ non regis tm̄ ſed etiam ſuoꝝ exulum armis p̄mit᷑. Permus dux eius magno vir aīo ⁊ manu ꝓmptiſſimꝰ. miſeros ciues territat. q ſe non alio mō q̄ꝫ morte impiū poſituꝝ affirmat. ⁊ nūc hūc nunc alium ciuē ad necē rapit. q ſuis ꝯſilijs adūerſat᷑. Rex aū̄ ꝑ hos dies vt fama eſt inſigne opidū. Scarlinum noīe in tuſcia lucrꝰ eſt. ſi veꝝ eſt qḋ hodie mercatoribꝫ ſcṗtum ferunt. Id erat in ꝑtate dn̄i plumbanēſ. Ob quā rem ſunt q arbitrant᷑ non genuꝝ regem niſi ⁊ plumbini dn̄io potiat᷑. Quod ſi obtinuerit locum hēbit oportuniſſimum vnde ſeneñ florentinos ac ianuenſes cum velit laceſſere poſſit: atʒ vtinam non ex h̄ pax ytalica ꝯturbet᷑. hoc eſt ytalia. Que aū̄ in germania gerunt᷑ optime nouit dignatio tua. Cupio ſcire vbi locoꝝ atʒ gentium ſis. qd agas q̄ꝫ bene valeas ⁊ q̄ ſpes ſit rebꝫ agendis. Sunt em̄ q dignationem tuam egrotantem ſe reliq̄ſſe affirmāt: q̄ res mihi moleſtiſſima eſt. Ea ꝓpter ſuadeo hortor ⁊ obſecro vt ſanitatis curam geras: cureſqꝫ vt aliqñ reuertaris huc letꝰ ⁊ ſoſpes. qḋ omnes amici tui maxime cupiūt. Ego vͦo nihil magis deſidero q̄ꝫ te in domo tua rome ſepe vidē ⁊ alloq. ac ꝓ veteri ꝯſuetudine mā̄ſuetudīe tua ⁊ benignitate ꝑfrui. Nō offero me dignationi tue. aut familie tue vel amicis aliqd apud ſummū pontificē ꝓcuratuꝝ. Naʒ ⁊ minimū eſt qḋ poſſum ⁊ dignatio tua potentiſſimos cardinales hʒ q eiꝰ negocia fideliſſime gerunt. Itaqꝫ non eſt cur mea indigeas opa. Ego tm̄ q̄ntulꝰ ſum ⁊ tuus ſemꝑ fui ⁊ ero. Ex roma nonis Auguſti. M.cccc.lvij.

Excuſatio contra murmur g̃uaminis Germanice nationis.

## Epiſtola.ccclxxxiiij.

ENeas cardinalis ſeneñ. Martino mayer. S.p.d. Iocunde nob̄ fuer̄t lr̄e tue. q̄s in cauſa decani mogūtini ad nos ſcṗſiſti. erāt in eis pl̄es ꝑtes qbꝫ breuit᷑ rn̄debimꝰ. Congaudes de nr̄a ad cardinalatum ꝓmotōe. non ē ea res nob̄ dubia. Siqdem nr̄ honor tuꝰ honor eſt. ⁊ hāc dignitatē non minꝰ tibi creditā q̄ꝫ nobis eſſe: equū eſt te arbitrari. qñ int᷑ nos vera eſt ⁊ ſtabilis amicicia. q̄ iubet int᷑ amicos omnia eſtimari ꝯmunia. Quippe ſi qñ aliqd occurrerit in q̄ vel tibi vel ꝯſanguineis aut amicis tuis ꝓdeſſe poſſumꝰ: oñdemꝰ nos memores eſſe veteris beniuolentie ⁊ dulcis vſure. quaʒ ſimul in multis locis habuimꝰ. Que ſcṗſerunt nobis p̄ncipes electores. ⁊ tu etiam ꝓ decano moguntino non obaudiuimꝰ. nāetſi p̄poſituram wormatienſem apud nos libent᷑ retinuiſſemꝰ. ꝯcordauimꝰ tm̄ cum ꝓcuratoribꝫ eiuſdē decani de ꝑmutatōe. vt tam dictis p̄ncipibꝫ q̄ꝫ tibi ⁊ ipī decano quē iamdudū cognouimꝰ ⁊ amauimꝰ. rē g̃tam facēmꝰ. damꝰ nūc opam vt lr̄e expediant᷑ oportune. Illud aliq̄ntulū duꝝ eſt qḋ in calce lr̄aꝝ tuaꝝ ſcribis q̄relas. ſ. magnas fieri ꝺ romana curia. q̄ natōʒ germanicā multis incōmodet modis. Quatuorqꝫ capita tangis. Unū ē q decreta Conſtantieñ ⁊ Baſilieñ ꝯcilioꝝ ꝯpactataqꝫ nationis minime obſ̄uent᷑: ⁊ q̄uis in h̄ articulo omnia ꝯtineri videant᷑: tm̄ ſpecificas. q electōes canonice facte nō ꝯfirment᷑. q magna vis pecuniaꝝ ab his q bn̄ficia ꝯſequunt᷑ extorq̄t᷑. q ſub colore indulgentiaꝝ ⁊ decimaꝝ varijſqꝫ modis ex alamania pecunie hauriunt᷑. ⁊ deniqꝫ ſubiungis de gr̄a nr̄a quā obtinuimꝰ de bn̄ficijs in ꝯmēdam habēdis quaʒ inſolitā eſſe aſſeueras. Logimur ad hec nō nl̄ rn̄dē. ⁊ in p̄mis qdem fatemur q ſcribis inclitaʒ. ſ. natōʒ vr̄aʒ olim fuiſſe florentem ⁊ ſuis v̊tutibꝫ romanū impium meruiſſe. Adijcimꝰ tm̄ ⁊ illud excellentiſſimā bt̄i petri ſedem poſtq̄ꝫ ille martirio coronatꝰ eſt. ſꝑ rome fuiſſe. in q̄ q ſederunt. vicariatum xp̄i tenuere. claueſqꝫ ligandi atʒ ſoluēdi penes ſe habuere: ſiue greci: ſiue ytali: ſiue germani aut ex alia gente fuere: nec nunq̄ꝫ regni celeſtis introire ianuaʒ potuiſſe. q romanoꝝ pontificum auctoritatem ꝯtumaciter contempſere. nec hodie illis gloriandum eſſe q auctoritate ꝓpria leges ſibi ꝯſtituunt. qbꝫ ꝓ ſuo libito romane ſedis iuſſiones ſpernere poſſint. Hos em̄ catholica veritas niſi reſipuerint ante obitum: ignis eterni mancipio ſine intermiſſione deputat. Fatemur inſuꝑ aliquando in romana curia quam regunt homines aliqua fieri que digna eēnt emendatione. nec dubitamꝰ ipōs romane vrbis p̄ſules etiam inq̄ꝫtum homines falli errare. labi ac decipi poſſe. Sʒ vt ad q̄relas tuas veniamꝰ dicimꝰ tibi. dignum eē vt compactata cum vr̄a natōne ſuent᷑. Idqꝫ ſemꝑ p̄dicauimꝰ ⁊ in futurum predicare

non omittemus . Siqdem nationi tue a q̄ plurimum sumꝰ honorati. non minꝰ q̄ nr̄e
officimur. Verꝝ cū dicis decreta basilieñ. ꝯcilij n̄ custodiri. Idcꝫ putas iniuriosuȝ eē
natōi indignā dicimꝰ eē q̄relā tuā. Propter decreta em̄ basilieñ ꝯcilij int̄ sedē aplicā
⁊ natōȝ vr̄am discidium cepit. cū vos illa ꝑrsus tenēda diceretis. aplica vō sedes oīa
reijcēt. Itacꝫ fuit deniqꝫ ꝯpositio facta. in q̄ nos impatorio noīe int̄fuimꝰ. eaȝ certaȝ
legem dedit deinde inuiolabil̄r obſuandam. ꝑ quam aliq̄ ex decretis ꝯcilij p̄dicti re-
cepta vident̄ aliq̄ reiecta. Itacꝫ non iuste agis. si ꝑ omnia ſuanda esse decreta ꝯten-
dis. Sȝ venio ad electōnes. q̄s passim ꝯtemni refers. Ꝟ nos non inuenimus ita eē vt
asseueras. naȝ postq̄ ex alamania huc venimꝰ: plures eccl̄ie cathedrales eiusdē na-
tōis vacauer̄t. in q̄bꝫ vel postulatōes facte vel electōes fuere. De postulatōibꝫ nihil ē
qđ obijci possit: nam ille ex grā ꝑ̄ndent etiam vetusto iure. liberꝝcꝫ est pontifici ma-
ximo eas admittē vel reijcē. Electiones aꝉ si canonice fuerint ꝯpactatoꝝ vigore ꝯfir-
matōȝ merent̄. nec repelli pn̄t. nisi de vtiliori ꝑsona. Romanꝰ pontifex de ꝯsilio fra-
trum suoꝝ sancte romane eccl̄ie cardinalium duxerit ꝓuidendum. Ꝟ necꝫ h̄ est aliqđ
qđ rep̄hendi merito possit. De tp̄e dicimꝰ quo ro. curiam seq̄mur. Necꝫ em̄ (iam bie̅-
nio tm̄ est ꝙ h̄ sumꝰ) vlla electio huc allata est. q̄ rite ⁊ canonice facta ꝯt̄ra sit. Nam
traiecteñ electio de q̄ magni rumores habiti sunt. in ꝑsonam excoīcatam ceciderat.
Alie vō alios defectꝰ habuere. Itacꝫ vides non eē cur vr̄a natio circa electōes iustaȝ
q̄relam hēat. Qđ deinde subiūgis extorq̄ri multum auri ab his q dignitates vel alia
bn̄ficia assequunt̄. non est cur de hac sede ꝯq̄ramini. Ꝟ potiꝰ de cupiditate ⁊ ambitōe
vr̄oꝝ hoīm. q currentes ꝓ ep̄atibꝫ inuenientes ꝯpetitores. his q̄bꝫ palatium patet
certatim pecunias offerunt. Illi vō q alloq pontificem pn̄t. non sunt oēs sil̄es angel̄,
Ꝟ q̄les in almania. Galliacꝫ multos repias. recipiunt em̄ qđ offert̄ non extorq̄nt. ro-
manꝰ aꝉ p̄sul solus in thalamo suo nūc hos nūc illos audit. ⁊ illos ꝓmouē solet q ma-
gis cōmendant̄. nec scit nec etiam arbitrat̄ pecunie cā hos aut illos ꝯmendatōe p̄-
ferri. Nec sibi plus auri dat̄ q̄ ꝯcordata ꝑmittant. nisi fortasse. aliq̄n occasione expe-
ditionis ꝯ̄ thurcos. aliq̄n suꝑ annata recepit. qđ sibi ꝑfecto non fuit in tanta neces-
sitate negandum. habes ḡ in hac p̄te rn̄sionem nr̄aȝ. De pecunijs indulgentiaꝝ mira-
mur fieri q̄relam. Nam ille postq̄ collecte fuerant ꝑfecto romani pontificis arbitrio
non alteriꝰ erant distribuende. De decimis q̄cꝫ credimꝰ non eē indignum qđ refers.
Nam si alie natōes ꝓ expeditōe ꝯ̄ thurcos hn̄da decimas exhibent. non videmꝰ cur
et̄ theutones n̄ ꝯtribuant. Laudamꝰ tn̄ in ea re debitos adhiberi modos. Ceterꝝ cū to-
ta q̄stio de pecunia v̄tat̄. dicimꝰ hanc vetustissimaȝ eē q̄relam. q̄ nunq̄ auferri potuit
sꝑ em̄ sunt hoīes pecuniaꝝ auidi. ⁊ qđammō insatiabile. q cū multa lucri velint: ex-
ponē aliqđ sacrilegiū putant. nec vlla gens est q̄ aīo eq̄ ex regione sua asportari auꝝ
ferat. Hungari alamanos ea potissimū cā detestant̄. ꝙ in regno suo negociātes mul-
tum auri asportant. Eadem q̄rela ē polonoꝝ. eadē danoꝝ. In alamania q̄cꝫ q̄plures
gentes repiemꝰ. q̄ꝝ altera incusant alteram. q̄si argēti sui extortricē. nec curie vr̄oꝝ
pontificum accusatōibꝫ carent. Patȝ itacꝫ longe latecꝫ h̄ genꝰ q̄relaꝝ. Verꝝ q̄ dicas
Germaniam vr̄am quondam ditissimam fuisse. nūc vō ꝑrsus exhaustam ⁊ omni ere
vacuam esse: nos ꝯ̄ sentimꝰ illudcꝫ audacter dicimꝰ. nunq̄ germaniam ditiorem fuis-
se q̄ hodie. nunq̄ ornatiorem. nunq̄ armis potentiorem. si vni dn̄o paruerit. Nancꝫ
si legamꝰ vetusta tp̄a. inueniemꝰ germanos olim ritu vixisse barbaro. vestibꝫ vsos la-
ceris. Venationi tm̄ ⁊ agroꝝ culture dedisse opaȝ. feroces q̄dem homines ⁊ belli ap-
petentes. Ꝟ argenti ꝑrsus inopes. q̄bꝫ quippe nec vini vsus erat. Ipsa qȝ germania i-
tra mare ⁊ danubium. rursuscꝫ intra renum ⁊ albini ꝯtinebat̄. nunc vō q̄ntum trā-
gressa sit suos limites non ignoramꝰ. Nam plus fere est qđ extra nacti estis in gal-
lia Retia Norico. Vindelico atȝ in ip̄a Scithia seu Sarmatia: q̄ quod intus habu-
istis. Quid memoremus nobilissimas vrbes vr̄as ⁊ splendidissimas. ditissima tem-
pla. opulentissimos principes ac prelatos. certe non videmus ꝓuinciam esse q̄ com-
putatis omnibꝫ vr̄am supet. ꝙ si resurgēt aliquis illoꝝ theutonum qui tp̄e Iulij ce-
saris vixit. germaniam peragraret. vt arionistis: ꝑfecto diceret non esse eam terram

quam olim viderat. negaretqꝫ ſuam eſſe patriam. cū vineaꝝ ⁊ arboꝝ fructiferaꝝ ꝯſitiones: veſtitꝰ hoīm: vrbanitatem ciuium: ſplendorem vrbium: tantamqꝫ nitidaꝫ politiam apud vos ꝯtueret. Verꝫ hanc mutatōꝫ qs fecit in vobis niſi religio xp̄i? Cultꝰ quippe xp̄iane religionis a vobis barbariem omnem expulit. atꝫ ita expoliuit: vt iaꝫ Greci ipſi barbari. vos aūt recti latini appellari mereamini. Cultum aūt ſalutifere religionis ſi veꝝ fateri vultis. Roma vobis ⁊ ap̄lica ſedes dedit q̄ p̄dicatores ad vos mittens ydoloꝝ relinq̄re cultum. ⁊ veꝝ deum colere docuit. Plus eſt hoc martine q̄ꝫ aurum ⁊ argentum. plus eſt qđ accepiſtis q̄ꝫ qđ datis. Itaqꝫ decet vos accepti beneficij memores eſſe. qđ q̄dem tantum eſt. vt nulli poſſit theſauri compenſari. Tranſimus modo ad eam ep̄le tue p̄tē q̄ nos concernit. dicis nos ⁊ alios pleroſqꝫ ſancte romane eccleſie cardinales in ſolitas apud nos reſeruationes habuiſſe. indeqꝫ multos exoriri rumores. Nos ⁊ metenſem olim cardinalem. ⁊ alios nonnullos ſilibꝫ vſos ꝗtius comptum habemꝰ. ⁊ ab illis lr̄aꝝ nr̄aꝝ formaꝫ extraximꝰ. Reprehendis ꝙ he lr̄e ꝯpactatis aduerſari videant̄. dicimꝰ nihil in eis eſſe ꝯ ea q̄ concordata vocant̄. niſi fortaſſe illud recenſeat̄. ꝙ etiam monaſteria reſeruari vident̄. in q̄bꝫ electōi locus eſſe dꝫ. Nos de hac p̄te abunde ſatiſfecimꝰ dn̄o nr̄o. Duo em̄ diximꝰ eius beatitudini. Primum ꝙ nullius monaſterij electionem impedire vellemꝰ. Alterꝫ ꝙ nullum monaſterium acceptaturi eſſemꝰ ꝯ voluntatem eiꝰ p̄ncipis in cꝰ ditione ſitum eſſet: ⁊ ita ꝓcuratoribꝫ nr̄is dedimꝰ in mandatis. Quod ſi putas etiam collegiataꝝ prepoſituraꝝ electiones ꝯfirmandas eſſe. neqꝫ debuiſſe nos eaꝝ reſeruationes acceptare: longe falleris. nam ꝯcordata ip̄a dignitates p̄mas pſꝰ pōtificales ⁊ in collegiatis eccleſijs principales. ap̄lice ſedis diſpoſitioni p̄mittunt. in alijs aūt beneficijs inferioribꝫ hꝫ ip̄a ſedes ſuos mēſes: ꝙ ſi ſup hmōi bn̄ficijs ac dignitatibꝫ reſeruationes obtinuimꝰ. accepimꝰ a ſummo pontifice qđ nobis ꝯcedē potuit. ſine cuiuſpiam iniuria. Sꝫ arbitris fortaſſe bn̄ficia q̄ in germania ſunt: germanis potiꝰ ꝯmitti debē q̄ꝫ extraneis. nec nos aliť ſentimꝰ. Sꝫ cū nos iam annis ſup̄. xxiij. germaniam incoluerimꝰ. nō reputamꝰ extraneꝰ exiſtimari debere. cūqꝫ impatori ipſiqꝫ nationi longo t̄pe ſūma fide magnis laboribꝫ ſuierimꝰ. ⁊ nūc ad cardinalatū recepti. ea curemꝰ q̄ natōis ipiꝰ honori atꝫ vtilitati ꝯducant: ⁊ ita ꝓrſus agamꝰ vt natōne germani potiꝰ q̄ꝫ ytali putemur. Non iudicauimꝰ tribꝫ illis ꝓuincijs Moguntine Colonienſi Treuerenſi indignū videri aut ꝗue cenſeri: ſi annuo duo milia ducatoꝝ in eis obtineremꝰ ex illis bn̄ficijs q̄ ſedes ap̄lica ꝯferre h̄ꝫ. Putauiſſemꝰ etiā maiora in eadē natōe cui ſp̄ ſuiuimꝰ ſponte offerri: ſꝫ non ſumꝰ nos inſatiabiles. Contentamur eo qđ ꝓ debiti ſtatꝰ ꝯſuatōe ſufficiat. nec plura circa hoc. Qꝫ aūt opas tuas ad id offers vt gr̄e nr̄e fructū ꝯſeq̄mur. agimꝰ tibi gr̄as q̄ p̄tes amici non negligis. Idqꝫ rogamꝰ vt in ſueniente caſu oportuno ꝓrſus efficias. Scis q̄ ſit mens nr̄a ⁊ quō gr̄am nr̄aꝫ reſtrictaꝫ eſſe volumꝰ. ſi q̄ prepoſitura vacauerit aut eccl̄ia ꝓrochialis magni redditꝰ. velis ita efficē vt ad ꝯplemētum gr̄e nr̄e ꝑuenire poſſimꝰ. Deniqꝫ req̄ris an aliq̄d dicēdū faciendū ve ſit circa eā p̄tem q̄ natōeꝫ vr̄am ⁊ ap̄licam ſedē ꝯcernit. Rn̄demꝰ futuꝝ eē ad p̄ncipes electores nūcium ap̄licum laurentiū Rouarellam. cū eo poteris ſup hac re pleniꝰ loq. ſibiqꝫ cuncta ꝯm̄icare. q ꝓ ſua circūſpectōne non ignorabit. q̄ via ſit in talibꝫ incedendum. Nobis tn̄ illud ꝯſiliū videret̄. ꝙ p̄lati ⁊ p̄ncipes vr̄i ſi q̄ in re ꝗuamina ſibi nō digna inferri putant. legatos ſuos ad romanū pontificem mittē nō poſtponerēt. Et q̄ ſunt illa in q̄bꝫ ꝗuarent̄ exponerēt. peterentqꝫ debitam fieri reformatōꝫ. Naꝫ ſedes iſta ꝓ ſua inſita maſuetudine. vr̄is votis (q̄ q̄dem rōe ſubnixa eēnt) nunq̄ꝫ denegaret aſſenſum. Nos aūt etſi paꝝ valemꝰ. ſtudia tn̄ nr̄a ſp̄ in eo dirigemꝰ: vt inclite natōi germanice dū eq̄ poſtulauerit mos gerat̄. Vale optime archiep̄o Moguntino cui ꝓ veteri noticia ſumꝰ affectiſſimi effice ꝯmendatos. Ex roma die. viij. auguſti. M. cccc. lvij.

Cong̃tulat̄ ep̄o varadieñ e vinculis emancipato.

## Epiſtola. cccclxxxiiij.

Eneas cardinalis ſenenſ. Ep̄o Varadieñ. S. p. d. q̄ntū de captiuitate tua indig̃ ⁊ acerba doluiꝰ tātū mō de liberatōe gauiſi ⁊ ſūmope exhilarati ſu-

mus. Quippe non ſolum dignationi tue cuiꝰ bonitas ac innocentia magnifice pate- facta eſt: verũetiã ſereniſſimo regi ladiſlao ꝯgaudemꝰ. cꝰ bñficẽtia ⁊ animi rectitudo indies magis ac magis eluceſcit. Nanqꝫ ſicͭ nob̃ relatũ eſt. cũ ꝑſona tua ĩ arce budẽſi retenta fuit. mĩme animꝰ regius ad eam rẽ inclinatꝰ erat: ſ ſeduxẽt eũ eoꝝ ꝯſilia q tue ꝟtuti inuidebãt. nec rex adhuc iuuẽculus ⁊ in regno nouꝰ magnis ꝯſultoribꝫ ad- uerſari audebat. ceſſit furori loco ⁊ tpi. Illud tñ cauit ne qd in corpꝰ tuum emuli tui molirent̃. Sꝫ nunc q̃ ſua mẽs fuerit apte liq̃t. Naꝫ q alieni ꝯſilio atꝫ importunitate dignatõꝫ tuam in carcerẽ ꝯiecit. idẽ ſuopte ingenio libertatẽ tibi reſtituit. O quã rex nemo ẽ q ñ intelligat capturã tuã ab emulis tue ꝓbitatis. Libẽatõꝫ ꝟo ac ſalutẽ a ſo lo rege ꝓceſſiſſe. Eſt igr̃ qꝺ ⁊ tu ſerenitati regie quẽadmodũ hactenꝰ feciſti. ita ⁊ ĩ po- ſterꝝ ſumma cũ integritate ſuias. Nos aũt ⁊ ceteri q te amamꝰ gr̃as rẽferamꝰ qꝺ nos q dem mĩme negligemꝰ. Eramꝰ hactenꝰ occupati vt liberatõꝫ tuam lr̃is ap̃licis ⁊ nr̃is ꝓcurauremꝰ. q̃s bis regio culmĩ trãſmiſimꝰ. q̃ꝝ p̃mas mox intellecta nouitate trãſ- mitti curauimꝰ. Alteras ꝟo laurẽtiꝰ rouarella nũciꝰ ap̃licꝰ ſecũ attulit. Cui et ꝟbo ꝓcuratio tue ſalutis nob̃ annitẽtibꝫ ꝯmiſſa fuit. Sꝫ intelligimꝰ eum tuam dignatõꝫ iam reſtitutã liberati inuentuꝝ. qꝺ qdem ĝtiſſimũ eſt. nam ⁊ regñtiari regi q̃ ſupplica re longe eſt p̃ſtãtiꝰ. ⁊ honor tuꝰ maior ꝓculdubio reddit̃. cum non p̃cibꝫ ſ innocẽtie libertatem tuã ꝯceſſam eẽ manifeſte liq̃at. Rogamꝰ igr̃ deinceps bono aĩo ſis ⁊ iocũ- de viuas. de nobis ꝟo tanq̃ de veteri ⁊ fideli amico fidutiam obtineas. ſciens ꝙ vo- tis tuis q̃ qdem nr̃a in p̃tate fuerint nunq̃ deerimꝰ. Uale ⁊ reuerẽdiſſimis p̃ribꝫ ſtri goníenſi ⁊ ſancti angeli cardinalibꝫ ap̃lice ſedis legatis ſi qñ cum eis ꝯuenies mẽo- riam nr̃i facito. Datum ro. die. x. Auguſti. M. cccc. lvij.

Excuſatoria de ĝuamine nationi germa- nice illate ⁊ p̃cat̃ pacẽ cũ ladiſlao inire ⁊ ꝯ thurcos gladium vibrare.

## Epiſtola. ccclxxxv.

atq; ita te erigas vt intelligamus te nõ pati vt bonis verbis ⁊ pollicitationibus poſ
ſis illudi. Datum petrioli vt ſupra.

Reſponſio ducis mediolani ⁊ pollicetur in pſona propria contra thurcum ire.

# Epiſto. ccccvj.

Litteras tuas beatiſſime pr̃ vt grauiſſimas ⁊ ornatiſſimas. ita ardentiſſi
mi deſiderij plenas. xp̃ianeq; reip. ſtudioſa s. nõ miori delectatõe ꝙ̃ dolo
re. ſũma tñ cũ reuerẽtia vti par ẽ legi atq; ac curatiſſime plegi. In quib⁹
cũ tampie atq; elegãter xp̃iane religiõis fideiq; catholice calamitatẽ nõ modo vt lit
teris ſat erat narratã. veꝝ ſculptã effigiatãq; aduerterẽ: nõ potui nõ vehementẽ do
lere ⁊ angi. Nã o tpm nr̃oꝝ ignominiã ſingularẽ. O ppetuã etatis nr̃e infamiam.
O execrabile apud poſteros nomẽ eoꝝ qui viuunt. Hi populi quos cyrus vniuer
ſa aſya ſubacta in citeriorem ſcytiã primus ducere auſus ẽ. q vere a thamari vidua
fuſi, pſtrati ⁊ ad interemptionẽ deleti ſunt. regis capite ĩ vtrem ſãguinis miſſo. cuz
ex probatõe illa. ſatia te humano ſanguĩe quẽ ſitiſti. Quos inde poſt tpm ſpacia a p
ſe. maiori cũ apparatu. maioriq; exercitu terra mariq; ĩ greciã ductos. ꝙ̃ quiſꝙ̃ alius
quarũuis añ ſe aut poſt ſe etatũ nationũ gentium duxerit. temiſtodes parua manu
vicit. fudit. ⁊ in aſyã redire coegit. alexãder macedo ſubegit. Et qui nõ modo a ro
manis olim reꝝ dñis: veꝝetiaz a quibuſuis alijs impatorib⁹ nõ ſecus ac femine fu
gati. in poteſtatẽ acti ⁊ pecoꝝ more domiti ſunt. eoſdẽ populos eẽ dixi. Nãetſi thur
ci illi priſci his ſe populis ĩmiſcuerũt. eoꝝ mollicies ⁊ vetus patrie ꝯſuetudo atq; ha
bitus deſides illos effeminatoſq; reddiderũt. ita vt nomẽ dũtaxat thurcoꝝ apd' eos
mãſerit virt⁹ mox eẽ in ſcd'a generatõe extincta eſt. Quotiẽs em̃ poſt ea tpa a finiti
mis victi ſunt: Et ne longa exempla petamus. cũ patrũ noſtroꝝ memoria. eius q hac
etate thurcis impat auus. ſepius a tãberlano fuſus. tãdẽ captus ⁊ cathenis nudus
iniectus eſt. nunc tandem prochdolor nõ modo in europam tranſire auſi ſunt. veruz
nobiliſſimam illius partem ⁊ apud quam imperium olim fuiſſe ferunt cum pleriſq;
alijs non ignobilibus nationibus occuparunt: diripuerunt. ferro igneq; vaſta
runt. templa dei ſanctiſſima ⁊ vetuſtiſſima prophanarunt. cum maxima non popu
lorum modo. verumetiam procerum ⁊ ipoꝝ quoq; principum immaniſſima ſtra
ge. cum grauiſſima ⁊ ignominioſa nominis dñi noſtri iheſu chriſti iniuria. velut ſã
ctitas tua diſtinctius copioſius ſerioſius ſcribit. Errata dehinc mea ex illis cum fa
cile recognouerim. ⁊ ꝙ multis me deus optimus. maximis donis gratijs beneficijs
auxerit. nullo eum grato ſtudio fuerim proſecutus. Et quod mihi grauius ſuccenſẽ
dũ fore exiſtimo. cũ ꝯtumax illi vt ais rebelliſq; fuerim. multaq; in legem ſuam ſup
he deliquerim. quod neq; negare poſſum ⁊ facile fateor. nullo ſaltem digno opere ſa
tiſfecerim. dolui quidem. atq; vehementer ingemui. Cum tamen quibus procellis q
buſve periculis petri nauicula agitetur littere tue me attẽtum reddiderunt. etſi ple
raq; alia hoc vnum vel maxime lenito dolore in ſpem pariter delectationemq; me d
tit. ꝙ intelligam te quaſi celo ad hanc rem dimiſſo rectore ad ſalutis portum. ⁊ qui
dem incolumem eam reducere fore. Accedit ad hoc potentiſſimi illius principis phi
lippi ducis burgundie votum inſuperabile laudeq; immortali digniſſimum. cuius
virtus potentia auctoritas ad ſpem ipſam plurimum conferunt. Uerum ne epiſtole
modum excedam. ad eam partem me ꝯferam. vnde om̃is litterarum tuarum videt
oriri intentio. Hortatur me ſanctitas tua. ac multis ⁊ quidẽ robuſtiſſimis teq; ipo
digniſſimis argumẽtis. ſuadet pia atq; iuſta arma ꝓ ſalute publica ĩ mahometem

monſtrū ſpuriciſſimū capere .magnanimiqꝫ philippi imitari exēplū. Et vel in ꝓmis ſupmā maieſtatē tuaꝫ ſequi.que ⁊ eternā filij dei repſentat ⁊ vices illi⁹ gerit in terris Fateor beatiſſīe pr̄ nullā eē ad eternā felicitatē aut expeditiorē aut certiorē viā.aut fama et glīa digniorē.q̄ꝫ qd̄ ſupeſt mihi vite ꝓ noīe ⁊ glīa illi⁹ exponē.q humanaꝫ ſe induit carneꝫ.⁊ mori elegit quo hūanuꝫ genus nō mortale mō ꝓ peccato.ſed mortuū factū ad vitā reduceret ſempiternā. Fateor me philippo maiorē natu nō eē. Verū rei militaris ſcīa virtute auctoritate felicitate ꝓprijſqꝫ neceſſarijſqꝫ imꝑatoris mūerib⁹ nō mihi mō. ſed oīb⁹ multaꝝ etatuꝫ imperatorib⁹ ꝑferendū eē. Nūera clariſſimas ei⁹ victorias.gētes domitas.natiōes ſubactas.ꝓpl̄os ſub imꝑiū miſſos.et tandē reꝝ ab eo geſtaꝝ glīaꝫ añ oculos pone.quaꝝ teſtis eſt germania.teſtis gallia. teſtis britānia.q̄ꝫ q̄ꝫ ſāctitati tue longe notiores eē q̄ꝫ mihi certior ſint.Et facile inde intelliges eū dignū eē ī quē moles tāti ⁊ tāampliſſimi imꝑij deferat.⁊ cui⁹ auſpicijs xp̄iana arma ⁊ ſigna militaria moueant. Hūaniſſimū eū atqꝫ modeſtiſſimū principē. ⁊ dignitatē tuā clemētiſſimā ac ſapiētiſſimā ſcio.Sed vereor ne vires meas pace vtriuſqꝫ diperim ſup̄ modū exiſtimātes opinione fallami.Nolim tñ beatitudo tua dictū h̄ opinet.quo equū hūeris meis fugiā on⁹ īponi:quo ve parcere tibi fortaſſis recuſem.Parebo eni.ibo quo iuſſeris.⁊ oīa pagā que xp̄ianū hoīeꝫ ⁊ tue ſāctitatis ſtudioſiſſimū decet.tū ob reuerētiā clauiū.timorē dei ⁊ pietatē ī ꝓximū.tū ꝙ innata quadā īdignatione afficior.ꝙ etas nr̄a tāta ⁊ tāinſigni ignominia notata ſit. Opinaris ne btiſſime pr̄ quicq̄ꝫ vel nature mee cōmodi⁹ vl̄ ꝯſuetudi apti⁹ q̄ꝫ exercitiū caſtrēſe.ꝑſerti in q̄ ab adoleſcētia mea educat⁹ ſū ⁊ vſqꝫ ad hāc etatē verſat⁹. Pax mihi fateor ⁊ ī ꝓmis ytalica placet.ꝓ qua edificāda ꝯſeruāda āplificāda.nullā opā.nullū ſtudiū.nullaꝫ induſtriā aut ꝑtermiſi aut ꝑtermiſſur⁹ ſū. Vex ociū tāq̄ꝫ nature mee inimicū abhorrendū ſꝑ fugiendūqꝫ inſtitui.quo velut ſcribis.teſtantqꝫ medici in hāc nouiſſimaꝫ q̄ me ad exitiū ꝓpe inuaſit valitudinē incidi. Neqꝫ vxoris igit aut natoꝝ blādimenta. neqꝫ delectatio pricipatus.neqꝫ deliciaꝝ mollicies in ociū me cōpellūt.neqꝫ labores ⁊ ꝑicula quib⁹ aſſuetus ſū a capeſſendo bello hoc abſterrebūt.neqꝫ neceſſarioꝝ aut amicoꝝ ꝯſilia mētē ab inſtituto diuertēt.quin xp̄i crucē ſequar. quin facultates oēs meas ⁊ ipaꝫ quoqꝫ vitā ꝓ xp̄iana religiōe tuēda exponā. Sed ſuꝑ oīa ꝓ eterna felicitate adipiſcēda.quam ꝑ ꝓphetas ꝓmiſit de⁹.inde ꝑ filiū.nūc ꝑ te his oīb⁹ ꝓponit.q caput ſuū ꝯtra blaſphematores ⁊ inimicos fidei catholice deuouerint. Cōſueui btiſſime pr̄ ab ānis etiā min⁹ grauib⁹ fidelia amicoꝝ ⁊ neceſſarioꝝ ꝯſilia.⁊ quideꝫ attēte ſtudioſe diligēt audire ideqꝫ ꝓ ꝓuatis aut publicis negocijs.qd̄ meli⁹ arbitrat⁹ ſū eligere delibare diſpōere.facē. Nūq̄ꝫ ſatis apd̄ me ꝓbata ē eoꝝ ꝯditio. q cū apd̄ eos ſūma iperij vl̄ r̄gimis ſit.r̄gi malūt q̄ꝫ regē. Exiſtiat ne clemētia tua apd̄ me eē quēq̄ꝫ q ī eū furorē vl̄ demētiā vergeret.q dignitatis mee curā.q ſalutis publice ſtudiū.q felicitatis deſideriuꝫ diſſuadere auderet.aut me tāte fortaſſis ignauie.vecordie.deſidie vt tāfacile i falſoꝝ ſuaſoꝝ ſn̄iaꝫ traherer.de⁹ a me pi⁹ hāc mētis ſtupiditatē auertat. neqꝫ ſtat⁹ etiā mei iacturā formido. Eſt mihi vt tu dicis vxor v̄tute ac reꝝ expiētia ꝑ dita.nō min⁹ dilecta q̄ꝫ deſiderata a ꝓpl̄is. Eſt ⁊ galeaci⁹ ꝓmogenit⁹ me⁹ iā grādis et ſup̄ etatē prudēs. Sūt ⁊ veneti nō federe ſolū mihi h̄ amicitia ſingulari beniuolētia qꝫ ꝯiuncti. Florētinos eo loco hēo q̄ tu ip̄e dicis. A xp̄ianiſſimo frācoꝝ rege in oēm caſum fauorem rebus meis auxilia.ſubſidia.ꝑſidia.preſtolarer. Cuꝫ ceteris vo finitimis nulle mihi ꝯtentiones nulle ſimultates.nulle inimicitie ſūt. Et ſuꝑ oīa dei mihi filiū ſpero ꝓ cui⁹ glīa ⁊ noīe pugnatur⁹ ſū optimū defenſorē. Itaqꝫ neqꝫ etas neqꝫ molliū deliciaꝝ cupiditas.neqꝫ domi reꝝ meaꝝ metus.neqꝫ pecuniaꝝ defect⁹ quib⁹ te inueniēdis optimā operā nauatuꝝ exiſtimo.a ſāctiſſimo me deſiderio tuo atqꝫ ab inſtituto meo diuertent. Vereor tñ beatiſſime pr̄ ne circa duo nos breuitas temꝑis vrgeat.⁊ ꝙ ad tantū apparatū terra mariqꝫ diſponendū quantus huic marie expeditionis moli neceſſarius eſt.paruꝫ ad ver vſqꝫ primū ſpacij datū eē exiſtimē.⁊ ꝙ quia pleriſqꝫ malis priſtine egritudinis reliquijs teneor.que niſi quottidie magno ſtudio ⁊ diligētia curarentur in maximū me ꝑiculū traherēt. Inſtituerūt medici adhibito

magni examinis ꝯſilio balneis illas curare atꝫ ꝯſumere. pollicenturq̄ illis me ad ſalu
brē & integram valitudinē reſtituere. qđ ſi factū vt ſpero fuerit. aliaqꝫ (qđ deus auer
tat) legittima cauſa nō aduenerit. inſtitui q̄ꝙtū ſupeſt mihi vite. ꝓ defendēda xpiano
rū religione. ꝓ fide catholica ampliāda. ꝓ dei euāgelio ꝯſeruādo. ꝓ mahometis ydo
latria ex ſāctiſſimis dei tēplis iam nō ſolū ꝓphanatis ſed adulteratis. peſſundatis.
dirutis. expellenda deducere. Nā ſi decius pariter & decij fili⁹. ꝓ ſenatus ꝓplicqꝫ ſui
victoria. ſi plerīqꝫ alij romani ꝓ patria. ſi innumerabiles pene oīm etatū gentiū na
tionū ꝓ mortali dumtaxat gloria ſeſe deuouerunt. quid nobis faciendū. qb⁹ celeſtis
glīa ac beatitudo eterna ꝓponit. Ibimus ꝑfecto in expeditionē hāc. & ptē nr̄am ꝓ in
corruptibili corruptibilē. ꝓ celeſti terreſtrē. ꝓ eterna mortalē. ꝓ ꝑpetua caducā ex
ponemus. Et q̄ꝙ̄ ꝓ tua ſingulari prudētia magnaqꝫ rer experiētia oportūe te deſide
raſſe exiſtimē. que ad hāc maximā expeditōꝫ neceſſaria ſint: tua tn̄ ſingulari benita
te & clemētia fretus. velut qui rei bellice ſtudioſiſſimus fui dicā quid ſentio. Primū
qđ in bellis ſuſcipiēdis ꝯſiderādū eſt. & magno ꝯſilio explorādum. quāta ſit inimi
cor potētia. quātus & qualis exercit⁹. que ſit eor militādi diſciplina atꝫ induſtria.
q locor ſit⁹. qb⁹ vel ſe valeat exteris p̄ſidijs auxilijſqꝫ tueri vel impugnare hoſtē atꝫ
repellere. Dehinc ita ſe ad bellū parare. vt optima ſpes de victoria hēat. Thurcor
q̄dē potētiā adeo ſpernēdā. vt que ad victoriā neceſſaria ſunt negligamus nō cen
ſeo. neqꝫ vt ab inferēdo bello deſiſtamus timendā. Vide quid capla iſtinc ad me trāſ
miſſa. dehinc illa eadē diligentius ac maiore ſtudio a viris (vt par eſt credere) ini
micar viriū & facultatū expertis. examinata atꝫ digeſta oſtēdāt. Trecēta milia mi
litū thurcor imꝑatorē ducturū fore affirmāt. pleroſqꝫ deinde alios mahomete ſecte
reges. tū ob eor ꝑfidiā. tū ꝙ ſibi ac rebus ſuis gētib⁹ populis regnis timebūt. thur
cor ruinā deſolatōemqꝫ paſſuros nō recte exiſtimāt. Ad q̄ lr̄e tue eos ꝓplos inermes
effemiatos imbelles eē r̄ndēt. Fateor q̄ꝫ beatiſſime pr̄ maximā eor ptē eiuſmodi eſſe
Verꝫ ī armis bellicīſqꝫ expeditōib⁹ vti facile meminiſſe poſſum⁹. mltos etatis nr̄e ā
nos cū maxia xpianor ſtrage verſati ſint. arma hn̄t ad emin⁹ cōminuſqꝫ pugnādū
Pro eor lege atꝫ imꝑatore nō mō parere impio ſed mori q̄ꝫ docti atꝫ parati ſūt. Hn̄t
p̄terea & ad inuadēdū & ad fugiēdū eq̄s agiles corpaqꝫ eor agilia. Adde etiā caſtris
ſexdecim vt ples affirmāt pugnator milia q̄s zanectarios vocāt robur firmamētū
qꝫ militie phalangis. inſtar armis aſſuetos. rei bellice exꝑtos. diuerſar nationū di
uerſarūqꝫ gētiū mercede ꝯductos. Huic ſicut nō timēdo ita nō ſpernēdo exercitui. q̄
les ꝓ adipiſcēda victoria vires oppnēde ſint. q̄leſqꝫ exercitus ꝯducēdi. & ſi cū philip
po ceteriſqꝫ in tuis lr̄is noīatis ſatis erit gētiū ytalicar ear. ſ. que in hāc expeditōꝫ
ducēt ad monſtr hoc virulentū & fetidū. ꝯculcādū. te nō p̄uidiſſe mō ꝰ ꝓuidiſſe cer
tior ſū. Noui eīn ſicut acumē ingenij. ita & maximar rer exꝑiētiā. ita ſingularēꝫ ac
ꝓpe diuinā ſapiāꝫ tuā. Itaqꝫ aliar te nationū xpianar pricipes potētatuſqꝫ ad ſup
plēdas exercitus tui vires aut vocaſſe aut vocatur nō dubito. Et q̄ꝙ̄ cōmonitiōes
has p̄ſūptōe certe nō carere ꝙ mineruā inſtrui velim plane ꝯgnoſco. fidelr tn̄ beni
gnitati tue dictas pie atꝫ hūane ſuſcipias oro. Si igit̄ vt ſoles cetera oīa. ita hec q̄ꝫ
recte inſtituiſti. n̄ mō europa mahometeā ydolatriā depellem⁹. ver xpiana ſigna in
aſyā t̄ducem⁹. irlm dī ſacrariū recuꝑabim⁹. Ihu nomē fidēqꝫ catholicā ſcr̄mqꝫ euā
geliū ī ea loca reſtituem⁹. in qb⁹ ꝑ aplos tradita olim atꝫ ꝓpagata fuerāt. deſideratū
triumphū romā ad ſedē tuā reportaturi. Capitoliū q̄ꝫ obliterata laurea barbaricis
oriētaliū ꝓplor ſpolijs cingemus. quibus tandē lateran̄ petriqꝫ baſilicā exornabim⁹
Verū qm̄ huic expeditōi p̄n̄tiā tuā p̄ſtatur affirmas. cogitāti mihi atꝫ ipm̄ accura
te p̄ēſanti. quid vtilitatis ad hāc rem gerendā. quidve detrimēti ea ipa afferre vale
at. multis hinc atꝫ inde argumētis. & quidē firmiſſimis agitata. mens nequit n̄ tra
hi in varias diuerſaſqꝫ ſentētias. hoc vnū quietē mihi ipſā ſpeiqꝫ optime plenā red
dit. ꝙ intelligā rem hāc a te mature vt eius mos expoſcit grauiter ſtudioſe diligent̄
ꝯſideratā. Itaqꝫ quicq̄d a te excogitatū deliberatūve fuerit. id mihi n̄ hūano ꝰ diuino
ꝯſilio factū eſſe ꝑſuadebo. Datū mediolani. viij. kl. nouēbris. Anno. M. cccc. lxviij.

Hortatᷣ ratõnibꝫ. ne virũ ꝓhibeat ire ꝯtra thurcũ. **Epiſt. CCCCVII.**

PIus eṗs ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilecte filie nobili mulieri blance mediola-
ni ducifſe. S. ꝛ apoſtolicã benedictionẽ. Uirum tuum aduerſus impios
thurcos arma ſumere iubet deus. hoc eniꝫ ei ſcribimus. vide ne obſtes.
Periculoſum eſt diuine voluntati reſiſtere. Periclitatᷣ xp̄iana religio. In foribus
hoſtes aſſunt. Prope ad radicem poſita eſt ſecuris. niſi vigilamꝰ. niſi forti aĩo reſi-
ſtimꝰ hoſti: actũ eſt de nomine xp̄iano. Spes magna ſalutis ĩ tuo viro ſita ẽ ſi ſũpſe-
rit arma ꝛ ſcutum: ductorẽq; ſe xp̄ianis p̄buerit: liberabit dñs in manu eius popu-
lum ſuum ꝛ imaniſſimũ draconẽ ꝯteret. Qđ ſi ꝓuinciam hanc recuſauerit: nec diui
ne vocationi paruerit: ceteri quoq; ſe ſubtrahẽt. impedietᷣq; ſua culpa xp̄iane fidei
expectata defenſio. qđ de ſua magnanimitate haud quaq̃ putamꝰ. cui magna ſemꝑ
ꝛ preclara cordi fuerunt. Teipſaꝫ veremur ne viri ꝓpoſito aduerſeris. ne retẽtes ire
volentem. obijcieſq; more mulierũ mille pericula amantis eſt ab amato nõ poſſe di-
uelli. Concedimꝰ iſta ꝯiugio. nec miramur acerbã tibi futuraꝫ eius abſentiã. ſic ma
ritalis expoſcit affectio: ſed maior eſt xp̄i caritas. Si plus virũ q̃ deum diligis nõ
es deo digna. In euangelio hoc legiſti. Deo nihil negari põt. Caue ne tui amoris
cauſa viꝝ a deo ſeiungas. Odire hoc eſſet nõ amare. Noli eſſe impedimento his q̃
diuina maieſtas ordinat. Recordare quot accepiſti a deo bona. nec velis ingrata vi
deri. Deus hũc tibi quẽ diligis virum dedit. audebis ne ꝓ paruo tp̄e repoſcẽti nega
re? Conceſſum in multos annos. in paucos mẽſes ꝯcedẽti nõ ꝑmittes. Caue ne cele
ſtem maieſtatẽ offendas. in cuiꝰ manu eſt viꝝ tuum auferre cum velit. nihil ei negan
dum eſt qui põt cogere. Siue veniat ꝯiunx tuus vt ea faciat q̃ iubetᷣ. ſiue deleat pec-
cata ſua hoc itinere ꝛ ſue ſaluti ꝯſulat. eris tu quoq; meriti ſui ꝑticeps. ſi ꝓ ſeruitio
dei mariti abſentiã equo aĩo tuleris. Propone tibi ꝛ ꝯiugi moriẽdũ eſſe aliqñ: ꝛ ꝙ
etate ꝓuecti ambo diu ſimul in hᷣ ſeculo eſſe nõ poſſitis. Fugit vita mortalis. ꝛ q̃i fu
mus cito euaneſcit. querẽda ẽ altera q̃ neq; moleſtias habet neq; finẽ. Illic thezauri
ſandũ eſt. illuc aſpirãduꝫ. Si virũ tuũ in ꝓuinciã ſibi decretam iuſſeris ire. aut ire
volentem nõ impediueris ꝛ illi ꝛ ſibi optime ꝯſules. ambo poſt hanc vitam cum xp̄o
regnabitis. alioquin ꝛ illi ꝛ tibi timemus. Hortamur igitur ne viam viri impedi-
as. ne abſentiam parui temporis inuita ſuſtineas. Redibit ne dubita cito ad te glo-
rioſus: gaudebiſq; ꝛ tui ꝛ ſui cauſa. Ambo in hoc opere celeſtis vite premia conſeq-
mini: ꝛ qui fuiſtis in hoc mũdo felices: in altero eritis beati. Pius ꝛ miſericors de-
us in aĩo tuo ponat que ſue ſunt beneplacita voluntati. Datum rome.

Mandat electũ eṗm aſſũmere ꝛ nullis ad-
uerſis ꝯtra ire. **Epiſtola. CCCCVIII.**

PIus ꝛc̃. Dilecti filij. S. ꝛ. a. b. Cõmiſſa nobis deſuꝑ cunctoꝝ fideliũ cu-
ra. nos vigilare cogit. ne ſathan diuiſionis auctor aduerſariꝰ noſter p̄ua-
leat: ꝛ creditas nobis oues aut mactet aut diſſipet. Hinc eſt ꝙ cauſe ec-
cleſiaſtice libertatis ꝛ iuriſdictõnis ꝯſeruãde ꝯtra vos ꝑ dilectum filiũ electum leo-
dieñ. dñm veſtrum mota: ꝛ ob hoc eccleſiaſticũ interdictum poſitum: offeratiſq; vt
intelleximꝰ ea que ad huiꝰ differẽtie ſublationẽ oportuna creduntᷣ. Dignũ arbitrati
ſumꝰ vt vices noſtras in ea cauſa taliter interponamꝰ. ꝙ eccleſia leodieñ. releuetᷣ ꝛ
diuinꝰ cultus reſumatᷣ: atq; inter vos ꝛ ip̄m dñm vr̄m bona pax ꝛ ꝯcordia fiat ꝛ ꝯſer
uetur. Ob quã rẽ felicitᷣ ꝑagendã mittemꝰ de ꝓximo virũ ꝓbatũ ſufficiẽti de hac po
teſtate fulcitũ. Quapropter vos in caritate hortamur: atq; ap̄lica auctoritate diſtri
cte p̄cipiẽtes mãdamꝰ. ne ꝑ vos aut ꝑ veſtros ſeu aliũ queq̃ dicto dño vr̄o electo. ſeu
alijs quibuſcũq; ĩ hac cauſa aduerſarijs moueatis guerras: aut via facti ꝯtra ip̄os
quicq̃ attentare preſumatis. ſed venturum ad vos noſtri ex parte expectetis: ne ſan
guinis effuſio (ſi qđ abſit interuenerit) deum offendat ꝛ cauſam ip̄am difficiliorem
deſperatãq; reddat. Datum rome apud ſanctum petꝝ ſub annulo piſcatoris die. ij.
Januarij. anno. M. cccc. lxiij.

Penitet olim cõpoſuiſſe tractatum de duobꝰ ſe amantibꝰ.

Tractatum de amore olim ſenſu pariterq; etate iuuenes: cum nos ſcripſiſſe recolimus karole fili dilectiſſime: penitẽtia immodica pudorq; ac meror animum noſtrum vehementer excruciant. quippe qui ſciamus quiq; ꝑteſtati expreſſe fuimus duo contineri in eo libello: apertam videlicet ſed heu laſciuam nimis prurientemq; amoris hiſtoriam: ⁊ morale quod eam conſequitur edificans dogma. Quorum primum fatuos atq; errantes video ſectari ꝗ̃plurimos. Alterum heu dolor pene nullos. Ita impravatum eſt atq; offuſcatum infelix mortalium genus. De amore igitur qua ſcripſimus olim iuuenes contemnite: o mortales atq; reſpuite. ſequimini que nunc dicimus. ⁊ ſeni magis ꝗ̃ iuueni credite. Nec priuatum hominem pluris facite ꝗ̃ pontificem. Eneam reijcite. Pium ſuſcipite. Illud gentile nomen parentes indidere naſcenti. hoc chriſtianum in apoſtolatu ſuſcepimus. Porro ſi quẽ deſcripſimus curiali lucrecieq; amorem deuoti vt accepimꝰ O miſeri O inſipientes perlegitis huc propenſius iamiam accedite. Quando quidem non duorum modo ſed omnium amorem. immo vt poete fingunt deum amoris cupidinem quanto valemus ingenio quanto poſſumus artificio deſcribemus. Si artem queritis o ſcriptorum noſtrorum curioſi lectores: plus artis profecto hic ꝗ̃ ibi reperietis. Si fructum. ſi cõpendium. ſi ornatum hic totus eſt fructus cõpendiũ totum: de ornatu aliorum detur iudicium.

Vidimus effigiem laſciui nuper amoris
Que nimium mentem mouit imago meam
Nec barbã malis. nec corpe tegmen habebat
Nudus terga manus pectora crura pedes
At humeris ale ſuberant et flexilis arcus
Lumina ſub tenero ceca ſupercilio
Cur puer imberbes nulla lanugine malas
Cur melius nulla corpora veſte tegat
Lumine cur careat pharetram cur geſtet et arcum
Cur habeat pennas calliopea refer
Sic ego. Sic retulit queſitas ilico cauſas
Maxima pegaſei calliopea chori
Qui ſapit euitat maleſana cupidinis arma
Et tm̃ pueros intrat ineptus amor
Siue ꝙ eſt puero ſimilis qui cepit amare
Et perit mente. pingitur inde puer
Pingitur et nudus. nullum ſeruare pudorem
Et meminit ſimplex et manifeſtus amans
Pingitur et cecus quia non bene cernit honeſtum
Nec ſcit quo virtus quo ferat error amans
Vel quia que peccet credat ſecreta latere
Cuncta nec in ſeſe lumina verſa videt
Sic eſt omnis amans ſic ſe ſic omnia neſcit
Conſilium famam federa iura deos
Aurea ꝙ curuo torquebat ſpicula cornu
Pungere corda ferus ſignificatur amor
Et leuibus volucres humeris ſuſpendeat alas
Cauſa eſt. huc illuc ꝙ leuis errat amans
Vel ꝙ amor curſum non ſemper ſeruat eundem
Nunc abit et paruas poſt redit inde moras
Dixerat. et preſſis ommutuit ora labellis

Effudi tales protinus ore ſonos
Quam vidi effigiem pharetram geſtabat et arcum
Fax tamen in dextera non fuit vlla ſua
Sed quoniam veterum finxere poemata vatum
Quos ego quid temere commemoraſſe putem
Dic quare nam tedas fertur geſtare cupido
Dic precor armatas cur habet igne manus
Queſitam verbis reſpondens muſa duobus
Sic leuiter cauſam reddidit Urit amor
Accipe laſciui quenam ſit amoris imago
Carole cypriace gloria magna ſoli
Ut melius miſerum caueas dum noris amorem
Et redeas ad te dum mea metra leges

NOn inſule igitur vt eſt apud lactantium quidam poeta triumphum cupidinis deſcribens non modo potentiſſimum deorum cupidinē ſed etiā victorem facit. Enumeratis eñ moribus ſingulorꝝ quibus in poteſtatē cupidinis ditioneqꝫ veniſſent. inſtruxit pompā in qua iupiter cum ceteris dijs añ currum triumphantis ducitur cathenatus. Elegant̄ id quidez a poeta figuratum. ꝭ tamen nō multum diſtans a vero. Qui eñ virtutis eſt expers: qui cupiditate aut libidinibꝫ vincitur malis. non cupidini vt ille finxit ſed morti ſubiectus eſt ſempiterne Stultus aūt marcuſtullius inquit lactantius. qui gayo verri adulteria obiecit: eadem eñ iupiter quem colebat admiſit. qui P. clodio ſororis inceſtum. At illi optio maximo fuit ⁊ ſoror ⁊ ꝯiunx. Quis eſt ergo tam excors. qui hunc regnare in celo putet. qui ne in terra quidem debuit. Aſpice quoqꝫ phōs vite magiſtros. moreſqꝫ eorū ⁊ vitam diligenter inquire: ⁊ inuenies paucis exceptis iracūdos. cupidos. libidinoſos. arrogantes. proteruos: ⁊ ſub obtentu ſapientie ſua vicia pallia ntes: cum domi faciant ea que in ſcolis arguiſſent. Mentior fortaſſe accuſandi grā. Nōne idipſum tullius fatetur ⁊ querit in hec verba. Quotus quiſqꝫ phōrum inuenitur. qui ſit ita moratus. ita animo ⁊ vita inſtitutus. vt ratio poſtulat: qui diſciplinam non oſtentationem ſcientie legem vite putet. qui obtempet ipē ſibi ⁊ decretis pareat ſuis. Uidere licet alios pecunie cupidos. alios glorie. multos libidinum ſeruos: vt cum eorū vita mirabiliter pugnet oratio. Hec cicero. Qua de re coacti ſunt ꝙplures. hij vō maxime qui ſequuntur in venerem. inqꝫ libidinoſos et molles. immo in brutales veneris mundiqꝫ amatores taliter exclamare.

Prudentius

Ha venus ad nutum trahis omnia numina celi
Aſtra moues alioqꝫ rotas errore planetas
Accendis gelidam ſub fratris lampade phebem
Tu fera. tu ceca. ceci tu ianua leti
Corpora tu maculas animas in tartara mergis
Abde caput triſti: iam ferrida peſtis abyſſo
Occide proſtibulum. manes pete. claudere auerno
Inqꝫ tenebroſum noctis detrudere fundum

Architrenius

Combuſſit frigium paſtorem pergama grecos
A veneris ſurgens faculis amor ignis et ira
Canduit alchides veneris meſſiqꝫ fauilla
Hoc ſale ſal hominum ſalomon inſulſos amari
Demeruit. morem qui amaro geſſit amori

Iuuenalis
Sunt qui vicia Herculis inuadunt.⁊ de virtute loquuti
Clunem agitant ego te ceuentem ſexte verebor
Infamis varillus ait.quo deterior te
Loripidem rectus derideat ethiopem albus

Lactācius. Igitur qui docent tm̄ nec faciunt. ipſis preceptis ſuis detrahunt pōdus Quis enim obtemperet cum ipſi preceptores doceant non obtemperare. Bonuꝫ eſt recta ⁊ honeſta precipere ſed niſi ⁊ facias mendatium eſt. Et eſt incongruens atqꝫ ineptum.non pectore ſed in labijs habere bonitatem

Seneca in ep̄lis. Pleriqꝫ ph̄orꝝ tales ſunt vt ſint deſerti in cōuicium ſuum. Quos ſi audias in libidinem in auaritiā in ambitionē perorantes.iudiciū ſuum ꝓfeſſos putes.adeo redūdant ad ipōs maledicta in publicū miſſa. Quos nō aliter intueri decet q̄ꝫ medicos.quorꝝ tituli remedia habēt pixides venena. Quoſdam vō nec pudor tenet viciorꝝ ſed patrocinia turpitudīs ſue fingūt.vt etiā honeſte peccare videātur. Faciet em̄ ſapiēs que nō ꝓbabit vt etiā ad maiora tranſitū inueniat.ꝫ reliquet mores bonos ꝫ tempori aptabit ⁊ quibꝫ alij vtunꝫ in gloriā aut voluptatē vteꝫ agende rei cauſa. Lactanti⁹ inſtitutionū libro tercō Ariſtippo cirenaicarꝝ mg̃ro cum thaide nobili ſcorto fuit ꝯſuetudo. Qd̄ flagiciū grauis ille ph̄ie doctor ſic defendebat:vt diceret multū inter ſe ⁊ ceteros thaidis amatores intereſſe: q̄ꝫ ip̄e haberet thaidē.alij a thaide haberenꝫ. O p̄clara ⁊ bonis imitāda ſapientia. Huic viro liberos in diſciplinam dares.vt diſcerēt habere meretricem. Aliquid inter ſe ⁊ ꝑditos inteſſe dicebat:q̄ꝫ illi ſua bona ꝑderent ip̄e gratis luxuriareꝫ. In quo plane ſapiētior meretrix fuit:que ſic ph̄m habuit ꝓ lenone.vt ad ſe omnis iuuētus doctoris exemplo ⁊ auctoritate corrupta ſine vllo pudore ꝯcurreret. Quid ergo interfuit.quō ph̄s ad meretricem famoſiſſimam ꝯmearet:cum eum populus ⁊ riuales ſui viderent omnibus perditis nequiorem. Nec ſatis fuit ita viuere ſed etiaꝫ docere libidines cepit:ac mores ſuos de lupanari ad ſcolas trāſtulit.diſſerēs voluptatē corpis eſſe ſūmuꝫ bonū. Que doctrina execrabilis ⁊ pudenda nō in corde ph̄i ſed in ſinu meretricis eſt nata.

## Epi.ccccx.

Reſerat thurco fidei noſtre veritatem.et colliꝺit errores machometi atqꝫ ſectam ſuam.

Pius ep̄us ſeruus ſeruorꝝ dei. Illuſtri machometi principi thurcorꝝ. Timorem diuini nōis.⁊ amorē. Scripturi ad te aliq̄ ꝓ tua ſalute ⁊ gloria.procꝫ ꝯmuni multarꝝ gentiū ꝯſolatione.⁊ pace. Hortamur vt benigne audias verba noſtra nec prius damnes q̄ꝫ iudices.nec prius iudices q̄ꝫ ſingula diligēter intelligas. Accipe que ſcribim⁹ in bonam ꝑtem. ⁊ vſqꝫ in finem patienter audi. Si bona ſunt que ſuademus.amplectere:ſin mala.reſpue et in ignem mitte. Neqꝫ idcirco ep̄lam reijcias q: xp̄iani hōis eſt.⁊ ei⁹ xp̄iani qui ceteris p̄eſt. Non enim te odio ꝑſequimur.neqꝫ tuo inſidiamur capiti.q̄uis nr̄e religiōis hoſtis exiſtas.⁊ armis xp̄ianam vrgeas plebem.operibꝫ tuis non tibi ſumus infenſi. diligim⁹ iubēte dn̄o inimicos nr̄os.⁊ ꝓ ꝑſecutoribꝫ noſtris oram⁹. Sapientibꝫ ⁊ inſipientibꝫ debitores ſumus.⁊ omnes cupim⁹ fieri ſaluos. Grecos. Latinos. Iudeos. Saracenos omnibꝫ optamus bona. Sed ſcimus vera bona neminē aſſequi poſſe. qui extra euāgelium degit.⁊ a xp̄o dn̄o noſtro eſt alien⁹. Noli aūt aures claudē aut oculos auertere.cuꝫ xp̄m nōiam⁹.quē machometea lex in qua natus es.⁊ virū ſanctū ⁊ ꝓphetā magnū.⁊ virginis filiū.⁊ miraculis clarū dicit. Multa tibi ꝑ eum ⁊ maxima bona aduenient ſi ei credideris ⁊ eius ſacris initiari volueris. Horreſces hec cum principium accipies:ſed audiēda eſt tota lex.deinde iudiciū ꝓmendū. Audi quō tendim⁹ Multa tibi ⁊ tuis ꝓgenitoribꝫ cum xp̄ianis bella fuerūt. Multus ſanguis effuſus eſt. Multe vrbes delete. Sacre edes incenſe. Rapte virgines. Violate matrone. Vaſtati agri. Scelera perpetrata ſunt.quecūqꝫ in mentem venire pn̄t dum thurc⁹ ⁊ xp̄ianus vter imperet gladio ꝯtendit. Tibi vt fama ⁊ op̄a ip̄a loquuntur. ingens deſiderium eſt xp̄ianos ſub iugum mittē.⁊ imperiū latini nōis obtinere. Et ſūt for-

taſſe qui hoc facile ſuadent.⁊ omnia tuis armis peruia dicunt:⁊ aliȷ̈ tuas vires am
plificantes xp̃ianas attenuant. aliȷ̈ in diuiſionib⁹ ⁊ odiȷ̈s que gentem noſtram exce-
dunt ſpem collocant.haud difficile exiſtimãtes eos vinci ab exteris poſſe: qui domi
diſſident. Nos nõ ita ignarum te credimus noſtraruꝫ rerum: quin ſcias quanta eſt
xp̃iane gentis potentia ꝙ valida hiſpania.ꝙ bellicoſa gallia.ꝙ populoſa germania.
ꝙ fortis britannia.ꝙ audax polonia.ꝙ ſtrẽnua hungaria. ꝙ diues ⁊ animoſa ⁊ bel-
licarum perita rerum italia. Sola hungaria diu progenitores tuos ⁊ teip̃m fatiga-
uit Octuageſimum iam annũ aduerſus hungaros thurcoꝝ ſigna ferũtur: ⁊ adhuc
circa ſanum ac danubium herẽt.vna te gens tuaſqꝫ vires agitat. quid facias ſi tibi
cuꝫ italis.aut gallis.aut germanis res fuerit ampliſſimis.⁊ robuſtiſſimis populis
Fortaſſe eſt q dicat iuſtinianũ im̃patorem cõſtantinopoli ſedentem miſſo in italiam
Belliſario. cum parua manu militum p̃ditam Romam ⁊ reliqua loca vſqꝫ ad al-
pes recup̃aſſe.nec te Iuſtiniano minorem eſſe. Caue ne te fallant adulatores.dome-
ſtica regum ⁊ aſſidua peſtis.facilem principes magna de ſe loquentibus aurem p̃-
ſtant atqꝫ idcirco ſepe decipiuntur. Rarus eſt qui non ſe vero maiorẽ credat. Iuſti-
nianus vniuerſe grecie ⁊ illirici ⁊ aſie ⁊ libie dñs erat.⁊ italiam non acquiſiuit.ſed
recens p̃ditam recup̃auit:⁊ a gothis gente barbara:non ab italis abſtulit. nõdum
amor imperiȷ̈ romani in mentibus italis refriguerat.neqꝫ vllus erat qui barbaricũ
iugum equo animo ferret.cuncti arma pro imperio ⁊ pro patria magnis animis ſu
ſceperunt.nec tam belliſarius italis libertatem reſtituit. ꝙ itali ſuum decus vendi-
carunt. Cui progenitores nunꝙ aut poſſederunt italiam aut viderunt: nec tibi ius
vllum in ea eſt:ꝙ ſi pergas italiam inuadere:ſenties tibi cum viris bellum eſſe. Fa-
temur res claras tui maiores egere. nec tua minora ſunt opera qui conſtantinopo-
lim expugnaſti.et peram e regione ianuenſium. coloniam et peloponeſum. magna
ex parte in deditionem accepiſti. et in raſtia et in walachia non paucum agri ad-
eptus es.et ſepe tuos hoſtes fudiſti.⁊ hoc anno. Synopem vetuſtam vrbem metis
eupatoris patriam ⁊ eius tyrãnum cepiſti.⁊ trapezunte direpta incolas eius ⁊ im-
peratorem in captiuitatem abduxiſti. Et Iohem caſſanum prelio congredi auſum
ſuperaſti. Magna hec tibi videntur.nec nos parua dicemus. At Iulius ceſar cum
de victoria pontica triũpharet in curru quo vehebatur hec verba iuſſit inſcribi. Ve
ni.vidi.vici.imbelles eas gentes ⁊ parui momenti exiſtimans.quas pompeius pau
loante domuerat. ⁊ tu hac eſtate ſuperaſti. Alia eſt italoruꝫ natura. alie vires.alia
ingenia.aliȷ̈ animi.neſciunt ſubeſſe qui ſoliti ſunt p̃eſſe. ⁊ nunc tota italia armata ẽ
equis ⁊ hominibus plena.nec pecunia caret.que neru⁹ belli dicitur. Nõ pugnabis
contra feminas.aut italiam.aut hungariam.aut aliam in occidenti prouinciaꝫ in-
greſſus:ferro hic res geritur. non aſiaticis ſudibus calibeus torax pectora tegit.eq
ſimul ⁊ homines tecti pugnant.ordines ſeruant.nec vano metu pauent. Fortior ſit
neceſſe eſt ⁊ manu promptior ⁊ animo preſtantior:qui eos loco depellat. Nec chri-
ſtiana diſcidia deſiderio tuo conducere putes.aut in his confidas:vnientur xp̃iani
omnes.ſi quãdo te audiant interiora xp̃ianitatis accedere:nec tu melius xp̃ianoꝝ
paci conſulere potes:ꝙ validis ⁊ magnis copiȷ̈s xp̃ianitatem inuadens:ceſſabũt p̃-
uata odia vbi publica ſenſerunt:⁊ ꝯiunctis viribus aduerſus ꝯmunẽ hoſtem arma
ſumentur. Nec tu neceſſe arbitreris ad ꝓpulſandas tuas incurſiones ad ꝯprimẽdũ
tuum impetum.tuaſqꝫ vires elidendas. totam xp̃ianitatem vniendam eſſe: qꝺ fate-
mur difficile. Sed vna ex quatuor nationib⁹ ſatis fuerit ſup̃qꝫ ſatis tuas copias ꝓ-
fligare. Atqꝫ vt de aliȷ̈s taceam⁹ ꝯplures eſſe in tuo palacõ arbitrant̃. qui terrã ita-
liam luſtrauerũt.⁊ vires ⁊ ingenia noſcũt.ip̃os audi atqꝫ interroga:an equari tuis
virib⁹ italia poſſit.an vinci tuis armis.an tuo imperio ſubiȷ̈ci. Plus negociȷ̈ roma-
nis fuit italiã acquirere:ꝙ orbi reliquo frena imponere. Dicet aliquis qꝺ ſupra te-
tigimus inteſtina odia que noſtrã gentem exagitant.introitũ tibi in italiaꝫ poſſe p̃-
hibere.etſi vnus principum te excludat:alteꝝ incluſurũ daturũqꝫ aditũ. Sũt diuiſio-
nes ſane ⁊ inimicitie ⁊ ſimultates int̃ italos plures ⁊ graues ⁊ p̃iculoſe. ⁊ vtinã nõ

eſſent. Sed nullꝰ eſt qui dn̄m pati non xp̄ianum velit oēs in fide orthodoxa mori vo
lunt. Nulli animꝰ eſt a religione recedē. Nō hic inuenies. qđ tui maiores apud gre
cos. qui ꝯtendentibꝫ de impio duobꝫ. nūc vni. nūc alteri minus potēti auxilia mini-
ſtrauere: donec ambos eneruatos ⁊ exhauſtos eiecere. ⁊ ſibi principatuȝ arripuere
Alie ſunt italie potentie. aliꝗ regū oculi. alia ciuitatū ꝯſilia Venetoꝝ reſpublica. ſa-
pientia diues ⁊ auro. xp̄o deuota. vt noſtra fert opinio prius euertet͛ funditꝰ q̄ ho-
ſtem religionis in italiā patiatur intrare. atqꝫ hec quidē ꝑ ſeſe quādo ſtatuerit. nul-
lis adiuta vicinis. tuas opes euertet tantū terra mariqꝫ poteſt. An florentine vrbis
magnificentiam ignores. et vires ⁊ opes ⁊ quantꝰ eſt in ea religionis cultus. quāta
erga Ihm reuerentia. quantus amor. credis ne fieri poſſe vt hec ciuitas italiam di-
uerſe religionis hominibus aperiri ſinat. Sunt alie multe vrbes inſignes. multi
principes clari ⁊ magni. Nihil de regno ſicilie dicimus. quod armis hac tempeſta-
te ꝯcutitur. non poſſumꝰ multa nobis de illo ꝓmittere. licet tamen hoc aſſerere: q̄ q̄
q̄ duo reges de ipſo litigent ⁊ bello decertent: maluerit tamen vterqꝫ regno priuari
q̄ tuis auxiliꝗs victoria potiri. q̄ ſi ad te alter confugerit totius italie in ſe odia con
citauerit. ¶ In gallia cis alpina que ⁊ ipſa pars eſt italie. dux Mediolanenſis in
armis excellit ⁊ potentia: par regibus habetur. Nec parue ſunt ducis mutine vi-
res aut Ianuenſis qui liguribus preeſt mari. Non contemnendus ducis Sabau-
die opulentus ⁊ validus in italia principatus. Adeſt marchio mantuanus. Sunt
aliꝗ ꝯplures vrbium domini. quibus nihil poteſt eſſe moleſtius. q̄ nobilem Italiam
vane ſuperſtitōnis ritu fedari. De nobis ⁊ eccleſie romane ciuitatibus ⁊ prouinciꝗs
tacemus. quando noſtram tibi profeſſionem haud ignotam eſſe confidimus. quibꝫ
ſola cura ē ſeruande et ampliande fidei domini noſtri ihu. Hec ſi accepiſti ab aliꝗs
gaudemus. veritatem enim accepiſti. Si minus: hortamur hec diſcutias. et verum
veſtiges. inuenies nihil nos eſſe mentitos. Non folium ſibille. vt quidaȝ ait. de euā
geliꝗ pagina recitamus. Difficile eſt atqꝫ adeo difficile. vt impoſſibile dici queat. te
tua in lege permanentem. voti compotem fieri. ſi vt aiunt imperium chriſtianorum
deſideras. Dices q̄ plurimos tibi chriſtianos ſubeſſe. et de reliquis idem ſperas. nō
eſt par ratio. pauciſſimi ſub tuo imperio chriſtiani ſunt. qui ad veritatem ambulēt
euangeliꝗ. Omnes aliquo ſunt errore imbuti. Siuis chriſtum colant Armeni. Ia-
cobite. Maronei. ⁊ alia quedam nomina greci a romane eccleſie vnitate aberant.
cum tu conſtantinopolim inuaſiſti. neqꝫ adhuc decretum florentinum acceperant et
in errore ſtabant. neqꝫ de ſancto ſpiritu. neqꝫ de purgatorio igne. conſona recte fidei
ſentientes. Pauci fortaſſe inopes veri chriſtiani. neceſſitate non voluntate tibi obe-
diunt. At vrbes Italie potentiſſimas non eſt tuum cogere. validiores ſunt q̄ tuis
queant exercitibus ſuperari. Noſti que tibi acciderunt cum Taurinum inuaſiſti.
quod noſtra etas Belgradum vocat. Pauci cruce ſignati. innumerabiles tuas co-
pias proſtrauerunt. Non eſt de italis ſperanda victoria quibus aduerſa fuit ī hun
garis pugna. Quocirca vt eo tandem veniamus quo noſtra feſtinat oratio. et id di-
camus quod ad ſcribendum compulit. tuamqꝫ gloriam et tuam ſalutem tibi deni-
qꝫ oſtendamus. Adhibe his paucis animum. Si vis inter chriſtianos tuum impe-
rium propagare: et nomen tuum q̄ glorioſum efficere: non auro. non armis. non
exercitibus. non claſſibus opus eſt. Parua res. omnium qui hodie viuunt. maxi-
mum et potentiſſimum et clariſſimum te reddere poteſt. Queris que ſit: non eſt in-
uentu difficilis neqꝫ procul querenda: vbiqꝫ gentium reperitur. id eſt aque pauxil-
lum. quo baptiſeris ⁊ ad chriſtianorum ſacra te conferas. ⁊ credas euangelio. Hec
ſi feceris. non erit in orbe princeps qui te gloria ſuperet. aut equare potentia valeat
Nos te grecoꝝ ⁊ orientis imꝑatorē appellabimꝰ. ⁊ qđ mō vi occupas ⁊ cum iniuria
tenes. poſſidebis iure. xp̄iani te omnes venerabūtur ⁊ ſuarū litiuȝ iudicem facient.
Oppreſſi vndiqꝫ ad te veluti ꝯmūe patrociniū ꝯfugiēt. ex toto fere orbe ad te ꝓuoca
bitur. multi ſponte ſua ſeſe tibi ſubiꝗciēt. tribunalia tua ſequent͛. ⁊ tributa ꝑſtabunt
Licebit tibi ſurgētes extinguē tirānides. iuuare bonos. oppugn͛e malos. nec roma-

na ecc̄ia te arguet recta via vadētē. Eadē erit erga te caritas ꝑme ſedis. q̄ i ceteros
reges ⁊. ⁊ tāto maioꝛ quāto eris ip̄e ſblimioꝛ. Facile h̄ pacto ſine ſāguie ſine armis
multa poteris nāciſci regna. wladiſlaus lituanie pīceps vituldi frat̄. cū aſpiraret
ad regnū polonie. cēteꝗ infidel᷑: vt voti ſui ꝯpos fieret. xp̄ianus effectꝰ ē ⁊ regnū ob-
tinuit. cꝰ nūc filiꝰ Caſimirus regnat. alt̄ filiꝰ. q etiā apd̄ hūgaros reḡuit in bello ꝯ
genitoꝛē tuū geſto ſupatꝰ occubuit. Quid reris d̄ te fiet xp̄ianis initiato ſacris. Ma-
gnus erit ad te ꝯcurſus. ⁊ felicitatis genꝰ exiſtimabit̄ int̄ ſbiectos tuos annumerari
Quippe vt arbitramur ſi xp̄ianus fuiſſes. moꝛtuo ladiſlao hūgarie ac bohemie r̄ge:
nemo p̄ter te ſua regna fuiſſet adeptꝰ. Speraſſent hūgari pꝰ diut̄na belloꝝ mala ſb
tuo regimīe pacē ⁊ illos bohemi ſecuti fuiſſent. Sʒ cū eēs nr̄e religionis hoſtis. ele-
gerūt hūgari viri foꝛtes ⁊ fideliſſimi. religionē potiꝰ cū bello retinē: ꝙ ea ꝑdita pa-
cē ꝯſeq. Quot ſūt in epiro. i pelopōneſo. i macedonia. i reliq̄ grecia. i dalmacia. i in-
ſul᷑. Egei. Carpacij. ⁊ yonij maris. q̄ tuū impiū nō alia de cā refugiūt. niſi qꝛ alienꝰ
es a xp̄i ritu. ⁊ hi mō ad nos mō ad alios recurrūt. opēꝗ petūt. extrema oīa ſbituri
ꝑuſꝗ̄ te circūciſū ⁊ alienigenā. dn̄m ferāt. ⁊ nos eos aliq̄n argēto aliq̄n frumēto ali
q̄n rebꝫ alijs ſubleuamꝰ. Qd̄ ſi baptizatꝰ eēs ⁊ nobiſcū ambulares in domo dn̄i cuʒ
ꝯſenſu. nec illi tuū impiū tāto tp̄e foꝛmidarēt. nec nos eis aduerſus te ferremꝰ opem
Sʒ tuū potius brachiū i eos imploꝛaremꝰ. q iura ecc̄ie romane nōnūꝗ̄ vſurpāt. ⁊ ꝯ
mr̄eʒ ſuā coꝛnua erigūt. Et ſic nr̄i an̄ceſſoꝛes. ſtephanꝰ adrianus leo aduerſus hae-
ſtulphū ⁊ deſideriū gētis lōgobarde reges pipinū ⁊ karolū magnū accerſiuer̄t. ⁊ li-
berati d̄ manu tyrānica impiū a grecis ad ip̄os liberatoꝛes trāſtuler̄t. Ita ⁊ nos in
ecc̄ie nec̄citatibꝫ tuo p̄ꝛocinio vtēmur. ⁊ vicē reddēmꝰ accepti bn̄ficij. O q̄nta eēt abū-
dātia pacis. quāta xp̄iane plebis exultatō. quāta iubilatio in oī terra redirent Au-
guſti tp̄a. ⁊ q̄ poete vocāt aurea ſecl᷑a renouarent̄. Habitaret pardus cū agno. ⁊ vitu-
lus cū leone. Gladij ꝯterent̄ i falces. i vomeres ac ligones rediret oē ferrū. excolēnt̄
agri. euellerent̄ aſpera dumꝰ. terra niteſcēt. vici reparent̄. ⁊ vrbes reſurgerēt. templa
deo ſacrata q̄ ceciderūt emergerēt. collapſa mōaſteria ⁊ plena viris religioſis d̄inis
oīa laudibꝫ ꝑſonarēt. O quāta tibi redūdaret felicitas q̄ ad eterni paſtoꝛis ouile cū
ctas redigēs oues. O quātū te oēs amarēt. obſuarēt. extollēnt: q ꝯmūis oīm pacis ⁊
ſalutis fuiſſes auctoꝛ. Dicet aliqs hāc pacē hāc vnionē hāc ꝯmunē leticiā haberi poſ
ſe ſb tua lege. Errat q h̄ cenſet. ml᷑tos reges. ml᷑tos ꝑpl᷑os vnitos eē optet. ꝑuſꝗ̄ tuā le
geʒ vbiꝗ diſſemines. nec ſi vnias coꝑa vnies aīmos. ſciūt xp̄iani ſuā legē ſc̄tam eſſe
⁊ verā ⁊ ſalutarē. nec dimoueri ab ea pn̄t. ꝗuis aliq̄ aut libidīe ducti. aut auaricia
tracti. aut voluptati illecti. aut metu moꝛtis attoniti. aut cruciatu ſupati. nōnūꝗ̄ cir-
cūcidant̄. ⁊ i tuos ritus ꝯcedāt. q̄ꝝ ſi coꝛda poſſes inſpicē: intelligēs neminē eē q libē
ter ꝯſultoꝗ receſſerit ab euāgelio. Oñdimꝰ ſup̄ quātū p̄cellāt xp̄iane gētis vires. Et
ꝙ difficile ſit tot natōes xp̄m colētes euicere. Nō ē ꝙ paceʒ ſperes ſub lege mahome-
thea. i q̄ nō ē ſalus. difficultates exꝑimētis ip̄e vides q etſi ml᷑tis xp̄ianis hiſꝗ oīno
n̄ veris impas. mīme tn̄ eis tuā legē ꝑſuadē potes minꝰ ꝑſuadebit̄ veris q̄ n̄ i argu-
mētatōibꝫ rōnū. ſʒ i ſolo ferro fundata ē. ⁊ q̄ vincere diſputādo nō ſperat. ⁊ vici foꝛmi
dat. Non ſunt xp̄iani. q vel bello ſupari poſſint. vel diſputatōibꝫ decipi. q̄n ⁊ armis
excellūt ⁊ rōnibꝫ munitiſſimi ſunt. nō ſolū d̄iue ſcripture. ſʒ etiā phīce. Impoſſibile ē
ſb lege mahomethea vnionē fieri. ſb xp̄iana facile fieri p̄t. Et id maḡ ex ꝑte i tua vo-
luntate ꝯſiſtit. Tu vnꝰ ſi annuas. thurci oēs annuent. Nec ſyri aut egyptij aut ara-
bes aut libies aduerſabunt̄. tecū q̄cq̄d ē intra helleſpōtū ⁊ euphratē ⁊ q̄cq̄d poſſides
in europa ꝯuertet̄. Quid faciet baculus egyptioꝝ arundineꝰ. q̄n xp̄ianū te vide-
rit effectū. Quid imbell᷑ arabs. quid nudꝰ afer. Qibꝫ his ethiopes imminēt. ꝑſbite-
ro iohāni parētes. q xp̄ianus ē nō poter̄t ⁊ ill᷑ ⁊ reliqs xp̄ianis obſiſtē. Nili curſum
retinere poſſunt ethiopes. ⁊ ꝯgregatam aquam dimittere que rumpat aggeres. Et
totam inundet egyptum. atꝗ ſubmerget cum ſidus apparet arcturi hyſpani ⁊ ſiculi
facile mauritaniam inuadunt ⁊ cathalani cum ianuenſibus. Scis quantuʒ valeant
occidue claſſes. ⁊ quātus ē terroꝛ vel tirijs vel alexandrinis vl᷑ ceteris orientalibus

quando chriſtiane triremes ad eos nauigāt. Tua certe auctoritas ⁊ animi magni-
tudo. ⁊ in bellis felicitas. apud omnes ammiratōni eſt. qui mahometeꝫ ſequuntur
legem. Qꝛ ſi te nobis adiungeris. breui totus oriens reuertetur ad chriſtum. vna
tm̄ voluntas pacare orbem poteſt. Et ea tua eſt ſi ad baptiſmi gratiam ſe conuertat
In te eſt crudelibus bellis imponere finem ⁊ tantum preſtare mortalibus bonū q̄n-
tum effari non poſſumus. Queret aliquis quomodo quieſcet orbis. thurcis ad chri-
ſtum conuerſis. quando nec ipſi chriſtiani inter ſe concordes exiſtunt. ⁊ multa ꝑ ita
liam. germaniam. galliam. ⁊ reliquas prouintias deſeuiunt bella. Diximus diſſide
re inter ſe concordes exiſtunt. Et multa per italiam. germaniam. galliam. noſtre gen
tis homines. non negamus. ⁊ pluribꝫ in locis ferro contenditur diuino olim cōſilio
ſub octauiano propter reuerentiam ſaluatoris qui tunc ſm̄ carnē natus eſt. ea par
in orbe fuit que nec antea nec poſtea viſa eſt. Difficile eſt ⁊ prope modum impoſſibi
le quieſcere in terris omnia. vbi homines ſunt affectibus ſubiecti reprobis. Illum
ambitio exagitat. hunc cupiditas trahit. libido alium impellit. multa eſt inter mor
tales belli materia. ſed non ſunt tam atrocia inter chriſtianos prelia. q̄ꝫ inter thur-
cos ⁊ chriſtianos. Chriſtianus cum chriſtiano de agri poſſeſſione. de regno. de im-
perio. de gloria contendit: cum thurco de religione. de libertate. de vita. Inter chri-
ſtianos qui bello vincuntur poſitis armis nec vitam nec libertatē amittunt. ⁊ mul-
tis etiam patrimonia dimittuntur. principes imperio priuantur. inferiores domi-
num mutant. reliqua tenent. In prelijs que geruntur aut cum thurcis aut cum ſara
cenis. qui ſuccumbunt ſi vitam non amittunt. in ſeruitutem rediguntur. ⁊ multi eti-
am religioni renunciare coguntur. Hec acerbiſſima ſunt ⁊ immaniſſima bella. que
ſi tollantur quod in te ſitum eē monſtrauimus. pax maxima exoritur ⁊ vniuerſalis
quies. Non ſunt reliqua bella huic cōꝑata. faciem quodammodo pacis habent ⁊
ocij. nec illa tam multa erunt quando vnus aſſit qui ſolo nutu compeſcere poſſit iiu-
rias. qualiter te futurum non ambigimus ſi cum tua potētia chriſtianus efficiaris
Vides ne quantum tibi laudis affert baptiſmi lauacrū quantum cum chriſto ſubli
mis ⁊ conſpicuus redderis. Quis prohibet aquam. quid metuis. Voces fortaſſe au
licoꝝ times tuoꝝ. quoꝝ non dubitam⁹ dicturos tibi aliq̄s. qd cogitas. qd agis. q̄r-
ſum te tua volūtas trahit. Vis baptizari vis xp̄ianus fieri. Neſcis qđ ꝑiculū adis.
oīes te thurci deſerent. ⁊ vbi exiſtimas fieri magnus fies nullus. ⁊ thurcus natus
thurcos deſeres int̄ thurcos creuiſti. thurcoꝝ te manus extulit. thurci aſiā ⁊ greciā
gubernāt. thurci exercitibꝫ p̄ſūt. q ſi vl' mīmā famā tue mutatōis acceperit: e veſtigio
ſumptis armis te deiecto. im̄patorē aliū ſubſtituēt tu nud⁹ et expulſus euaſeris. apđ
xp̄ianos mēdicab̄ panē. nā qs thurc⁹ ē quē ſue religiōis peniteat. moriemur oēs ꝑ-
uſq̄ꝫ nr̄i ꝓphe iugū excutiam⁹. Nō ſunt ꝑua q̄ iſti obijciūt. adhibēda ē ⁊ huic ꝑti me
dela. quā nemo teipō meli⁹ inuenerit. Noſti tuos hoīes ⁊ qbꝫ ꝓuintias ꝯmiſeris. n̄
ignoras q̄nta ſit cuiqꝫ fides. ⁊ qs aīm⁹ nō te latet nō fit ſine ꝑiculo magnū facinus ⁊
memorabile. vilia ſunt q̄ ꝑuo emunt̄. diligētia h̄ ⁊ labore op⁹ ē. ꝑueſtigāda ſunt ami
coꝝ ꝯſilia. noſcēda ſubditoꝝ ingenia. ⁊ his vtendū ē quos fidos ⁊ prudētes videris.
Seruiūt tibi n̄ pauci ex xp̄ianis nati. q q̄uis circūciſi ſūt n̄ tm̄ xp̄ianū nomē oderūt.
His exercitus. his p̄fectas reddē potes. q tui ſint amātiſſimi. ⁊ ita regnū ordinare.
vt qn̄ velis p̄ſto ſint oīa. tui ſubditi mag̃ ex ꝑte greci ſūt ⁊ armeni vt diximꝰ. Jacobi
te. q etſi aliq̄t erroris hn̄t. xp̄iano tm̄ noīe cēſent̄. nec aliud magis cupiūt q̄ꝫ te ſil'em
eis eē. ⁊ illū deū colē quē colūt ipi. ſperarēt meliori eſſe loco futos. q nc̄ mācipia q̄ui-
liſſima ſūt. tributa exſoluūt g̃uia. iiurijs afficiūt̄ q̄tidianis. ad bellū ducūt̄ iuiti ⁊
inermes cedibus exponuntur. priuantur liberis ⁊ vxoribus. miſerrima res ē poſtq̄ꝫ
filios educauerunt. eos perdunt. rapiuntur in palacium pueri. circuncidunt̄ ⁊ ma-
hometheis ritibus imbuuntur. Vident infelices pentes nō mō corꝑa liberoꝝ. veruꝫ
aīas etiā ire ꝑditū. ⁊ anguſtiati iter tot calamitates plorare n̄ p̄ſumūt. maiora mala
timentes. Nemo horum te diligit. neqꝫ eīn natura fert vt eos amem⁹ a qbꝫ patimur

mala. ꝙ ſi te xp̄ianū cerneret. mirūinmodū diligerēt. felicitatē tuā cuperēt. ⁊ om̄ibꝫ
ſtudijs tuā gl̄iaꝫ q̄rerēt. ⁊ filios ſuos ⁊ ſeip̄os ꝗ̄libentiſſime tibi donarēt mag̃ ē hoꝝ
multitudo. ⁊ ꝓ ſua religiōe ꝯſtātia. Nā ſi prudēter eos tractaueris. nihil tibi ꝺ re-
ligione thurcoꝝ verēdū erit. Per medios int̄ xp̄ianos ſeſe vidētes tue poti⁹ volun-
tati ꝯſentiēt. fortunas et dignitates ſuaturi: ꝗ̄ mortis piculo ſe ſubijciāt. Nō ſuade-
mus rē nouā aut inſuetā. tritū ē iter qꝺ oñdim⁹. Multi h̄ ⁊ magni reges ingreſſi ſūt.
Apud frācos. ⁊ gētil' ⁊ ydolatra xp̄ian⁹ effect⁹ ē Clodone⁹. ⁊ ſimul cū eo regni pro
ceres baptizari n̄ recuſarūt. Apud hūgaros ſtephan⁹ nr̄is initiat⁹ ſacris. oēꝫ illaꝫ
gētē xp̄o acq̄ſiuit. Apꝺ veſogotas q̄ lōgo tp̄e ī hyſpania reg̃uerūt. ⁊ vſqꝫ in hec tempa
eiuſce gētis ſāguis imꝑat. Ricard⁹ lemugildi fili⁹ ſuadēte leādro ipſalēſi ep̄o arria
ne renūciauit hēſi. ⁊ cū oī gēte ſua catholicā fidē ꝯplex⁹ ē. Apud longobardos agil-
phus ſuaſu ꝯiugis theudelinde. reliq̄t ydola: ⁊ cuꝫ oī ꝑpl'o xp̄iane ſeſe legi ſubiecit.
Apud hyberos q̄ ſunt ī aſia imꝑante ꝯſtātino maiore. rex gētis cū ꝯiuge ⁊ oī nobili
tate atqꝫ plebe: ad p̄dicatōeꝫ vni⁹ captiue mł'ieris. relicta ydoloꝝ inſania baptizat⁹
ē. Sꝫ q̄d moramur. ⁊ n̄ exēplū illud adduxim⁹: qꝺ oīm maxīm ꝯſtātin⁹ ip̄e imꝑator
ac monarcha viā apꝑuit. quā tu ⁊ tui ſil'es ingredi abſqꝫ vlla cūctatōe poſſetis. Qui
q̄ eū p̄ceſſerāt imꝑatores excepto philippo gētiles fuē. Iouē. Mercuriū. apollinē. her
culē. ⁊ alia q̄ ſūt mōſtruoſa noīa tāq̄ deos colebāt. Senatui ⁊ oī rōno ꝑpl'o. ſtulticia
xp̄s erat. Proponebāt paſſim edicta q̄ xp̄ianos ꝯp̄hēdi iubebāt. ⁊ niſi ſacrificarent
ydol': crudelibꝫ modis int̄fici. Nil vili⁹ erat noīe xp̄iano. Infame gen⁹ ⁊ maleficum
hēbat oīm q̄ xp̄o crederēt ſb nerone. ſub domiciano. ſub dyocleciano crudeliſſima in
xp̄ianos deſeuit pſecutō. ac ꝯſtātin⁹ acceptis imꝑij faſtibꝫ poſtq̄ pſuaſ⁹ ē a ſilueſtro
p̄deceſſore nr̄o ī ſimulacris demōia coli ⁊ vnū tm̄ deū eē. cū p̄re ⁊ ſp̄ūſcto. xp̄m ih̄m. ⁊
ī euāgelica tātūmō lege ſalutē īueniri: n̄ ē cūctat⁹ xp̄i fidē āplecti. n̄ dixit ſenat⁹ mihi
aduerſus erit. reſiſtet ꝑpl's. copiaꝝ duces alienabūt. imꝑio deijciar. Sꝫ alto aīo ia
ctās ī deo ſp̄ē ſuā edidit q̄ publice xp̄m coli iuſſit. ⁊ eā fidē teneri ab oībꝫ imꝑio ſubie
ctis. quā bt̄i apl'i petr⁹ ⁊ paul⁹ rōnis tradidiſſent: nec ꝓpterea ſiniſtri aliqꝺ ſibi ac-
cidit. Sꝫ tūc potiſſimū excellēs ⁊ gl'ioſus euaſit. cū ī vexill' ſuis crux dn̄i ih̄u apꝑoſi-
ta reſplenduit. Viderat ꝑ gētē ī aere ſignū crucis. ⁊ vocē audiuerat dicētē. ī h̄ ꝯſtāti
ne vince. paruit. vexilla crucis erexit. ciuilibꝫ bell' finē īpoſuit. ſuꝑauit hoſtes. bar-
baros afflixit. imꝑiū ampliauit. pacē ſb̄ditis dedit. eccīas apꝑuit. ꝯcilia ſacerdotū ce
lebrauit. hēſes eliminauit. lucē quā accepat ab euāgelio cūctis gētibꝫ commūicauit.
Magnific⁹ ⁊ excelſus ſuꝑ oēs ceſares īuent⁹. grecis ⁊ latinis nr̄is celebrat⁹: imꝑa-
uit annos ſ̄. xxx. ſedē imꝑij apꝺ biſantiū erexit. Et ampliatis ciuitatis menibꝫ. mł'-
tiſqꝫ tū publicis tū p̄uatis edificijs magnifice ꝯſtructis. de ſuo noīe ꝯſtātinopolī ap-
pellauit. ⁊ plen⁹ dieꝝ apꝺ nicomediā edito teſtamēto ī q̄ filios imꝑij ſucceſſores re-
liq̄t. vt xp̄ianū decet ſacramētis eccīe receptis e vita deceſſit. Quid erat qꝺ ille am-
pli⁹ ī terra poſſet optare. imꝑio potit⁹ eſt oīm. maxia vita ei ⁊ lōga fuit. ⁊ paucū ob-
noxia morbis. inimicos hūiliatos vidit. ⁊ qꝺ hoībꝫ dulciſſimū eē ſolꝫ. hēdes ampliſ
ſime fortune filios dimiſit. Nec alienū fuerit tantū imꝑatorē q̄ xp̄ianā fidē tātopere
ampliauerit ī alio ſeculo. cū xp̄o regre vt ē credē. cui ſuiuit dū h̄ viuēt. Nā ſi oībꝫ q̄
patriā auxerit. iuuerit. defenderit. certū ē eē ī celū diffinitū locū ī q̄ bt̄i euo ſempit̄no
fruant̄. ſic p̄hi doctiſſimi tradiderūt. mł'to id certi⁹ ꝺ ill' ſperādū ē. q̄ ꝓ lege dn̄i vł' ſer-
uāda vel augēda ſūmis ſtudijs ꝯtenderūt. ſic ꝺ ꝯſtātino oñſuꝫ ē. quē ſic ī t̄ra felicē fu-
iſſe didicim⁹. ita ⁊ ī celo bt̄m credim⁹. Eadē ꝓculdubio euēt̄a tibi eē ꝯfidim⁹ ſi nobi
ſcū ſapiēs xp̄m colas. ⁊ magnū ꝯſtātinū imiteris: quēadmodū romani cū ſuo imꝑa
tore xp̄iani ſūt effecti. ita ⁊ thurci vna tecū baptizabunt̄. eritqꝫ tuū regnū ſuꝑ oīa q̄
ſunt ī orbe. ⁊ nomē tuū nulla ſilebit etas. Latine te lr̄e ⁊ grece. ⁊ barbare celebrabūt
nemo int̄ mortales erit q̄ te potentia aut gl'ia p̄cedat. Mag̃ ſūt hec q̄ ꝓmittim⁹. ma-
iora q̄ ſequūt̄. de regno. de potētia h⁹ ſecl'i. de gloria hūana. ſum⁹ locuti. Caduca hec
⁊ incerta ſunt ⁊ fluxa. oēs morimur. oīa nata occidūt. ⁊ oīa orta ſeneſcūt. breuis eſt
humane ꝓſperitatis curſus cito regnū deficit. nulla potētia lōga ē. Gloria qꝫ clari

Crux coſtatino apparuit

ſit craſſitudo demōſtrat. quingentoꝝ annoꝝ iter ex celo in celum ponit et patere ſpiſ
ſitudinē. Quid hoc? quis credat? gentilium fabulis ſimile ſomnium eſt. Aiūt illi dyo
niſiodorū quēdaꝫ geometrie ſcientie nobilē in patria ſenectā diē obijſſe. ꝓpinquos fu
nus ei duxiſſe. ad quos ꝑtinebat hereditas. hos conſecutis diebus cum iuſta perage
rent. inueniſſe in ſepulchro eius epiſtolam dyoniſiodori noīe ad ſuꝑos ſcriptam. q̄
diceret eum a ſepulchro ad infimam ꝑueniſſe terram. eſſeqꝫ illuc vſqꝫ quadragita mi
lia ſtadioꝝ. Nec defuerūt geometre (vt plinius ait) qui interpretarent ſignificare epi
ſtolam a medio terraꝝ orbe miſſam. quo deorſum a ſummo longiſſimū eſſet ſpaciuꝫ
et ibidem pile mediū ex quo ꝯſecuta ꝯputatio eſt. que circuituꝫ terre. id eſt totius pi
le ambitum ducenta quinquagintaquinqꝫ milia ſtadiorum pronunciauit. Sed ar
monica ratio que cogit rerum naturam ſibipm̄ ꝯgruere eodē plinio teſte: addit huic
menſure ſtadiorum ſeptem milia. Herastotenes huiuſcemodi reꝝ ſolertiſſimus in
dagator. vniuerſuꝫ terre ambitū: ducentoꝝ quinquaginta duoꝝ miliū ſtadioꝝ pro
didit. Hipparchus ſtadioꝝ paulominus vigintiquinqꝫ milia adiecit. Repiunt̄ ⁊ a
lioꝝ ſentētie admodū diſſone. neqꝫ in hanc vſqꝫ diē mortali cuipiā ſatis exploratā cre
dimꝰ terre menſuram. cuius neqꝫ ſeptētrionē neqꝫ meridiē verſus cogniti fines ſunt.
At tuus legifer maiora ꝯcepit animo qui tanꝗ celum aſcenderit. quingētoꝝ annoꝝ
itinere diſtare celū a celo ꝓdidit. qm̄ tanta eſſet craſſitudo ſperarum. hoc idem aſſe
rit rabi moyſes hebreus genere ph̄s. qui apud egiptios claruit. At ph̄i quos noſtri
ꝓbant nō ita ſentiūt. nec ptolomeꝰ alexandrinus aſtronomoꝝ facile prīceps de craſ
ſitudine lunaris ſpere cum tua lege ꝯcordat. in qua iter annoꝝ ſexagintanouē ⁊ aliq̄
rum menſium ac dieꝝ poſuit milibꝫ paſſuū vigintiqꝫ ſeu ſtadijs ducentis ꝓ quali
bet die ꝯputatis. Alij vō aſtronomi qui hec diligenter indagauerūt. ſperā ſolis plus
ꝗ ſexcentis vicibꝫ ſuꝑare lunā tradiderūt. rurſuſqꝫ martis ſperā ꝗuis ſole altior eſt
et longe maiorē habet ambitū. ſpiſſitudinē tm̄ multis vicibꝫ ſuꝑari. Improbum hūa
ne mentis auſum. verū ita ſubtili argumētatōe cōprehenſu vt pudeat aliquos nō cre
dere. plurimi hec incerta reſpuūt. Tue legiſlatori fortaſſe credendū fuerit. non qꝛ il
luc angelo bono deferente ꝯſcenderit. ſed qꝛ cum ꝑuerſo ceciderit ꝙ ſi hac de cauſa fi
dem expetit credimus: alioquin cum ſacra ſcriptura dicimus. celum ſurſum ⁊ terrā
deorſum ⁊ cor regis inſcrutabile eſt. Sꝫ alia ꝑcurramus. angelos ſe vidiſſe affirmat.
eoſdemqꝫ corporeos: ſi mūdo maiores angeli ſunt. neceſſarium eſt aliquā eoꝝ parteꝫ
extra mundū eſſe. At ph̄i mundi circūflexu oīa ꝯtineri dicunt. neqꝫ quicꝗ exterius
eſſe. Tuus legifer quando aliquid ſolito plus adbibit. ſopori deditus quicqd ſomni
auit ꝓ vero retulit. et oīa ſibi licere putauit. quo errore ⁊ angelos corporeos. et pec
care et egere veniam. et ſe rogaſſe pro eis dixit. Simili ſomnolentia tactum ſe ſuper
hūeris affirmauit manu dei. cuiꝰ gelu vſqꝫ dorſi medullas penet̄uerit. q̄ oīa ſupiꝰ cō
futata ſunt. Quis illō patiēt̄ audiat. ꝙ angl'i dei vino iebriati ſpē ml'ieris decepti. cō
cubinatū eiꝰ appetierint. q̄ iter ī celū edocta ad ꝯſpectum magni dei ꝑuenit. ⁊ honori
fice accepta inter aſtra locū obtinuerit. angeli penas dederit. atqꝫ idcirco vinū homī

interdictũ ꝙ tanti mali cã fuerit. Commemorat hec tuus legifer. et tanq̃ ex penu dei
recepta hoĩbꝫ inculcat. Vide q̃ grauiter. q̃ vere. q̃ perite loqtur: poetaꝝ figmẽta que
pueris legũt. inter archana legis inſerit. Pueri noſtri nõ ſine riſu audiũt. cũ rapte ĩ
celũ femie referunt. et in aſtra ꝯmutate. que maior ⁊ minor vrſa vocãtur. pigri circa
ſarraca boete lucentes. Credimus ꝓ tua ſapiã te iam ꝑuiſacere atq̃ contemnere tue
legis figmẽta. Sed miraris vehemẽter ꝙ indies aliq relicto dogmate xp̃iano ad tuũ
migrant. et aſſerẽtes iniquã legẽ nr̃am. amplexi tuã circũcidunt. et tuis initiant ſa-
cris. et qui trinitatem predicabant. nũc deteſtant. et qui xp̃m cruci affixũ colebant ⁊
laudabant: nũc derident. Sunt qui hoc agũt nõ dubitamus. Sed quinam homines.
ſane aut libidinis ſerui aut ambitionis. et quibus nullus erat locus in noſtra lege.
Spreti a nobis ⁊ eiecti tanq̃ vilia ⁊ inutilia mancipia ad te tranſiuerũt. nec tamen
illos inextinguibilis ꝯſciẽtie vermis rodere ceſſat. Et ſi poſſes eoꝝ introſpicere cor-
da: intelligeres ꝓculdubio eos aut vite future ſpem nullam habere. aut admodũ eẽ
anxios. q2 fontem aque viue reliquerũt xp̃m ihm. et neſciũt quo pacto redeãt. maius
ſuũ peccatum exiſtimãtes q̃ dei miſericordiam. Sed quid miraris ſi ad opes ꝯſequẽ-
das. ad voluptates exhauriendas. nõnulli tue legi ſeſe ſubijciunt: nõ eſt hoc nouũ nec
dignũ admiratõni. Idem quoq̃ et ſaracem faciũt. qui ſepe ad vos migrant. Illud ẽ
mirabile. illud ſtupendũ. illud magnoꝑe celebrãdũ. ꝙ tot milia populoꝝ xp̃iano in-
ſignita nomĩe. ſub tuo imperio degunt. grauia tributa pendũt. nũc liberis priuantur
nunc ꝯiugibꝫ opprimunt. duriſſima ſeruitute lacerant. vexant mille modis. nec tamẽ
xp̃iane legi renunciant. Et ſi tuã accipent. mitius ferrent imperium. fierẽt liberi. hono
res et opes ſpare poſſent. ſ3 malũt tolerare ſeruitutis iugũ. et in ſqualore ac miſeria
viuere. q̃ xp̃m negare. Hoc ſtupendũ eſt ⁊ diuinũ opus. et qd̃ te precipue mouere de-
bet. nõ ꝙ pauci a noſtra lege aberrẽt. ſ3 ꝙ tammulti in ea pſeuerẽt. ⁊ ꝙ tãta ſit vel in
aduerſis ꝯſtantia miraculũ eſt. facit hoc bonitas legis. et ſecuritas eterne vite quam
nemo ſapiens pñti poſtpoſuit. Quid tu hic dicas? quid ꝯtra hiſcere. aut nutare po-
teris? Vera eſt chriſtiana lex. ex vtero recepta moſayce. ex ꝓphetis. ex diuinis oracu
lis. deus auctor eius eſt. filiꝰ dei eã tradidit. ex ore dei manifeſtata eſt. pura eſt et niti
da ⁊ immaculata et ſancta. pfecta ex oĩni parte. nullã habet rugam. nuſq̃ deficit. nuſ-
q̃ claudicat. in ea qui querit inuenit. qui petit accipit. et pulſanti apitur. Ipa eſt fons
clemẽtie. iuſticie culmen. pietatis ſpeculũ. manſuetudinis et miſericordie plena. pro
ea martires innumerabiles ſunt occiſi. ſenes. iuuenes. pueri. matrone. virgines. vi-
due. innupte puelle. crudelia carnificũ non expaueſcere tormẽta. ſcientes beatos eſſe
mortuos qui moriunt in domino. Preterimus ſigna ⁊ ꝓdigia q̃ certitudinem xp̃iane
legis oſtentant. Quis viros ꝯmemorare queat ex xp̃iano genere diuini ⁊ humani iu-
ris excellentiſſimos ꝓfeſſores. vera mundi lumina. ſcientie fontes. q vſq̃ ad mortem
in fide xp̃i pſeuerantes. preclara volumĩa ediderũt. q̃ tanq̃ ſidera quedã doctrine hu
manas mẽtes illuſtrãt. Et que nam vllo in loco lex eſt q̃ alterum habeat auguſtinum.
alteꝝ Ieronimũ. alterũ Ambroſium. alterũ Gregorium. Et ne grecos pretereamus
que religio virũ vnq̃ habuit qui origeni ꝯpari poſſet. q̃uis hic in pleriſq̃ locis erra-
uit. Quis Iohanni criſoſtomo exequabit. quis magno baſilio. quis Cyrillio. qs Eu
ſebio. quis Gregorio nazanzeno? Nõ ſufficiet dies ſi numerare pgimus illuſtres no
ſtre legis doctores ſiue viuos ſiue mortuos. q̃uis nõ ſint mortui ſ3 nũc maxime viuũt
⁊ tanq̃ ſtelle in firmamẽto lucẽt. qui fidem ſacratiſſime trinitatis elucidarũt. Quid
dicemus de religioſis domibꝫ in quibꝫ angelica ducitur vita. et pro peccatoribꝫ aſſi-
due effundunt preces domino. nec vnq̃ ceſſant diuĩe laudes ac pſalmodie. Benedictꝰ
nirſienſis apud nos multoꝝ monachoꝝ doctor et pater extitit. apud grecos magnꝰ
Baſilius. ſecuti ſunt Bernardus abbas clareuallis. et Bruno qui carthuſiam inſti-
tuit. quotidie ſanctoꝝ viroꝝ apud nos augetur numerus. edificant noua monaſte-
ria et ſancta renouant inſtituta. Quos fructus edidit ſeraphicus Franciſcus eximi
us paupertatis amator in vmbria (que pars eſt italie) natus. Quot eũ diſcipuli ſecuti
ſunt? Quot ſub eius regula viri ſancti floruerũt? Anthonius patavi iacet miraculis

clarus. Bernardinus ſenenſis in aquila. quem noſtra etas quaſi alterũ paulum predicantẽ audiuit. Nicolai lyritani extãt opera que omnes admirantur. Dominicus in extremis hiſpanie natus horis. quaſi alius veſper emicuit. qui nouũ quendam ſanctum et nitidũ viuendi morem ſuis auditoribꝫ tradidit. et predicatorum inſtituta regula vniuerſum illuſtrauit orbem. Multi ex diſcipulis eius clariſſimi euaſerunt. ſed precipua eſt magni Alberti fama. qui nullum doctrine genus ignoraſſe creditus eſt. Nec minor eo Thomas aquinas fuit in litteris. et ſi maior extitit ſanctitate. Claruit et meo ſeculo ſub eadem regula Vincentius hiſpanus. quem noſter anteceſſor inter ſanctos chriſti confeſſores retulit. Et in ordine diui auguſtini Nicolaus tolentinas pauloante inter celeſtia relatus ſanctorum agmina. Noua indies prole floreſcit nr̃a religio. ꝙ ſi non deſunt peccatores diuinam ꝓuocantes maieſtatem. non deſunt etiã conſiliatores viri ſancti deo accepti. et virgines immaculate precibꝫ aſſiduis diuinã iram auertentes. nec timemus ruinam tantis adiuti patrocinijs. Tu ergo princeps nobilis qui nõ es ratõnis incapax neqꝫ ingenij obtuſi. collige que diximꝰ et ꝯſerua in mente tua. et conſule tibi et tue genti. et noli eſſe incredulus ſed fidelis. relinque tenebras et lucem ſequere. intellige quo pede claudicat tua lex. et quantis ſcatet erroribꝫ et ꝙ̃ procul a veritate recedit. et ꝙ non eſt in ea ſalus. noue ⁊ antique legis inimica. Intelligis ꝙ̃ ſolida eſt euãgelica doctrina. ꝙ̃ vera. ꝙ̃ ſancta. ꝙ̃ munda ⁊ immaculata. ⁊ ꝙ ea tm̃ iter in celum oſtendit ⁊ nõ alia. Intelligis ſi verba noſtra memorie tenes. ꝙ trinitas in vnitate ⁊ vnitas in trinitate colenda eſt. neqꝫ altera cõtradicit alteri. Intelligis quonam modo pater ſibi filium equalem genuit. et quomodo a patre et filio ſanctus procedit ſpiritus. qui eſt caritas et amor ⁊ ſimul colendus eſt et deus eſt. et ꝙ filius ꝓ noſtra ſalute incarnatus eſt. mortem tulit et ſpoliato inferno tercia die reſurgens. quadraginta diebus cum diſcipulis conuerſatus aſcendit in celũ. ſedet ad dexteram patris. venturus in fine ſeculi iudicare viuos et mortuos. quo facto mali perpetuo penam ignis ſubibunt. boni eternam beatitudinem conſequentur. nõ in carnalibus deſiderijs aut impudicicijs. nõ in cubilibus. ſed in dulcedine mentis ⁊ in caritate chriſti que ſuperat omnem ſenſum. Ante omnia ꝟo monſtratum eſt non poſſe te aſſequi inter chriſtianos gloriam et potentatũ quem videris optare. maxime apõ europeos ⁊ occidẽtales populos. dum tua in ſecta ꝑſeueraris. At ſi velles chriſtianis initiari ſacris magnam tibi ſpem fecimus ⁊ potentie ⁊ glorie. Memẽto igit̃ verborum noſtrorum et accipe fidele conſilium: ſume baptiſmum xp̄i ⁊ lauacrum ſpiritus ſancti. Amplectere ſacroſanctum euangelium et illi te totum committe. Sic tuã animam lucrifacies. ſic Thurcorum populo bene conſules. ſic tue cogitatõnes adimpleri poterunt. ſic tuum nomen in ſecula celebrabitur. ſic te omnis grecia. om̄is italia. omnis europa demirabitur. ſic latine te littere ſic grece. ſic hebreice. ſic arabice omnes barbare celebrabunt. ſic nulla etas de tuis laudibꝫ conticeſcet. ſic pacis auctor ⁊ fundator quietis appellaberis. ſic te Thurci animarum ſuarum repertorem ⁊ chriſtiani ſue vite conſeruatorem vocabunt. Siri. Egiptij. Libici. Arabes ⁊ quecũqꝫ ſunt alie gentes extra chriſti caulas. aut his auditis tuam viam ſequent̃. aut tuis ⁊ chriſtianis armis paruo negocio domabunt̃. Et ſi noluerint in noſtra lege te ſocium habere. expientur dominũ in ſua. nos te iuuabimus ⁊ omniũ eorum aſſiſtẽte diuina gratia legitimũ principem cõſtituemus. Hec ſunt que tibi cũ baptiſmo premia promittũtur. His te bonis diuina pietas proculdubio cumulabit obſequentẽ euangelio. ꝙ ſi reſpueris conſilia noſtra. peribit tanꝙ̃ fumus gloria tua. et tu more hominum reuerſus in cinerem totus morieris. Xp̄us regnabit ineternũ cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum Amen.

Oratio pij pape .ij. habita in ꝯuentu mantuano. ſexto kalendas octobris. Anno domini. M.cccc.lix.



Cum bellū hodie aduerſus impiam thurcoꝝ gentem pro dei honore ac ſalute reipublice chriſtiane ſuaſuri ſim⁹. Bene eſt venerabiles in chriſto fratres ac filij dilectiſſimi: prius ꝙ̄ vos verbis aggrediamur. diuinitatem ipſam cuius in primis auxiliū expetendū eſt. paucis in hūc modū affari. Protector nr̄ aſpice deus ⁊ reſpice in faciē populi tui. Reſpice ſuꝑ hāc familiā tuā: ꝑ q̄ dn̄s nr̄ ihs xp̄s nō dubitauit manib⁹ tradi nocētū ⁊ crucis ſubire tormētū: Miſerere plebis tue: ⁊ ne des hereditatē tuā in ꝑditōem quā ꝓpe mō inſtare videmus. Surrexerūt eīn iniq ⁊ impij q te nō nouerūt. Venerūt gētes in hēditatē tuā: polluerūt templū ſanctū tuū: poſuerūt hierl'm pomoꝝ cuſtodiā. Vineā tuā exterminauit aper de ſilua: et ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Nos ꝙ̄uis hoc in loco tuo vt arbitramur ad tuendā religionē tuā ꝯuenimus: nihil tn̄ poſſumus niſi ades ⁊ p̄ſidiū afferis: nihil ſine te valet hūana fragilitas: tua eſt ptās: tuū impiuz: tua oīs virt⁹. Tu fundaſti celū et terrā: mare et oīa q̄ in eis ſunt. Idē eſt tibi velle qđ poſſe. Nihil eſt qđ tue valeat reſiſtē volūtati. Adiuua nos in te vno ſꝑantes. ⁊ te solū deū pura mēte colētes. Fac nobiſcū ſignū in bonū: et mitte nobis auxiliū de loco ſancto tuo. Da nobis coꝛ vt faciamus volūtatē tuā: et in p̄ceptis tuis ambulemus. Scim⁹ qꝛ nō dees tu dn̄e deus opē tuā ſupplicit̄ imploꝛātib⁹: ſ nosipi deſum⁹ nobis. Frigēt pectora nr̄a: ingere calorē. ingere flāmas: vre coꝛda ⁊ renes nr̄os: vt tuo tm̄ igne ſuccēſi. q̄ tibi ſunt placita meditemur. ac fedā ⁊ peccatricē thurcoꝝ gentē (ſi tua volūtas ē) de xp̄ianoꝝ finib⁹ eijciamus. Vos aūt magnanimi ⁊ generoſi ꝓceres q adeſtis: ne claudite p̄camur aures: ne diuertite mētē. Apite deo interioꝛa vr̄a: q mox volētib⁹ vobis in aīas vr̄as illabet̄. ⁊ vos ſibi tēplū atq; habitaculū faciet. Audite nos ſua vice loq̄ntes. Verba nr̄a v̄ba dei ſunt: q filij ſui ihu xp̄i ꝙ̄uis indigni vices in terris gerimus. ip̄e nos fari iubet: ip̄e ī oꝛe nr̄o v̄ba poſuit: ip̄e nos bellū ſuadē ī thurcos impat. Nō vos hodie cardīales aut ep̄os aut minoꝛis ordinis ſacdotes ſermōe nr̄o ꝯpellabim⁹ quos ꝯſtat armis ineptos eſſe ⁊ piaculum ac ſacrificium fuerit: niſi per ſeip̄os in cauſa fidei q̄ ſunt ab eis expetenda: hoc eſt aurum et oꝛatōes ſua ſponte obtulerint. Vos illuſtres duces: vos marchiones: vos comites: vos regū ac p̄icipū oꝛatoꝛes: vos fortes et exercitatos in bellis viros verba nr̄a ꝯmonifaciāt: vos tangēt: vos requirent: q bus datū eſt arma ſumere: nō vt inter vos dimiceτis: ſ vt eccleſiā vt religionē vt fidē xp̄ianam a barbaroꝝ ⁊ infideliū incurſib⁹ defendatis. Poteſtas eīn vt inqt Paulus gladiū poꝛtat ⁊ vindictam maloꝝ. Laudē v̄o bonoꝝ videtis in quo ſtatu: in quo diſcrimine ſumus: et quantum a thurcis vrgemur: p̄emimur: infeſtamur. non ignoratis. niſi arma ſumentes eoꝝ impetum retunditis: haud dubiū quin lex euangelica ⁊ oīs nr̄a religio peſſundet̄. Audite igit̄ viri foꝛtes atq; attētas aures adhibite: belluz ſuaſuro: qđ hodie nobis nimis incūbit. Tria vt nr̄a fert opinio p̄icipalit̄ explicāda ⁊ ſuadēda ſunt. Primū eſt vt cās iuſtas atq; vrgentes oſtendat ꝓpter quas pugnare opoꝛteat. Scđm vt facultates adeſſe doceat belligerēdi. ⁊ certaz quodam mō victoꝛie ſpem faciat. Terciū ac poſtremum vt magna ſecuturos p̄emia victoꝛes patefaciat. In his hodie nobis elaboꝛandū eſt: atq; in his tota nr̄a ꝯſumet̄ oꝛatio. De cauſis belligerendi primū dicere opoꝛtet: que due ſunt p̄ecipue ⁊ maxie. Prima eſt vt ſuſceptas iniurias vlciſcētes: res amiſſas recupemus. Altera vt futura (que p̄ope imminere videmus) pericula euitemus. Oſtendamus que nam ſunt illa que amiſimus q̄s nobis et deo noſtro iniurias intulerunt thurci. Inflicta chriſtianitati vulnera. illatas contumelias: iniuſtam notam facile cognoſcetis: ſi que fuit olim chriſtiana religio ⁊ que nunc ſit omnino eſtimabitis. Cognoſcite hoc rogamus ⁊ quantum gloriari poſſitis animaduertite. Sacroſanctum euangeliū quod ablatis ydoloꝛū ſpurcicijs: ſaluator noſter mundo inſeruit: non vnum dumtaxat terre angulum aut vnā ꝓuinciam: ſed vniuerſum ferme oꝛbem impleuit: quemadmodū regius p̄opheta mul-

tis ante ſeculis de beatis apoſtolis futuris preuiderat dicens. In om̄em terrā exiuit
ſonus eoꝝ ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Per hos em̄ euangeliū mundo innotuit
quos ex piſcatoribꝰ ſaluator ip̄e predicatores effecerat dicens. Venite poſt me faci-
am vos piſcatores hoīm. Nec vana promiſſio fuit. Piſcati em̄ ſunt apoſtoli: nō ſibi-
ip̄is. ſed xp̄o dn̄o vniuerſum ferme orbem. Om̄es reges: oēs ꝑp̄li i eoꝝ ſeu retia ſeu ſa
genas inciderūt. Impletū eſt em̄ illud Danielis vaticinum dicentis. Omnes reges
om̄es tribus: omnes lingue ſeruient ei. Verius xp̄o q̄ auguſto virgilianū iſtud attri
bui poteſt. ſup garamantos ⁊ indos proferet impium. Iacet extra ſidera tellus. ex-
tra anni ſoliſq; vias vbi celifer atlas: axem humeris torquet ſtellis ardētibꝰ aptum.
Nā circa tp̄a Cōſtātini magni: natū ex maria pueꝝ: Indi ſil'et hiſpani colebāt. Nec
ſeptētrio nec meridies xp̄m ig̃rabat. Vox romani p̄ſulis tāq̄ ihu xp̄i vicarij maria et
terras penet̄bat. Pax alta ꝑ oēs ⁊ trāq̄lla ḡes xp̄ianos ibat. iacebat pardꝰ cū agno
⁊ leo cū vitulo accubabat. Gens ſancta: gēs electa: ꝑp̄l's acq̄ſitōis xp̄iani habebant̄.
Tributa ex gētibꝰ accipiens ⁊ in capite ꝑp̄loꝝ poſiti. Hec fuit olim o chriſtiani ma-
iorū vroꝝ gloria: hoc imperiū: hec autoritas. Nunc quo nos thurci ⁊ ſaraceni redi-
gerūt paucis animaduertite docebimus. Indi q̄uis chriſtiani ferunt̄ ⁊ armeni ꝑ aſi
am diſperſi ⁊ pariter ethiopes. in multis tamen verſantur erroribus: et ignorantes
quam noſſe debuerant xp̄i legem: ignorantur a domino. Quid reliquū eſt. aſie atq;
affrice chriſti nomen atq; legem in pacato proſequitur odio. Cepit hec calamitas ſū
Heracleo ceſare. Nam cū aperta eſſet omnibus via ſalutis per chriſti dei filiū. qui
annis antea circiter ſexcentis mortem noſtram moriendo deſtruxerat. inuidens hu-
mano generi dyabolus et nimium dolens chriſtum vbiq; regnare pſeudo prophe-
tam excitauit. In arabia machometum nomine ſceleratum hominem qui ſe dei nun-
cium ementitus contrariam euangelij legem condidit: de qua paulo ſuo loco dicemꝰ
Degenerauerat iam apud grecos imperium ⁊ romana virtus ſub aliud tranſlata ce
lum elanguerat: que res chriſtianos opes paulatim euertit. Manſerunt tamen in
aſia complures chriſtiani vſq; ad tempora pipini francoꝝ regis. q anno ab hinc cir-
citer. dc. magno nomine apud germanos ⁊ gallos regnauit. Tunc v̓o digreſſi a Sci
thia thurci: capadociam: Ponthum: Bithiniam: Troadem: Ciliciam. ⁊ omnē mi-
norem Aſiam occuparunt: ⁊ noſtra negligentia potentes facti nō ſolum veros chri-
ſtianos ex aſia pepulerūt. ſed tranſmiſſo nauibus helleſponto macedoniam: traciā:
atticam: bocciā: phoadem. achaiam. acharnamiā. epirū. pormam. et vtranq; miſiā
armis inuaſere: et in egeo ac ianio mari ciclades ⁊ alias q̄plures inſulas ſubijciētes
hos xp̄ianis ad orientis terminos poſuere. Ad meridiē barbari ex affrica nō ſolum
inferi maris inſulas: ſed ip̄a quoq; italie littora claſſibꝰ inueſtant. In occidente ma
gnam Hithice partem quam granatam vocant Mauri occupant. et hiſpanos agi-
tant reges. Ad ſeptentrionem geledamq; arcton luctuani: polonis cōtermini magna
ex parte ritu gentilium viuunt. Veteres hungari ad ortum chanais iacentes: ⁊ Tar
tari cum quibus liuonij pugnant. chriſtum prorſus ignorant. et vltimi norwegij po-
puli cum ſemiferis hominibus bellum gerunt. Hi ſunt termini veſtri o chriſtiani. ſic
circumdati eſtis: ſic in angulum coartati potentiſſimi quondā dn̄i et orbis poſſeſſo-
res. En quantum imperium amiſiſtis: quot nobiles vrbes: quot ditiſſimas prouinci
as perdidiſtis. Inter quas etiam iudeam neglexiſtis: terram nobilem: terrā ſanctā
terram lacte et melle fluentem. terrā in qua primi noſtre fidei flores apparuere. Heu
pudor: heu dolor. fons et origo noſtre ſalutis. Sion ad hoſtes defecit. Templum il-
lud Salomonis fama clarum: In quo dominus totiens p̄dicauit: Bethleem in qua
natus eſt: Iordanem in quo baptizatus eſt: thabor in quo tranſfiguratus: caluariā
in qua crucifixus: ipſius crucis poſſident inimici: ſepulchrum domini glorioſum: le-
ctumq; illum purpureum crocos ſpirantem ⁊ ſuauiſſimis fragrantem odoribus. in
quo propter nos vita noſtra obdormiuit in domino. niſi hoſtes velint inuiſere nō po-
teſtis. At ſaraceni machometā habent in poteſtate: in qua ſi vera eſt fama. falſi ꝑ-
phete cadauer in archa ferrea conditum: vi magnetis pendet in aere. Vos v̓o infeli-

ces ac miſerrimi xp̄iani ſepulcro dei nr̄i et vrbe clariſſima hieroſolima priuati eſtis.
Tacemus alexandriā. thebas. mēphim ac omnē egiptum. tacemus antiochiam in ꝙ
primum xp̄ianorum nomen eſt auditum. tacemus epheſim et alias apl̄icas ſedes in
aſia perditas. Tacemus ſeptem eccleſias ad quas iohannes ſcripſit apocalipſim.
Hieroſolimam noui ac veteris teſtamenti matrē in hoſtium eſſe poteſtate. Satis fle
re et dolere nō poſſumus. pro qua recuperanda nullus labor euitari deberet. nulluꝫ
declinari bellum. Nam ſi pro repetendis rebus iuſtam belli cām veteres putauere.
quis vnꝗ̄ inſcius induit arma ꝙ̄ vos xp̄iani. quibus tot vrbes. tot ꝓuintie ſunt ere-
pte. tot adempta regna. tantū ablatum imperium. Iudei cum federis archam ami-
ſiſſent pro recuperatōne nullum belli periculum uitauere. Greci ob raptam helenaꝫ
decennale bellum geſſere. Carthaginenſes ꝓpter fines paululum ampliandos cruen
tiſſima prelia cum cirenenſibus cōmiſere. pro quibus etiam phileni fratres interie-
runt. Romani ſepe ſociorum cauſa ſumptis armis in pugnam exiere Reuoluite hi
ſtorias. nullum vnꝗ̄ bellum tot cauſas habuit. quot vobis aduerſus thurcos occur
runt. Sed quid ad nos vetera dicat aliquis. tolerauerunt hanc infamiā proaui no-
ſtri. cur nos illis meliores ſumus. cur tanta glorie cupiditas vt maiorū iniurias no-
ſtro ſanguine vindicemus. Eſto patres veſtri negligentes fuerint. honoremꝙ ſuum
paruifecerint. An ꝓpterea veſtrum negligetis et duplici notari turpitudine hereditaria. ſ. veſtra patiemini. an potius magnificis operibus deterſa ꝓgenitorum infamia
glorioſum nomen acquirere conabimini. Sed negligamus ſi ſic libet antiquā igno-
miniam. vetuſta damna. nec nos vrgeat quod nos pupugit auos. Tranſeat omnis
Aſia. omnis affrica. Europam ſaltem inſpiciamus et noſtri temporis rōem redda-
mus. an parum noſtra etate noſtra culpa perditum eſt. Conſtantinopolim orienta-
lis imperij caput et totius grecie columen. nō patres noſtri ſed noſipi amiſim⁹. Qui
dum torpentes in ocio domi ſedemus. vſꝙ danubium et ſanum thurcorum arma pe
netrare ꝑmiſimus. Capta eſt nobiliſſima vrbs regia culpa noſtra. quam pauſanias
primus cōdidit. Conſtātinus magnus inſtaurauit. et in emulatōnem antique rome
amplificauit et magnificauit. In ea gentis imperator et ipe cōſtantinus nomine in-
teremptus eſt. turba ingens trucidata. templa dei magni polluta ſunt. Inter que no
bile opus iuſtiniani ſancte ſophie vocatum. tetro mahometis ritu fedatum eſt. Bea
te virginis matris domini et aliorū ſanctorum imagines delete ſunt. altaria dirupta
reliquie martirum porcis obiecte. ſacerdotes occiſi. matrone et puelle ipeꝙ ſacre vir
gines ad libidinē rapte. Nobiles vrbis inter vina et epulas ipius thurcoꝝ ducis iu-
gulati. Saluatoris nr̄i ſimulacrū in cruce pendentis in deriſionem atꝙ ꝯtemptum
ꝑcedentibus qui dicerent. hic ē xp̄ianorum deus. in caſtra delatum. ſputo. luto. atꝙ
omni feditate iactatū. Noua ſunt hec et ſub oculis noſtris geſta. Hec fiunt et tamen
excitari nō poſſumus. cum vitulis marinis cū druſo dormimus. letargum patimur.
qui tot cōtumelijs agitati e ſomno ſurgere non valemus. Heu furias. heu artes de-
monum. pugnare potius inter ſe xp̄iani volunt. ꝙ̄ thurcos adoriri. Ciuilia bella ma
gis cupiūt ꝙ̄ externa. ⁊ ſepe paruis de cauſis cruentiſſima cōmittunt prelia. Pulſa-
tus modo villicus mō ſeruus. magnos traxit in arma reges. In thurcos qui deū no
ſtrum blaſphemant. eccleſias noſtras diruunt. et omne xp̄ianum nomē perdere ſata
gūt. nemo audet arma ſumē. Oēs ī arcū prauū dati ſumus. declinauim⁹ oēs. ſimľ in-
utiles facti ſum⁹ nō ē q faciat bonū nō ē vſꝙ ad vnū. Sed cogitabitis meli⁹ viri pru-
dētes ⁊ fortē induētes animū. recupare ꝗ̄ ſunt amiſſa. ⁊ acceptas iniurias vīdicare
conabimini. Ac tantū de priori belli gerēdi cā ſit dictū. Nūc alterā attingam⁹. hoc ē
vt futura et ꝓpe imminentia nr̄is ceruicibꝫ mala euitemus. Poſſent fortaſſe aliꝗ̄ mō
tolerare ꝑterita ſi finis maloꝝ eēt. ⁊ nō maiora impedirent diſcrimina. Sꝫ ꝗ̄ pacto
ſperare qetē ab ea gēte poſſum⁹ ꝗ̄ ſanguinē nr̄m ſitit. Que occupata grecia ī vngariā
. i. ī viſcera nr̄a gladiū adegit. Iuuenis ē aduerſari⁹ nr̄ etate florida. robuſto corpe. aīo
vaſto. tumido curſu victoriaꝝ. ꝗ̄s ſibi nr̄a negligētia pepit. van⁹ ē. dcept⁹ ē ſi qs arbi
trať adoleſcētē qetuꝝ eē. auro abūdātē. armis aſſuetū. ⁊ dn̄andi cupiditate īflāmatū

Ponite hanc ſpem: nūq̃ ille arma deponet: niſi aut victus: aut omniū victor extite-
rit. Proxima illi queqꝫ victoria: gradus erit alterius. donec ſubactis occidētalib⁹ re
gibus. deleto xp̄i euāgelio. mahometicā legem vbiqꝫ gentium inſerat. Neqꝫ arbitre-
mini lōgam morā priuſq̃ vos adeat. Nā vicine ille gētes tot bellis attrite niſi opem
fertis amplius carpere nō audebant. Soli fideles hungari perſeuerant. non tamen
diu ſtabūt niſi adiuti. Et hi quidē muri loco vobis ad orientē remāſerunt. quo diru
to neqꝫ theutones neqꝫ bohemi neqꝫ poloni ſatis tuti erunt. Nō aſperi montes. non
alta flumina iter impediēt. Nihil erit victa hungaria thurcis inuiū. nihil inſupera-
bile orbis imperiū querētibus. Per caruos et forū iulij terreſtribus copijs facilis i
italiā patebit trāſitus. Naualis exercitus ex vallana quā thurci poſſident: vni⁹ no-
ctis nauigatōe Brundusium patet. ⁊ in ſuperiori parte et in inferiori aperta eſt thur
cis italia. Utinā mēdaces et falſi ꝓphete ſimus in hac parte. Sed credite nos ſoliuꝫ
recitare ſibille. Veniēt veniēt thurci niſi obuiā imus ⁊ auferēt nobis locū et genteꝫ.
Nō timent hec fortaſſe hiſpani et galli neqꝫ theutones qui renū accolūt. neqꝫ angli-
ci occeano circūfuſi. Ac prudētes reipublice gubernatores. bellū foris q̃ domi malūt
et remotiſſimā laudant militiā. Pernicioſa et funeſta ſunt que gerimus in nr̄is lari
bus bella. Romanis orbis domitoribus nulla ſuſcepta calamitas durior q̃ in italia
fuit. Nec illi hanibal felici⁹ q̃ i affrica vicerūt. Credite nobis ꝓceres credite nobis.
Nō eſt cur amplius diſſimuletis. nō eſt cur ampli⁹ differatis arma ſumē. Si agros
veſtros. ſi focos. ſi liberos. ſi vxores ſi libertatem. ſi fidem ip̄am in qua baptizati et
renati eſtis retinere cupitis. bellum nobis credite; belluꝫ geratis oportet. Neqꝫ nos
bellum iniuſtum ſuademus. qui eius locū tenemus: de quo ſcriptū ē iuſticia et iudi-
ciū preparatio ſedis tue. Nec plura de primo et principali membro. Audiſtis viri
preſtantiſſimi ac nobiliſſimi quas ob cauſas in thurcos pugnare oporteat. Nā et ſu-
ſcepte iniurie id expoſcunt et in futurum xp̄ianorū indemnitati cōſulendū ē. Nūc qd
erat ſm noſtri ordinis membrū. i. an poſſitis hoc bellum gerere. et an victoria ſperā-
da ſit animaduertite. Cū xp̄ianis nobis ſermo eſt. qui diuitem italiā. nobilē gallieꝫ
fortem hiſpaniam. bellicoſam ac populoſam germaniā incolunt. his arma. his equi.
his homines. his pecunie abunde ſuppetunt. His vires longe maiores q̃ thurcis aſ-
ſunt. Audimus tamē nōnullos eſſe qui thurcos ſupra modum extollūt. nec ſupabi-
les putant tot preliorum victores. Nos magnas eē thurcorū opes fatemur. ſ; multo
minores q̃ fama ferātur. neqꝫ nr̄is quouis modo ꝯparando. Illi eī et ſi omnes cona-
tus adhibeant. ſupra tñ ducēta milia hominū nō educent. Sed quos hoīes inbelles
atqꝫ inermes ex aſianis ⁊ grecis mixtos noſtis. quāti faciat aſianos. Remus ille vir
gilianus cuius illa ſunt verba. O vere phride neqꝫ eī phriges ite per alta dindima
vbi aſſuetis biſſorem dat tibia cantum. Timpana nos buxaſqꝫ iuuant berechintea
mr̄is dee. Sinite arma viris et cedite ferro. Greci quoqꝫ illuſtres quondā nūc haud
quaq̃ vigorē antiquum retinent. Degenerauerunt ferme omnes qui thurcis parent
neqꝫ in armis neqꝫ in litteris priſtinum referunt ſpiritum. Ceciderunt omnia cū im
perio. Non ſtant ſimul fortia pectora ⁊ ſeruitus. qui fortes viri in caſtris thurcorum
militant ex xp̄ianis ſunt. ad ſummaꝫ quadraginta milia. nigre atqꝫ infelices anime
que vbi vos armatos viderint furijs agitate ſuorum ſcelerum et vltorem deum ante
ora cernentes. ferrū ſtringere nō audebunt. Reliqua turba in prelio nulli eſt vſui. ni
ſi cede ſua fatiget hoſtes. Percurrite geſta maiorum. Aſiana bella muliebria puta-
uerunt. Alexander magni alexandri ꝓpinquus. cum bellum gereret in italia. Frater
meus inquit in aſia cum feminis pugnat. Mihi aūt cuꝫ viris certamen eſt. Julius
ceſar cum de poticibus gentibus triūpharet que aſiam incolunt. in curru ſuo hec ver
ba iuſſit ſcribi. Ueni vidi vici. ac ſi ſolo aſpectu ſuperandos diceret aſianos. Gotfri
dus et alij qui ſecum in aſia militarunt parua ſepe manu innumerabiles hoſtiuꝫ co
pias deleuerunt ac ip̄os thurcos tāq̃ pecudes mactauerūt. Sed arbitramini fortaſ
ſe meliores hodie thurcos eē. victa grecia q̃ olim fuerit. At quales ſint pugna thau-
rinenſis oſtendit. anno ab hinc tercio geſta. Thaurinū vocauere priſci opidum ad

ꝯfluentes Sauū et danubiū ſitum. Hoc euo noſtro alij albam.alij beldradū vocāt
ꝓpter ſitum.nō magni momenti caſtellū.id cūctis viribus ſuis thurci expugnare ad-
nixi ſunt.Pugnatū eſt inter diu noctuqꝫ ſumma cōtētione. Erāt xpiani milites qui
opidū tuebātur pauci cruce ſignati.nō nobiles aut diuites.nō bellis aſſueti.non ar-
mis tecti.ſed rudes incompoſiti agreſtes.Et hi tamē thurcos vicere.nō tam ferrum
ꝙ fidē hoſtibus opponētes.Ab his tumidus ille thurcorum imperator.inſuperabilis
antea creditus et terror gentiū appellatus in acie victus.ab obſidione deiectus.ca-
ſtris exutus turpē arripere fugā compulſus eſt.Quid iohānis de himiad victorias
referamus.Quid georgij albani triūphos cōmemoremus.cuius cōſpectū nūꝙ ferre
thurcoꝝ acie potuere.vnus nobis exemplo ſat eſt.Johānes vintimilius qui cū trecē
tis militibus in epirū ꝓfectus ſuppetias nepoti ferens ſupra decē milia hoſtiū fudit.
ſtrauit.deleuit.Hi ſunt hoſtes veſtri o xpiani.Cū his vobis hominibus pugnandi ē
qui neqꝫ ferire neqꝫ feriri niſi in terga nouerūt.Quāꝙ ⁊ ſi fortiſſimi eſſent et bellaciſ
ſimi.In deo tñ ſperādum erat ꝗ cauſe ſue nequaꝙ deeſſet.Vn mō ſcriptū ē.in deo fa
ciemus virtutē et ipē ad nihilum deducet inimicos noſtros.Orabat moyſes in mon
te ⁊ populos vincebat in acie.Sol retinuit curſum ſuū ne victoriis ioſue retinēt cur-
ſum.Madianitaꝝ pleniſſima ⁊ minutiſſima caſtra cū trecētis viris diſſipauit gede
on Ammonitaꝝ numeroſū exercitū cū paucis militibꝫ ſupauit iepte Superbiſſimos
philiſteos ſolus humiliauit ſampſon.Nec in manu femine cum deus voluit victoria
defuit.Potētes in armis cananeos exterminauit delbora.ſiſarā interfecit ihael.Et
holofernē obtrūcauit iudith.Multa ſunt huiuſcemodi in veteri lege.Nec noua ma
gnificis caret exemplis cōſtantino magno pugnā timenti.ſignū crucis in celo mon-
ſtratū ē.et vox diuinitus audita que diceret.In hoc cōſtantine vince.De theodoſio
pijſſimo imperatore illi ſunt verſus.Omniū dilecte deo cui militat ether.Et cōiura
ti veniūt ad claſſica vēti.In britania que nūc anglia nūcupatur vt autor ē beda.bar
baroꝝ ingētes copias pauci admodū xpiani ⁊ inermes alta voce canentes alleluia
deleuerūt.Nō ē abbreuiata manus dñi.ꝙuis elōgata ē a nobis miſericordia ſua ꝓ-
pter peccata noſtra.Sꝫ ꝓpiciabilis eſt dominus deus noſter ⁊ multus ad ignoſcendū. Propiciabilis deus fit
ſi redierimus ad eū et ipē ad nos redibit.Facile ꝑ obediētiam placabimus quem ꝑ obedientia
cōtumaciā irritauimꝰ:qui vt primū nos viderit humiliato corde.mox odiū i nos cō
ceptū vertet i hoſtes ⁊ nobis victoriā mittet.Hāc deā eē veteres putauere quā iupitē
mitteret.Illam vō tāꝙ regi deoꝝ obtemperātē ad eos ire quos iuſſerit.⁊ in coꝝ ꝑ-
te cōſideret.At hoc verū ē ſicut ait aug.Nō de illo ioue quē deoꝝ regē ꝓ ſua opinio
ne finxerūt.Sꝫ de illo vero rege ſeclorū.ꝙ mittat ñ victoriā ꝗ nulla ē ſubſtātia.ſꝫ ange-
lū ſuum.⁊ faciat vincere quē voluerit.Sicut in caſtris aſſiriorū accidit ezechiā regē
obſidētibꝫ.in quibus angelus dñi centum ⁊ octuagintaquinqꝫ milia hoim vna no-
cte interfecit.Hec victoria id eſt hic angelus.omnibus proculdubio de celo mittitur
qui pro cauſa dei recto et magnanimo pugnant.Uerum cum in eo hoſte nobis pu-
gnandum eſt qui deo noſtro prorſus aduerſatur.libet hoc loco pauca de Saraceno
rum lege referre.quam thurci ſequuntur.vt cōfidentius pugnam ineatis.quo fedio
res ac magis impios cognoueritis.Sceleratiſſima eſt mahometea lex.que nō ſoluꝫ Errores machometi
xpi diuinitatem reſpuit.ſed innumerabilibus alijs ſcatet erroribus.Nāqꝫ vt pretere-
am deliramenta et ineptias illas.quibus angelos corporeos de flamma ignis crea-
tos intertinos affirmat.et origeni cōſentiens demones aliquando ſaluādos tradit.
⁊ celum de fumo factum.et lunam eque ſplenduiſſe cum ſole.ſed volitantis angelis
gabrielis ala tactam fulgorem amiſiſſe.Quis illud tolerare queat.ꝙ mundum cuꝫ
Democrito ſentiens fortune caſuiqꝫ ſubmittit ⁊ diuinam prouidentiā aufert.Quid
ꝙ ſacroſanctam trinitatem reſpuit et impoſſibile ait deū habere filiū.Et ꝙuis xpm
ex virgine natum conſentit.iuſtum et ſanctum hoiem.qui cunctas curauerit egritu-
dies.deū tñ eſſe cū arrio negat.nec ꝓ nob obijſſe cēſet.ſꝫ ſublatū a dō i fine ſecli mori
turꝝ ⁊ tū deīqꝫ ſurrecturꝝ.iudeos aūt aliū ſibi ſilēꝫ crucifixiſſe dlirat.nec ſctiſpē digni-

tat i glorieqꝫ ꝯſentit:quē in creaturā cū neſtoreo macedonioqꝫ mentit̄.Et omne fidei meritū auferens.In ſua quēqꝫ ſecta ſaluari hoīem ꝓhibet.Alioquin recte viuētē ni ſi a ſua lege abierit.Et quia nō cōſtant inter ſe mēdacia.Alio loco neminem ſaluari aſſerit extra legē a ſe traditā.In qua beato paulo ꝯtradicēs.Circūciſionē ſeruari ꝓcipit.Et vini tm̄ ꝯſuetudinē ꝓhibēs.ceteras voluptates indulget.ſtupra et adulteria cū captiuis et emptis mulieribꝰ admittit.Uxores plurimas:⁊ cuꝫ his diuortia paſſim cōcedit.Nec ꝯcubitus nature aduerſos inhibet.Poſtremo hō et beſtialis future vite beatitudinē ſola carnis voluptate metitur.En ſapiētem hominē q ſe dei ꝓphetā audet nominare temerator antique legis:corruptor noue:ꝓſtitutor aīaꝝ:verꝰ ꝓcurator orci.Et primus ſathane ſatelles.cuius auditores inferni mācipia ſunt:q̄les thurcos eē nō dubitamus.aduerſus quos armis cōtendere ſacrificiū deo fuerit ⁊ acceptiſſimū ſpectaculū.Ceterū quia diuinitatē xp̄i vt diximus impia ſaracenorū ⁊ thurcoꝝ ſecta prorſus excludit.nō ab re fuerit hoc in loco maieſtatē eius ⁊ glīam in mediū afferre cūctiſqꝫ palā facē xp̄m queꝫ colimꝰ ⁊ cuius cā bellū ſuademꝰ verum deū eē ſibiqꝫ thura deberi ⁊ diuinos honores.Aggrediamur igit̄ hūc articulū.Semper eñ conādū ē vt veritas magis atqꝫ magis eluceſcat.Agemus aūt pingui minerua nō more ph̄oꝝ quos vix illuminatiſſime p̄nt intelligere mētes.vt quiſqꝫ cum ꝓximo ſuo loquit̄:ita et nos hodie vobiſcū loquemur.Cupimus eñ etiā a piſcatoribꝰ intelligi qui fidē a piſcatoribꝰ accepimꝰ.In primis aūt illud aſſumimꝰ qđ omēs ferme cōcedūt.deū.ſ.vnuꝫ eē a quo oīa cōdita ſunt ⁊ gubernātur vniuerſa.Docēt tātū viri ſapiētes mūdi machinas ⁊ tantū rerū ordinē:quātū ī mūdo cernimus ſtare nō poſſe niſi et vnus eēt rector oībꝰ imperās.Recipimꝰ igitur confeſſa maiorum qui mundialis machine rectorē ⁊ quidē vnū eē fatētur.cūqꝫ deū vocāt.quo nihil maius nihil melius aut inueniri aut excogitari queat.hūc nos xp̄m eē luce clariꝰ oñdemꝰ.ad qđ efficiendū tutiſſima et aptiſſima via ex miraculoſis eius opibus patet.Nā et ipē interrogatus a iudeis an xp̄c eēt.Loquor vobis inquit et non creditis mihi opa q̄ ego facio in nomine patris mei:ipa teſtimoniū ꝓhibent de me.Faceſſant igitur dyaleticoꝝ ſilogiſmi et oratoꝝ inductōes.ipa nobis xp̄i opera.xp̄i diuinitatē oñdant.religioniſqꝫ nr̄e fidē cōfirmēt facta nō verba.Conatur igitur añ oculos noſtre mentis homo.qui vocatur ad nuptias aquā in vinū ꝯuertat.quocūqꝫ iter faciat egrotos ſolo verbo ſanitati reſtituat.mutoꝝ linguas in eloquiū ſoluat.Claudis gradiēdi facultatē tribuit.Cecis lumen.ſurdis auditum p̄beat.paliticoꝝ membra cōſolidet.Reſperſos elephantie maculis repurget ac nō ſolum vires imbecillis adijciat:ſꝫ ipos q̄qꝫ mortuos in ſepulchro quadriduanos tāq̄ ſomno ſolutos ad vitam reuocat.Secreta et cogitatōes hominū intelligat.futura p̄nunciet.demonia eijciat.ſuper aquis ſiccis pedibus ambulet.ventis imperet atqꝫ mari.Poſtremo volens iuxta ſermoneꝫ ſuum prius habitū.captus a iudeis.Crucifigatur.interficiatur.ſepeliatur.⁊ tercia die reſurgens.tractandū palpandūqꝫ corpus ſuum diſcipulis offerat.edat et bibat cū eis.Et tandē poſt quadragita dies videntibꝰ illis in celū aſcendat.Quid hic poſt tot ſigna dicemꝰ.An nō interrogatus a diſcipulis iohannis.Tu es qui venturꝰ es an alium expectamus.Interrogatores ipos ad miracula remiſit.Certiſſima quippe diuinitatis argumētatio eſt miraculoꝝ oſtenſio.Et ſi nōnulli philoſophoꝝ naturā ipam deam eſſe putauerunt.cur nō magis deus ille credendus eſt.qui nature dominium ſe habuiſſe miraculis patefecit.Dicat fortaſſe aliquis Moyſen.eliā.elizeum ceteroſqꝫ prophetas ⁊ ipius xp̄i diſcipulos.ſigna et portēta feciſſe ac nature curſum retinuiſſe.nō tamen fuiſſe deos.Uerum eſt id quidem:ſed neqꝫ illi deos ſeſe dixerūt.Mentiri eñ et miracula facere ſupra naturam.que xp̄c fecit nulli eſt datum.Sicut apud iohannē teſtatur cecus a domino liberatus.Scimus inquiens quia peccatores hoc eſt mendaces deus non audit.Et Nicodemus rabi.Scimus inquit quia a deo veniſti.Nemo eñ poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi eſſet cum eo deus.Ad hec que retulimus et alia q̄plurima đ xp̄o miracula ſacroſancta quatuor euangelia tradunt.quatuor vberrimi teſtes affirmant.Accedunt epiſtole doctoris gētiū pauli

⁊ actus aploꝛ. Ex quib palã fit ea ſigna xp̄m feciſſe ꝑ que nature dñs obdeꝛetur. Fuit igitur cũ deus ⁊ ip̄e verax: neqꝫ em̄ mẽdacib deus ꝯiũgitur. Si verax xp̄c igit̃ ⁊ deus. qui de ſeip̄o dicit in euangelio. Ego ſuꝫ via veritas ⁊ vita. ⁊ qui videt me vi det ⁊ patrẽ. et rurſus. Ego et pater vnũ ſumus. Et alio loco. Pateꝛ clarifica me ea claritate quã habui apud te priuſq̃ mundus fieret. quibus verbis ſe deum eẽ mani feſtiſſime teſtatus eſt. Nã ſi quis euangelio nõ credit. nõ videmus cur moyſi credat ⁊ alijs antique legis ſcriptoꝛibus. Creduut greci herodoto. tuciclidi. pollibeo. xeno phonti. diodero. Credunt romani liuio. ſaluſtio. trago. coꝛnelio. ſuetonio. Credunt et alij ſuis hiſtoꝛicis. Cur nos nõ credimus noſtris. Quãq̃ illi minime cum noſtris cõpandi ſint. illi em̄ nullius autoꝛitate recepti ſunt ſanctum euangeliũ multa patrũ cõſilia prius approbauerunt q̃ legendum eccleſijs traderetuꝛ. Ad cuius robur etiaꝫ martires accedunt. qui ꝑ teſtamento dñi ſua coꝛpoꝛa tradiderunt et lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Inter quos etiã virguncule maguo miraculo nõ expauẽ ſup plicia. Accedunt et ſanctiſſimi doctoꝛes. qui cũ eẽnt pſpicaciſſimi nequaq̃ euangelio credidiſſent. niſi verã eius hiſtoꝛiã cognouiſſent. Sicut apud grecos dyoniſius ari opagita. iohẽs criſoſtomus. gregoꝛius nazãzenus. cirillus athanaſius. magnus ba ſili. ⁊ alij q̃plures. Apud latinos quatuoꝛ doctoꝛes fama illuſtres. gregoꝛius. am broſius. hieronimus. auguſtinus. ⁊ vltra illos ciprianus carthagineñ. yſidoꝛus hi ſpalenſis. hilarius pictauieñ. euſebius verſaleñ. ⁊ ꝓximi euo nr̃o. Thomas aqui nas et albertus magnus. natione ſueuus. et alij pene innumerabiles. qui fide xp̄i di uinitate nõ moꝛe ph̄oꝛ qui ſibip̄is aduerſantur. Sed omnes vno oꝛe loquuntur vt ſine deo putanda nõ ſit tanta vnitas atqꝫ cõcoꝛdia. Cõfert ⁊ multũ romanoꝛũ aucto ritas. q cũ eẽnt ſapiẽtiſſimi atqꝫ potentiſſimi q̃ndã dñi et oꝛbis poſſeſſoꝛes collũ euã gelio nũq̃ ſubmiſiſſent. niſi aut rõnibus victi. aut miraculis tracti. Quis propterea viros foꝛtes eoſdemqꝫ prudentes hiſpanos. gallos. ac germanos euãgeliuꝫ ſuſcepiſ ſe crediderit. niſi magnis rationibus perſuaſos. Sane cum lex gentium mollis eſſꝫ xp̄ianoꝛum durioꝛ. nemo hanc ſubire voluiſſet niſi auctoꝛem eius deũ eſſe didiciſſet. Sed illud omnem ambiguitatem excludit. omnem titubatõnem auertit. omneꝫ cre dendi moꝛam expellit. quod multis ſeculis priuſq̃ xp̄c carnem induc̃. natiuitas ei ex virgine. ſanctimonia vite. miraculoꝛum patratio. legis editio. captiuitas. toꝛmen tum. perpeſſio. crucifixio. moꝛs. reſurrectio. in celum aſcenſio. et reliqua que de ipſo legimus. ita in prophetis ſcripta reperiebantur. ſicut poſtea geſta ſunt. Legite Iſa iam. hieremiam. danielem. ezechielem. dauid. ſalomonem ⁊ alios prophetas quecũ qꝫ de xp̄o iam facta cõmemoꝛant. euangeliſte eadem diuino afflati ſpiritu. Prophete futura predixerunt deum et hominem in xp̄o recognoſcentes. Nec ſibillarum contẽ nenda eſt autoꝛitas. que longo tempoꝛe ante natiuitatem dominicam vaticinate vt firmianus et auguſtinus affirmant. plura de xp̄i deitate cecinerunt. His coniungit̃ honeſtiſſima lex xp̄i omni ex parte venerabilis ac modeſta. Nam quid aliud epiſco pus docet q̃ celeſtem agere moꝛtales in terris vitam. Iubet em̄ nos deum colere. fe ſtos dies ſanctificare. proximos quaſi noſip̄os diligere. pauperum miſereri. viduas ⁊ pupillos atqꝫ omnes imbecillos protegere. Infirmos et in carcere clauſos viſita re. moꝛtuos ſepelire. caſtis nedum manibus ſed etiam oculis eſſe. adulteria. ſtupꝛa. foꝛnicatõnes. iurgia. lites. ebrietates fugere. Primos in cenis accubitus et omnes mundi pompas. omnes blandicias deuitare. Reges ac parẽtes honoꝛare. magiſtra tibus ac ſacerdotibus obedire. Poſtremo theſauros veros ip̄amqꝫ felicitatem non in terra ſed in celo querere. Hec lex xp̄i eſt. hoc preceptum. hoc teſtamentũ eius. Cõ iungite nunc omnia ſimul. Xp̄c ex virgine natus caſtiſſimaꝫ vitam ducit. ſigna ⁊ mi racula facit. nature imperat. legem perfectiſſimam edit. que oꝛbis cõſenſu recipitur deũ ſe dicet hoĩem. ꝓphete. martires ⁊ doctoꝛes ſibi aſtipulãt̃. Quid hec inferũt ſimul iũcta. niſi verũ eẽ teſtimoniũ xp̄i de ſeip̄o. ⁊ ip̄m vex atqꝫ indubitatũ eẽ deũ. Mahometẽ arabicũ. falſum mendacem. ꝑditum. ac omnino reſpuendum. qui hec negauit.

Uerus igitur xp̄c.deꝰ̄s verꝰ.verus deus ⁊ hõ xp̄c ihs.qui cū patre ⁊ ſpūſancto i p̄ſonarū trinitate colendus:miſertus humani generis primi parentis culpa vt iã pri mi damnati.vt nos redimeret.ex arce celeſti et altiſſimo dei throno ſplendor eterne glorie.figura ſubſtantie dei.moderator orbis.iudex futuri ſecli ad nos deſcēdit.Ne, qꝫ rapinam arbitratus eſt ſe eē equalem deo:ſed formam ſerui accipiens: exinaniuit ſeipm̄ factus obediens vſqꝫ ad mortem:mortem autem crucis. Neqꝫ iſta ſine ſuppli cijs atqꝫ tormentis:ſed dorſum ſuum vt inquit Iſaias poſuit ad flagella. Maxillas ſuas ad palmas.Genas ſuas a feditate ſputorum nõ auertit. Speciosus forma pre filijs hominum.ſpeciem atqꝫ decorem amiſit:ductus eſt tãq̄ ouis ad victimam ⁊ inter latrones deputatus eſt. Diuiſerunt ſibi veſtimenta eius et ſuper veſtem ſuam miſerunt ſortem. In ſiti ſua potatus eſt aceto ⁊ ſpineam coronam poſuerunt ſuper caput eius.Non fuit dolor ſicut dolor ſuus:a planta pedis vſqꝫ ad verticem nõ erat in eo ſanitas:nec tamen eiulatus emiſit.ſicut agnus coram tondente ſiluit.O homo.o xp̄iane.o qui fidelis videri vis.Et cur iſta xp̄m tuliſſe exiſtimas. Iuſtus erat:⁊ dolꝰ inuentus nõ eſt in ore eius.Cur tot ſupplitijs ſubijcitur innocēs.Pro te doluit homo Peccata tua ip̄e portauit homo:et tu ſuo liuore ſanatus es homo.Bonꝰ paſtor animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis.et mortem tuam morte ſua redemit.Et quas tu illi gratias reddis.Quid facis.quid cogitas vt gratus inueniaris. Thurci nomē ſuum blaſphemant.altaria ſua diruunt.legem ſuam.hereditatem ſuam perdere conātur.et tu domi iaces in ocio.O reges.o duces.o viri potentes ſurgite iam tandem et xp̄i dei veſtri religionem ac honorem defendite.quando nec opes nec vires vobis q̄ thurcis minores ſunt.et certiſſimi eſtis pugnaturis vobis pro lege domini diuinum auxilium implorantes minime defuturū.Nec plura de ſecundo et principali articulo.

¶ Tercium et vltimum modo ſi placet q̄ breuiſſime abſoluamus hoc eſt que p̄mia cōſecuturi ſint aduerſus hoſtes fidei pugnaturi.Audite adhibite aures fortiſſimi milites.magna ſunt et ineſtimabilia bona.que huius honeſtiſſimū belli victores adipiſcemini.In primis quecūqꝫ in hoc bello acquiretis.arma.equos.veſtes.argentum.aurum.ſeruos.ancillas.agros.vrbes.ꝓuintias.regna.iuſte et licite.ꝑ noſtra diſtributõne poſſidebitis.et vltra hoc clariſſimum nomen et famam eternam cuꝫ viris illuſtribus cōſequimini.Sunt hec quidem more gentium expetenda.Nec maiora queſiuere romam greci barbari belligerentes.At vobis o proceres premia longe maiora ꝓmittūtur.Naꝫ regni celeſtis poſſeſſio ⁊ xp̄i hereditas vobis offertur.⁊ hec quidem non ſolum vincentibus. verumetiam fortiter occūbentibus.Nam quid predeceſſores noſtros vrbanos.eugenios.innocentios.alexandros atqꝫ alios feciſſe cōſtat.xp̄ianos omnes cruce ſignabimus in hanc expeditõem ituros.et pugnaturis ꝓ lege domini pleniſſimam omniū peccatorum ſuorum veniaꝫ largiemur.⁊ ap̄licis clauibus paradiſi portas aperiemus.Omnibꝫ inquit rator qui patriam iuuerīt. auxerint. defenderint.certum eſt eſſe in celo diffinitum locum in quo beati euo ſempiterno fruantur. Uerius et certius hoc illis ꝓmittitur qui religionē xp̄ianam et orthodoxam fidem tuebuntur.⁊ aduerſus impios thurcos inuictis animis bellum gerent. Feſtinemus igitur ad hoc bellum in quo moriētes veram inueniemus vitaꝫ.Nõ hec quã viuimus vita ē:ſed potius mors que fugit velut umbra et nūq̄ in eodem ſtatu p̄manet.Sic lilia ⁊ flores deficimꝰ.Leuiſſima res ē q̄ hoīem extīguit. Beſtiole mīme nob inſidiãt ⁊ puule ſerpētis morſu ⁊ aranee nonnūq̄ ictu pimꝰ. Anacreõs poeta acino vue paſſe.⁊ fabiꝰ ſenator i hauſtu lactis vno pilo ſtrãgulatꝰ ē.Nihil fragiliꝰ humana vita.q̄ tū incerta tū breuiſſima euū nr̄m vt q̄lõgiſſimū ſit teſte dauid.i ip̄is ſeptuagita vl̄ octuagita finit̃ ãnis.Quid ãpliꝰ labor ⁊ dolor. At eſto neſtoreos viuas ãnos ⁊ matuſalē impleas etatē.Quid tibi poſtq̄ curſus pactꝰ ē.Breue ē qcqd finit̃ ⁊ ſtultitia eſt in his ſpem ponere que p̄tereūt.O homo moriēdum ē quiſqs es. et hec relinquenda que ſunt in terris cariſſima.Nemo natus ñ moritur. A morte mortales appellamur.Nemo nr̄m nouit an horã victurꝰ ſit.⁊ tñ hec terrene diligimꝰ q̄ mox relicturi ſumꝰ.qn potius trãſitoria ꝑ ꝑpetuis ꝯmutãꝰ.⁊ h̄ thurcēſe bellū aggredimur p

quod poſſumus imoꝛtales fieri. et ad illã ciuitatẽ hierl̃m ꝑuenire. quã ſumm⁹ rerum
opifex mira pulcritudine ⁊ artificio inenarꝛabili molitus ẽ. In q̃ deum ipm̃ facie ad
faciẽ videbim⁹ ⁊ ipſi⁹ bonitate fruemur. In qua ſc̃os intuebimur anglos et oĩm ſpi-
rituũ b̃toꝝ oꝛdines q̃ſi ↄciues ⁊ ↄtubernales habebim⁹. In q̃ nihil nos latebit corũ
q̃ vbiq̃ fiũt. Liberat⁹ eñ hac terꝛena ꝓpage anim⁹. oĩm rerũ ſciam non vt ſenſit plato
recuꝑabit: ſ; vt areſtoli ⁊ nr̃is placet doctoꝛibꝫ cõſeq̃tur. Illic nihil timebim⁹ nec pla-
nete neq̃ camete nob̃ foꝛmidabiles erunt: q̃s ꝑhoꝛreſcant reges. Sedebim⁹ (vt ꝓpha
teſtatur) in pulcritudine pacis: in tabernaculis fiducie. In requie opulẽta. Inueni-
emus ſabbatũ ſine veſpero: id ẽ requiẽ ſine fine. Renouabit̃ vt aq̃la iuuent⁹ nr̃a: que
nullo ſenio: nulla tp̃is longitudĩe coꝛꝛũpetur. Saciabimur apparẽte gl̃ia ſaluatoris
nr̃i quẽ ſine fine videbim⁹: ſine fine amabim⁹: ſine fatigatõne laudabim⁹. O igit̃ no-
bile bellũ. O felix ꝑmiũ. O expectabilẽ pugnã ex q̃ ſiue vincim⁹ ſiue vincimur ſemper
reges euadim⁹. ⁊ cũ deo nr̃o triũphantes lucidas ꝑadiſi ſedes q̃rim⁹. ꝓ quibꝫ conſe
quẽdis ſtephan⁹ ꝓthomartir lapidibꝫ ceſus ẽ. Petr⁹ ⁊ andreas ĩ cruce ſuſpẽſus. pau
lus ſecuri ꝑcuſſus. Bartholome⁹ viuẽs cute nudat⁹. Sebaſtian⁹ ſagittis ↄfoſſus: lau
renti⁹ flãmis exuſt⁹. S; nõ hec ex vob̃ viri foꝛtes ſupplicia reqrunt̃. Minoꝛi ꝑcio ce-
lum ꝓmittit̃. Pugnate tñ foꝛtibꝫ animis ꝓ lege dñi: ⁊ oĩa ↄſeq̃mini. de quibꝫ ſcribit
paulus. q: nec ocul⁹ vidit nec auris audiuit nec in coꝛ hoĩs aſcendit q̃ ꝓmiſit dñs di
ligentibꝫ ſe. O ſtulti ⁊ tardi ad credendũ in his q̃ ſacre ꝓmittũt lr̃e. digito dei reue-
late atq̃ ↄſcripte. O ſi adeſſent nũc godefridus. baldeuin⁹ euſtachius hugo magnus
boemund⁹ tancredus ⁊ alij viri foꝛtes: q quondã hieroſolimã ꝑ medias thurcoꝛum
acies penetrãtes armis recuperauerũt: nõ ſinerẽt ꝑfecto tot nos v̈ba facere. ſ; aſſur-
gentes vt olim. corã vꝛbano ſc̃do ꝑ̃deceſſoꝛe nr̃o: de⁹ vult deus vult: alacri voce clama
rent. Uos taciti ſinẽ oꝛonis expectatis: nec hoꝛtamentis nr̃is moueri videmi. Et foꝛ
taſſe ſunt inter vos q aiũt. Multa h̃ pontifex loq̃tur vt nos mittat in aciẽ ⁊ coꝛpa no
ſtra hoſtibꝫ obijciat gladijs. Sacerdotũ h̃ mos ẽ. Alligãt alijs onera g̃uiſſima q̃ ipi
digito nolũt attingẽ. Nolite ita putare filij. Nemo patrũ v̄roꝝ mẽoꝛia in hac ſede ſe-
dit q ꝓ fide xp̃i maioꝛa fecerit q̃ nos iuuantibꝫ vobis: ⁊ dño fauẽte facturi ſumus.
Uenim⁹ huc vt videtis nõ paꝝ debiles: neq̃ ſine ꝑiculo nr̃i coꝛꝑis: neq̃ ſine damno
terꝛaꝝ eccl̃ie: plus defenſionẽ fidei q̃ patrimoniũ b̃ti petri fecim⁹ ⁊ q̃ valitudinẽ ⁊ q-
etem nr̃am. Accreuerũt expẽſe mirũ immodũ. Reddit⁹ aũt apprime diminuti ſũt. Ne-
q̃ iſta gl̃abundi referim⁹. Tedet pudetq̃ nos plura facẽ nõ potuiſſe. O ſi q̃ fuerãt iu
uenili ĩ coꝛꝑe vires: he nũc adeſſent: nõ iretis ſine nob̃ ad bellũ: neq̃ ꝑiculũ ſine nob̃
ſubiretis: ipi añ ſig̃ ꝓcederem⁹: ipi crucẽ dñi poꝛtarem⁹: ipi verillũ xp̃i ꝑfidis hoſti-
b⁹ obijceremus beatoſq̃ noſipſos aꝛbitraremur: quibus datum eſſ; pꝛo ihũ moꝛi. Et
nunc ſi cenſetis non recuſabimus egrotum coꝛpus feſſamq̃ animam in hanc felicem
expeditõnẽ chriſto deuouere. Per caſtra: per acies: per medios hoſtes ſi ſuadetis le-
ctica vehi generoſum putabimus. Nec magnifica verba ignauo proſequemur ani-
An non eſt ipſe boecius vir poeticus? Nā ipſa phia que cū eo loquit̄. vt plurimū verſi-
bꝫ agit et fictionibꝫ. Quot ſunt ibi fabule. quot metrorū genera. Similis illi videt̄
boecius. qui iurabat nō eſſe iurandum. Sed non hoc boecio imputamꝰ. magno tum
pho tum poete. iſti ſentiunt: ſꝫ aliam illi fuiſſe mentem exiſtimamꝰ. de qua nunc dice-
re longum eſſet. ad hieronimū venio cuius optarem qui viuūt omnes ſequi veſtigia
Sic enim eloquentia viteqꝫ ſanctimonia cuncti eſſemus prediti. Quod opus eſt illū
obijcere qui poſtꝙ̄ gētilia ſtudia pluſtratus eſt omnia. tamē demū verberibꝫ affectū
ſe dicit. feci me iudice hoc in negocio ſicut in re familiari prouerbium eſt florentino
rū. Sic illi aiunt. Cum domum vndiqꝫ oppleueris. tunc vt recte viuas memento. Si
caret hic vndiqꝫ poetaruꝫ dictis. nec verſus eſt vſꝙ̄ eius. qui non Tullianam redo-
leat eloquentiam ꝙ̄uis et Ciceronem et ſeculares quoſuis codices abnegauerit. Sic
de ceteris eccleſie doctoribꝫ dixerim quoꝝ facundiam que muta fuiſſet alioquin illu-
ſtrauere poete. Nec mirum cum doctor xpiani exercitus et orator inuictus apoſtolus
paulus poetarum volumina perlegerit quorum verſus in epiſtolis eius inſerti repe-

riuntur. Nam quod ad Titum ſcribit Iheronimo teſte. Cretenſes ſemper mēdaces male beſtie ventris pigri. verſiculus eſt Epimenidis poete. Alibi quoqꝫ Menandri ſenarium poſuit. Corrumpunt mores bonos cōfabulatiōes male. Nec mirū ſi apud latinum metrū non ſeruat ad verbum expreſſa tranſlatio. Cum homericus eadem lingua verſus in proſa vix cohereat Latus ad diſputandū campus et materia diues Poſſent infiniti pene adduci. qui litteras ſeculares et preſertim poetas cōfirmāt legendos. Nempe Ciprianus vir eloquētia clarus. et martirio firmiano narrāte mordetur. ꝙ aduerſus Demetrianum ſcribens teſtimonijs vſus ſit prophetarū et apoſtolorū. que ille ficta et cōmentaria eſſe dicebat. Et nō potius philoſophorum et poetarum. quorū autoritati vt ethnicus cōtrarie non poterat. Sed quid opus eſt alios pꝰ paulum citare teſtes. aut cui fidem prebebit: qui paulo non credit? Sequatꝛ quiſqꝫ ſi vult errorem ſuum. nos cum paulo ceteriſqꝫ ſanctis et eruditiſſimis viris poetarum lectionū ne dum non vitabimus. ſꝫ amplectendam ceteris modis legibuſqꝫ ſuademꝰ.

## Cur non omnibꝰ poetis dictis adhibenda eſt mens.

NOn eī poſſim quoſqꝫ poetas legi atqꝫ his herere totos puerorꝝ precipimꝰ animos. Nam cum pleraqꝫ in his amatoria vicioſaqꝫ ſint non omnibus que ab ipſis dicuntur adhibenda eſt mens Sicut nec theologi nec philoſophi omnes audiendi ſunt. Sed cum excellentium virorꝝ dicta aut facta cōmemorant tunc tota mente moueri et inflammari lectorꝫ debet. maximeqꝫ conari: vt ipē talis ſit quales illi fuerunt. Cum vo improborꝝ hominum mentio incidit. fugienda eſt illorꝝ imitatio. Audi Baſiliū ſanctiſſimum atqꝫ peritiſſimum virū. Nos inquit ille laudamus poetas. cū non iurgiam referunt. neqꝫ cum ſcurras aut amantes aut ebrioſos aut dicates imitantur: neqꝫ cum diuite menſa cantuqꝫ diſſoluto felicitatem diffiniūt Minime vo cum de dijs aliquid dicunt. et maxime cum de illis ita narrāt quaſi plures ſint atqꝫ diſcordes. et pauloplus eadem hec dicenda. ſunt ait de ceteris ſcriptoribꝰ. et tunc maxime cum ad voluptatem leguntur. Et iterum. ſꝫ tunc potiſſimū oratores amplectimur. dum aut virtutem extollunt aut vitia efulminant. In lectionibus igitur poetarum et aliorum ſcriptorum imitari apes decebit. Ut enim ex floribus ceteri nihil ſumunt preter odorem et colorem: Apes vo etiam mella ſciunt inde experpere. Ita qui non ſolum feſtiuitatem ſequuntur. verborꝝ aliquem fructuꝫ percipere poſſunt. Nec īſuper apes omnes pariter flores adeunt: nec ſi quos adeunt eos totos abſoluunt. ſed eo ablato qđ operi ſuo apertum ſit. reliquum omne valere ſinunt. Non poſſumus facere qui diui Iheronimi rurſus vtamur teſtimonio vt inde remedium prebere doceamus vnde vulnus fuit inflictū. Hic cum in epiſtola ad oratorem vrbis ſcripta non ignoraſſe paulum gentiles litteras et vſum poetarum carminibꝰ oſtendiſſet. mox ita ſubiungit. Legant enim in deutronomio dn̄i voce preceptum mulieris captiue. radendum caput ſupercilia omneſqꝫ pilos. et vngues corporis amputādos eſſe. ſicqꝫ eam habendam in coniugio Moxqꝫ de ſeipſo ſubijcit. Quid ergo mirū ſi et ego ſapientiam ſecularem propter eloquij venuſtatem et membrorum pulchritudinem de ancilla atqꝫ captiua iſrahelitam facere cupio: et quicquid in ea mortuum ē ydolatrie. voluptatis. erroris. libidinis. vel preſcindo vel rado. habes iam formam legendi poetas et autores alios. Cuꝫ enim id ex his exceperis quod veritati cōſentaneum ſit. cetera omnia tranſgredieris. et velut in roſis legendis ſentes vitabis. Ita q̄ntū vtiliter ſcriptum eſt accipiēs. reliqua que nocere poſſunt declinabis. principio nāqꝫ cuiuſuis diſcipline que nam illa ſit deſiderare oportet et ad finem dirigere. Et quoniam ex hac vita per virtutem ad meliorem perducimur. virtus autem ꝙ̄ multuꝫ a poetis multum ab hyſtoricis multo etiam magis a philoſophis laudatur. eorum verbis maxime inherendum eſt. Nec enim parum habet vtilitatis conſuetudo quedam et familiaritas virtutum mentibus puerorum et animis infuſa recentibus: cuꝫ valde inherere ſoleant. et pene indelibiliter. que in tenera etate diſcuntur. vnde Ora-

tius. Quo ſemel imbuta recens ſeruabit odorem. Teſta diu. Sic ex lectione veterꝫ et nonoꝝ qui ſcribunt prudenter autorum duplex te autoritas comitatur. Nam ⁊ vitam ſtudio virtutum efficies meliorem. et grāmaticam periciamqꝫ ſermonis optimorum et ornatiſſimorum verborꝫ et ſententiarū magnā ſuppellectilē tibi comparabis

## Qui autores quiue poete pueris ſint legendi.

Sed accipe rurſus a nobis aliam regulam. et qui ſunt autores tibi legendi dum puer es noſcito. Sunt poete. ſunt hyſtorici. ſunt philoſophi. ſunt oratores. Nam theologos in aliud tempus reſeruamus Quis et boꝝ multi ſine periculo vt poſt dicemus tradi puero poſſunt. qui tamen et ipſi philoſophorum nomine continentur. Nihil enim eſt quod ignoratum philoſophia pretereat. In poetis legendum qui tibi credendi ſint preceptoris iudicium aſſit. Inter heroicos virgilium cunctis preferant. cuius tanta eloquentia tantaqꝫ eſt gloria. vt nullius laudibꝫ creſcere. nullius vituperatiōe minui poſſit. Apud quem dicendi ſingula genera que quatuor eſſe putantur. breue. copioſum. ſiccum. et floridum ſtudioſus lector inueniet Lucanus grandis autor hyſtorie. et ſtacius admodum limitatus preteritum iri non debent. Ouidius vbiqꝫ triſtis vbiqꝫ dulcis eſt. in pleriſqꝫ tamen locis nimium laſciuus. preclariſſimum tamen opus eius. cui methamorphoſeos nomen indidit. propter fabulaꝝ periciam quas noſcere non parui fructus eſt. nullo pacto poſtergandū eſt. Ceteri qui carmine ſcribunt heroico. remotiſſimi ab his ſunt. verſificatorumqꝫ magis ꝙ poetarum nomine ſunt appellandi Claudianum et qui Argonauticū ſcripſit minime contempnendos iudicauerim. Sathiri apud nos hodie tm̄ tres inueniuntur. Oracius Iuuenalis. Perſius: poteſt ⁊ marcialis coquus ſatyrus videri. ſed carmen ſatyre legem preterijt Oracius vir fuit multe eloquētie. doctrine virgilio parū minor. vtilis eſt vbiqꝫ ſiue Odas ſiue poetriam ſiue ſmones ſiue epl̄as legeris. Sūt tm̄ in eo q̄dā que tibi nec legere voluerim nec interpretari. Iuuenalis alto ratis ingenio pleraqꝫ nimis licenter locutus eſt. In aliquibꝫ autem ſatyris tam religioſum ſe prebuit. vt noſtre fidei doctoribꝫ in nullo cedere iudicatur. Perſius nimis obſcurus eſt. vtilis tamē. Marcialis pernicioſus ꝙuis floridus et ornatus. ita tamē ſpinis denſus eſt. vt legi roſas abſqꝫ punctione non ſinat Elegiā qui ſcribunt omnes puero negari debent. nimium enim ſunt molles Tibullius propercius Catullus et que tranſlata eſt apud nos ſapho. raro namqꝫ nō amatoria ſcribunt. deſertoſqꝫ conqueruntur amores. Ammoueantur igit̄. aut ad firmius etatis robur reſeruētur Comedi plurimum conferre ad eloquentiam poſſunt. cum per omnes perſonas et affectus eſſent. Ex iſto genere tm̄ duos habemus Plautum atqꝫ Terētium Tragedie quoqꝫ perutiles ſunt. ſed latinum hodie preter Senecam (qui fuit magni ſenece nepos) nullum habemus niſi Gregorium Corario venetum qui Memneterei fabulaꝫ que apud Ouidium habetur in tragediam vertit. Cunqꝫ in oratione grauitas et elegantia requiratur. illam in tragedijs hanc in comedijs reperies. Animaduertere tamen preceptorꝫ oportet. dum tibi comedos tragedoſqꝫ legit. ne qđ vicij perſuadere videatur. Sꝫ perſonas q̄ loquūtur et effectus q ſequūt̄ cōſiderari pōderariqꝫ iubeat

## Qui oratores legi debent. ⁊ ꝙ Cicero pre omnibꝫ.

Oratorum qui legi poſſunt maxima turba eſt. ſed omnium candidiſſimꝰ eſt Cicero. qui iocundus incipientibꝫ et appertus eſt ſatis. Nec prodeſſe tm̄ ſed etiam amari poteſt. Cuiuſqꝫ de officijs libris tibi nedum vtiles verum neceſſarios arbitror. Scripſit et Ambroſius ad eius imitationem de officijs non deſpiciendum opus quod cum illo legendum aptiſſime putauerim. vt que fidei noſtre ex Cicerone non cōſonāt. ex Ambroſio moderamen accipiant. Sunt opera Lactancij limatiſſima Nihil Iheronimi non expolitum Auguſtini ſunt emendatiſſimi libri. Gregorio vti non inutiliter potes. Noſtri temporis Leonhardi aretini Guarini veronenſis Pogij florentini Ambroſij monachi Camaldulenſis volumina terſa ſunt. legentibuſqꝫ fructifera. Sunt et hyſtorici legendi pueris. Liuius atqꝫ Saluſtius. ꝙuis ad eoruꝫ intelligentiā pfectu ſit opus Iuſtinus et Quintus

Curcius et quē petrus paulus tranſtulit Arrianus. in quibꝫ vt nō fabuloſa ſunt. A-
lexandri geſta ꝑcurri debebunt. quibꝫ adiungi Ualerius hyſtoricus et ꝓbus ſimul
nō indignus. Suetonius puero nō eſt cōmittendus. Ex geneſi quoqꝫ ex. Regū libris
ex machabeis ex Judith. Eſdra. heſter. ex euangelijs. ex actibꝫ apoſtoloꝝ hyſtorie nō
ſine magno fructu recipiuntur. Hyſtoria nāqꝫ vt dicit Cicero. eſt teſtis tꝑm. lux veri
tatis. magiſtra vite. nuncia vetuſtatis. vtiliſſimū ergo eſt hyſtoricas cōplures noſſe.
atqꝫ in his ſe exercere. vt aliorū exemplo vel vtilia ſequi vel noxia vitare ſcias. Non
tamē vſqꝫ ad ſuperuacuū laborem te volumꝰ occupari. ſed receptas aut a claris auto
ribꝫ memoratas ſatis eſt hyſtorias didiciſſe. Nullo autem pacto vel bohemoꝝ hyſto
rias vel vngarorum atqꝫ his ſimiles ſi me penes autoritas fuerit tradi puero ꝑmiſe
rim. Sunt enim ab indoctis ſcripte. multas ineptias cōtinent. multa mendacia. nul
las ſententias. nullos ornatus. Nam ꝙ ait plinius nullus liber eſt tam malus. ex quo
nō poſſit aliquid vtilitatis excerpi. ac propterea ſcriptorū genera quouis lectōi cōmitte
re videat̄. non ad pueros referri. ſed ad viros iā doctos debet. Pueri namqꝫ niſi ab ini
tio rebus optimis imbuantur. ingenia deprauant. Nec poſſunt verum adipiſci iudi-
cium. Tantūqꝫ de ſecunda parte grāmatice ſatis dictum eſſe putato. Sed tamen pu
eris hos autores nō ingeri. ſimul neqꝫ omēs tibi de neceſſitate audiēdos nos arbitra
ri. et oī curādū ſtudio duxerīꝰ: ne cumulatio laboris nimiū odioſas tibi lr̄as reddat.

Ut reges et principes erudiri debent in ſcribendo.

Terciā grāmatice partem ſuperius in orthograuia dictū eſt cōtineri. doctri
na bene ſcribendi leuiuſcula. res fortaſſe videbit̄. ſi tibi de hac quoqꝫ ꝑte
precepta tradiderim quaſi ridiculū ſit. Regem ſcribēdis ſe lr̄is occupare
beneqꝫ ſcribere ac velociter ac honeſtius vero negligi ſoleat. Sꝫ nō eſt alienū hāc etiā
regi puero tradi ꝑtem. que ad cognitionem et intelligentiam autorum non parū lu-
minis prebet. Ueteres quidē ceſares relatum eſt cōplures ſcribendi peritiſſimos ex
titiſſe. Maximus pontifex qui nunc romane preſidet eccleſie Nicolaus quintus orna
tiſſime ſcribit. Et anteceſſoris ſui ſimilis virtus fuit Eugenij quarti. Nec patruelis
tui glorioſiſſimi principis ceſaris friderici ſcriptionem quiſꝗ reprehenderit. Quis
enī raro principem ſcribere oporteat. cauendū tn̄ eſt dum ſcribit. ne muſcarum litu-
ras ſed margaritas potius pingere videatur. Que res alphonſi maximi et aliquan-
do excellentiſſimi reges laudes non nihil obnubilat. dū litteris que de curia ſcribū
tur ſuum ꝓprium nomen adijciens ſerpentes figuret an litteras ignoratur. Quod vi
cium vt tibi deſit. aſpice que circa orthographiam monemꝰ. In tenui labor eſt Uirgi
lius ait non gloria.

De forma litterarum ſeruanda in ſcribendo.

Orthograuiam in duas diuidimus partes. altera eſt vt nitide. altera vt re
cte ſcribas. In primo videndum eſt vt elemēta in ſuis caracteribus affin-
gantur. vt neqꝫ macra ſint neqꝫ corpulenta. vt que rotunda que quadrata
que oblonga. que retorta ſunt. ſuā formā cuſtodiant. Et hic quoqꝫ duplex modus eſt. al-
ter modernus. alter antiquus. vetuſtatū forma litterarū legibilior ē mundior. caſti-
or. ac grecis a quibus originem duxit ꝓpinquior. Quēcūqꝫ modū ſequi puer volue-
rit. ī eo neceſſariū eſt exemplum dari ſibi pulcherrimū atqꝫ emendatiſſimū. Optima
namqꝫ ſꝑ ad imitādū ꝓponi debēt. Que ſi non poſſumꝰ attingere. hoc tamen preſtāt
ne cū vltimis deſpiciamur. Prouidendū quoqꝫ nō inutiliter fuerit. vt verſus ad ſcri-
bendum aſſumpti ſententias habeāt non ocioſas. nec nomina barbara cōtineant. ſed
honeſtū aliquid moneant. ex claris electa poetis et autoribꝫ fama celebribꝫ. vt ſic pu
er quaſi per ludū ꝓbari diſcat et ſcribere. In ſecunda parte que rectam ſcripturam ī-
tuetur plures traduntur regule. noſcende ſunt vocales. cōſonantes. mute. liquide ⁊
duplices littere. Conſideranda ſunt verba ſimplicia quibꝫ ſignentur elementis. vt
compoſitorum ſimul obſeruatio fiat Sed hoc quoqꝫ multam patitur exceptionem.
pluresqꝫ fiunt et indeclinationibus et in compoſitionibus ne dum litterarum. verū-

etiam ſillabarum mutationes. Uerba vero ſimplicia quibus ſcribenda ſint litteris.
vſu magis ꝙ̄ regula diſcimus. In qua re magnum prebet adiuuamen lectio poetarū
In quibꝫ menſurari verſus breues aut longas ſillabas demonſtrantes. aut duplica
ri litteras aut detrahi iubent. Hac ratione perdoctum eſt oppida p littera duplicata
ſcribi oportere. quia poete longam eius primam ſillabam ponunt. vt eſt illud virgi=
lij Tot congeſta manu prerupitis oppida ſaxa. Breuis enim prior ſillaba fuiſſet ſi
vnum tm̄ p ſibi retinuiſſet vt eſt oportet. Opportunus autem ꝙ̄uis ab eo deſcendat
duplicare p voluit. ſicut vſus doctorum manifeſtat. Regule vō que de mutatione lit
terarum tradi ſolent. compoſitionem plerumq; reſpiciunt. que cum prepoſitioni=
bus fieri ſolet. Expedit ergo noſce quomodo Ad. prepoſitio cum diuerſis di=
ctionibꝫ cōponatur. et aliquādo d mutat in ſequentem litteram a qua dictio incipit
cui iungitur. vt curro accuro. fero affero. gero aggero. ludo alludo. nuncio annuncio
porto apporto. rideo arrideo. ſurgo aſſurgo. tollo attollo. De ceteris cōpoſitionibus.
que cum dictionibꝫ fiunt ab his litteris incipientibꝫ. ſ. cū ad prepoſitiōe cōponātur.
aliquando autē pdit vt aperio ex ad et perio. agnitus. aſpectus. aſcendo. aſto aſcribo
aſtruo. qđ vbiq; ſeruandū eſt. quādo dictioni iungitur ad que. a. g. n. ſ. p. ſ. t. ſiue qua
cōſonāte icipit. In ceteris vō immutata d manebit. vt adhibeo. adhereo. aduoco. ad
quiro. non vt pleriq; volunt acquiro. In quo forſitan hodie conſuetudo rationem vi=
cerit. Ad et ſum quādo ſimul cōponunt̄. ſunt qui adſum et qui aſſum ſcribunt. et tam
docti hinc atq; inde ſunt. vt in vtranq; partem videri poſſit valere cōſuetudinē. Ab=
ſum et apſum. obtimus ⁊ optim⁹ vt Quintiliano placet ſcribi pōt. quia b et p ſonū
cognatum habent. Preteritum vō verbi abſū et affui reperitur ſcriptum et abfui: ſ
hoc rationi magis cōgruit. Ab autem prepoſitio non cōſueuit b perdere cum quacū
q; dictione ſocietur. vt abdo. abitio. abero. abripio. Quod ſi b mutatur in conſonā=
tem ſequētē. ex ad potius ꝙ̄ ex ab facta opulatō videtur. Amitto tn̄ non abmitto ſcri
bere cōſuetum ē. et abſporto ſ interpoſito figuratur cum ſit ex ab et porto.

Quomodo cōſonantes geminari poſſunt et littere mutari.

Diſſe autem oportet ſcriptorem nullā cōſonantem gemīari poſſe. ſi ſequa=
tur aut precedat cōſona. niſi L fuerit ante R que ſequitur aut precedit
vt affluo. affringo. ſuffragor: non dicimus tranſſūmo ꝙ̄uis ex trans ⁊ ſū
mo cōpoſitū ſit. Poſſunt tamen tres cōſonantes inuicē cōcurrere ſi nulla geminatur
vt obſcenus. ſtrutio ſextus. Nā x duarū conſonantium vim tenet. c s ſimul g s. Ex. p
poſitio quando dictionibꝫ adiungitur ab ſ incipientibꝫ. non patitur s ſimul cōcurre
re ſ abijcit illā. vt exurgo. exigo. exāguis. extinctus. At ſi cum dictione componatur
ab f incipiēte x mutabit in f vt effugio. effero. effringo. In ceteris nec mutat nec mu=
tatur. vt excurro. exquiro. expello. extendo. exlex. Nec alia reperitur ab L dictio in
choans que cum ex componātur. E vero prepoſitio pleriſq; dictionibꝫ adiungitur.
ad quas ex ꝯponi nō poteſt. vt ſi dictionis prior littera d fuerit. vt educo. vel conſona
vt euoca. euacuo. euebo. vel l vt eluo. vel n vt enitor. vel m vt emineo vel r vt eruo. nec
geminantur quouis modo tales conſonantes. ꝙ̄uis eijcio per duplex ij ſcribatur. qa
ſcđm I vocalis eſt non conſona. ſeruatq; verbum eijcio per totam declinationem I
duplex vnum ſcilicet conſonans ⁊ aliud vocale. niſi cum e littera ſequitur. vt eieci In
proſa quoq; verba queuis a iacio venientia p duplex ij ſcribi dn̄t. vt eijcio obijcio re=
ijcio abijcio In carmine vō aduertēdū eſt. an longa ſit an breuis prior ſillaba. ſi lon=
ga eſt duplicatur. ſi breuis ſimplex erit. Quiſq; enim horum verborum vſus apud
Uirgilium reperitur. Titire paſcentes a flumine reijce capellas. Nec eſt in quinto
pede procelcumaticus. vt quibuſdam viſum eſt Ouidius. Quid mihi liuor edax igna
uos obijcis annos. Apud ſtatium. Pectoraq; inuerſis obicit fumācia muris. Et ite=
rum. fontibꝫ ītētos abicit monſtratq; cruorē. Atq; alibi. Abicit tectorē culmīe ſūmo.
Conijcio quoq; p duplex ij ſcribi Quintiliano placet. in et cō quando componuntur
cum dictionibus ab L vel M incipientibus N in ſequentem mutant litteram et
geminant. vt Ludo Illudo. Colludo. Ruo. Conruo. Immuto commuto. Im=

mitto eſt autē con prepoſitio in ſeperabilis.que nō inuenitur niſi in cōpoſitione .et
quando dictioni ſociatur que vocalē vel aſpirationem habet in principio.āmitit n vt
cohereo.coherceo.cohortor.fallit ī hoc verbo comedo.cōpoſito ex con et edo.vbi pro
pter conſonantiam meliorem non abycitur n ſ; cōmutatur in m.

Quomodo varientur littere et deriuentur dictōnes a ſupinis et ꝓpoſitionibꝫ.

Sub et ob ſi dictionibꝫ iuncte fuerint ab .r.p.c.g.f.vel.m.incipientibꝫ.ī ſe
quentem cōſonantem.b.mutari cōſueuerūt.geminationēq; facere.vt ſuc-
curo.occurro.ſuccido.occido.ſuccumbo.occumbo.ſuccino. occino.ſuffi-
cio.officio.ſuggero.ſūmitto.ommuteſco.ſuppono.oppono.ſurripio.Ab his tamē ex-
cipiende ſunt aufero.aufugio.in quibꝫ.b.mutatur in.v.Item abrogo.abrado.abro-
do in quibus manet integra.Sub ſi verbo quatio adiūgatur.b.mutatur ī.c.fitq; ſuc
quatio.Itē omitto nō ōmitto vel obmitto.ſcribendū ē.Opio et eius paſſiuū operior
ſiplicis p.ſcriptōe ꝯtētaē.Operior ꝯponēs.pp.duplex reqrit.Opior.opinio.opitulor
opulēt⁹ vnū.p.ꝯpoſuit.Ob q; nōnūq̄.r.ſeqnte n̄ mutaē euphōie cā.vt obruo.obrepo
obripio.Obſcur⁹ ex ob et cura cōfectum.non mutat.b.ſ; propter cōſonantiā acceſſit.
ſ.Sic et in obſceno fit ex ob et ceno cōpoſito.Si vō ob et ſub.cū alijs q̄ vt premiſſuʒ
eſt.dictōnibꝫ cōponūtur.incōuulſam.b.reſeruāt litterā.vt ſubdo et obdo .dis quoq;
et di prepoſitiones inſeparabiles in ſolis cōpoſitionibꝫ reperiuntur.dis quidem cū
dictionibꝫ.a.b.c.p.f.t.I.conſonante.vel.s.ꝯponi poteſt.vt diſcerno ex dis et cerno
diſpono.diſtrabo.diſiungo.diſſuo.ſeruaturq; ſententie mutatione s.in verbo diffun
do mutatur in f.et geminaē.ſicut et in differo et diffido.diminuo q; ex dis et minuo.
ſ; variaē s in m.que duplicatur.Neq; pōt cū hyſce verbis ſic incipientibꝫ di cōponi
niſi cum minuo.et tunc ſimplici m ſcribitur diminuo.Cum ceteris di ſepius q̄ dis
copulatur.vt diduco.diluo.dinnumero.digradior.diripio.Trans prepoſitō cōpoſi-
ta cum dictionibꝫ a.b.d.m.vel.I.cōſonante principium habentibꝫ: n et s.amittit.
vt traduco.trano.traijcio.Inuenitur tamen et integra . vt tranſmigro et tranſdu-
co.que videri poſſunt non eſſe cōpoſita N littera neq; ante.b.neq; ante m.neq; añ.
p.locari pōt.ſiue cōpoſita dictio fuit ſiue ſimplex.vt ſumma p duplex m Nombꝫ pō-
peius.cōmunis.immunis.combibo.cōputo īputo.In cōpoſitis q; p figurā Theme
ſim diuiſ vt enūq̄ prudēs nūq̄ potēs vſus doctorū hꝫ.vt m ponatur loco n.q̄uisvide
ri poſſet ad ſuā naturā in ꝓpoſitōe reuerſā q̄ dū ſepata ē quāq̄ ſequens dictō ſup̄ di-
ctas in principio lr̄as habeat nō mutātur.vt in binis in pōtificio ī magiſtratu.Con
tra vō fit.vt.f.c.d.q.s.t.in ſimplicibꝫ ac cōpoſitis dcōnibꝫ iuxta ſe perire n̄ ſūmāt m
vt Tonſus Linquo cācer.mendax.centum.anfractus.quēcūq;.quicūq;.tantundem
identidē.In grecis quoq; dictionibꝫ q̄ p.ph.figurantur idē ſeruandum eſt:Sed ſcri
bi m ꝓnunciari n peritiores volunt Pomphilus nimpha.Circum prepoſitio quādo
componitur cum dictione a vocali incipiente , integram ſeruat m.vt circūeo ſcribaē
pronuncietur circueo.Cum prepoſitio per c.n.m.ſcribi debet.Atſi aduerbium tem
poris fuit.per.q.u.o.m.vt Quintiliano viſum eſt.Uerum et quondam non condāʒ
ſcribi.Caiū Cneū figurare.Gaiū Gneū ꝓnūciare vetuſti moris fuit.Et ſunt q hoc
etiā ſeruant docti viri et vetuſtatis amatores.Ex quo fit.vt non ſemper vocis verum
depoſitū reddāt lr̄e:ſ; alterius altera ſonū nonnūq̄ exhibet.vt amantium et amenti
um per t ſcribamus..et ſonum c proferamus.Litium tamen et vitium qui ſunt li-
tis et vitis genitiui plurales non mutant vocem.ne Licium ij vicium vicij putentur
E conuerſo ſcōm Quintilianum Gaium mulierem ſignificat.ſed C virū.Idē Quin
tilianus quicquid ſcribendum cenſuit.victorinus quidquid quaſi diuiſum ſit et re-
petitum quid.quod Gaſparino Pergamenſi magis placuit Idcirco non icirco docti
ſcribunt quaſi nil aliud ſit q̄ circa id.Quicq̄ tamen ſcribitur non quitq̄ et inde ne-
quicq̄.Sepe etiam contingere ſolet.q̄ C in G mutetur.vt in dictionibus numero-
rum ſi preceſſerint N.vt quadrigenti.ac ſi precedit R perſeuerat immobilis C vt
Trecenti ducenti.Interponantur et aliquando littere vt ſonus melior fiat T vt ficu
bi ex ſi et vbi T.vt identidem ex idem et idē.p.vt emptum quod ab emi venit.b.vt

ambio ex particula m imperfecta et eo. S vt obſcurus ab ob ⁊ cura. L vt obliqu⁹ ex ob et equus. R vt dirimo ex di et emo. V cōſonās vt bouis ex bos nominatiuo. k littera inutilis eſt Quintiliano teſte cum in omnibus loco ſui C ſit Vſus tamen hab; vt karolus. kl'e per k non c ſcribantur. Et quoniam Orthographia multum conſuetudini ſeruit. non eſt ab illa recedendum. cum nō ſcribendi ſolum ſꝫ loquendi quoqꝫ atqꝫ viuendi modum. quam boni doctiqꝫ viri cōſtituant. magiſtram habere conſuetudinem deceat. Aduerbium interrogandi Cur per c poteſt et q ſcribi. ſed cum q duplex v deſiderat. vt Quur Grece dictiones que ab r principium ſumunt aſpirari debent. vt rhetor rhodus rhadamancus. Aſpirantur qꝫ rhenus rhodanus. Priſcis nāqꝫ temporibus tā germani ꝙ galli grecis lr̄is vtebāt̄ et a grecis hec flumia noia hn̄t.

## De aſpiratione.

Quia vō de aſpiratione mentio interceſſit. proſequemur latius hanc partem. Omnia q̄ ab ipſo deſcendunt aſpiranda ſunt in principio et per y et vnum p ſcribenda. vt hyperbole hyperborens hypoteca hypocrita. Similiter que ab ypos veniunt aſpirationem habent. ſꝫ per latinum i et p duplex ſcribunt̄ vt hippotenthaurus. hippomanes. hippodamia. hippolites. Atſi hippus in finem compoſitionis cadit aſpirationem amittit. cetera ſeruant vt Philipp⁹ quod eſt a philos. et amor et hippus equus. quaſi amator equorum. Hypo vō greca prepoſitio eſt. que apud nos ſub ſignificat. Apud latinos nulla conſona aſpiratice. Seruius tamen excipit pulcher. Antiqui quoqꝫ ſepulchrum aſpirabant Inchoa et inchoo aſpiratum inuenitur. quia papias ex greco deriuatum putat. Seruius latinum eſſe contendit. Mihi et non michi Nihil et non nichil ſcribendum ratio ſuadet. cum c nuſꝙ aſpiretur ꝙ in pulchro. et vt quidam volunt in inchoo et ſepulchro. Quatuor preterea ſunt conſonantes. que noſtro more in grecis vocabulis aſpirantur c. p. r. t. vt Chremes. Philoſophus Rhetor Thraſo. Que ab archos veniūt omnia aſpirantur vt Archidyacon⁹ Archipreſbiter Architriclinus Archiepūs Patriarcha Monarcha. Silr̄ q̄ a Cyros veniūt. vt Chiromācia Chiromātic⁹ Chiroteca Chirologia. Que detorquent̄ ad nos ex grecis dictionibꝰ in quibꝰ f ſonare videt̄. per ph ſcribēde ſūt. vt phebꝰ pheton. phar⁹. Orpheus. Excipit̄ filius et fama q̄ licet a grecis dilapſa ſint p f tn̄ ſcribūt̄. Dicit̄ enī filius a philos. i. amator. vel a philos qđ eſt amor et fere grecū eſt ⁊ in pma ſillaba nihil a greco differt. ac prima perſona dicunt illi fero is it. Et fama ex phim ex greco verbo quod eſt dicto. quia ex multorū dictis ſiue ſermonibꝰ oritur fama. Quecunqꝫ veniunt ab ether et ethra et ethereus aut ab ethus. vt ethica. et ethicus. aut ab orthos vt orthographia orthograph⁹. aut a theca vt bibliotheca Cyrotheca. aut a theos vt theolog⁹ theologia. aut a theſis vt ſintheſis hippotheſis. p t ſcribi et aſpirari debent. Contra vō que a prothos anticato metaqꝫ veniunt. vt prothomartir. pthonotari⁹. ātitheſis anticatho Catolog⁹ Metamorphoſeos metaplaſm⁹.

Y Greca nunꝙ tranſit in conſonantem. atqꝫ idcirco decipiūt qui yheſus yeruſaſem yheremiamqꝫ ſcribunt. Cuis enim aliena ſunt verba. noſtro tn̄ i non alienum volunt. Inter m et n nulla ratio patitur locari p. maleqꝫ a multis ſcribit̄ columpna. tirampn⁹. cōtēpno authumpnus. Autumnus vō ſcribendū ē. p nō īdiget Sic ſomnium ſomnus amnis omnis ſolennes ſūmū. Mneſte⁹ apud virgilium m ante n in principio ſeruat. At contempſi contemptum prompſi promptum. dempſi demptum. Carpſi carptum. emi emptum. cōpſi comptū p retinēt. Peſſimus per duplex ſſ non per x ſcribi debet. cum ſuperlatiua in ximus nulla niſi maximus et proximus terminentur. Moralia ſiue imitantia verba tam per ſſ duplicatū vt patriſſo matriſſo fratriſſo. ꝙ per z ſcribi poſſunt. Patrizo matrizo fratrizo Nitor niteris verbum quando ad conatum corporis refert̄ per x nixus. Ad animam vō relatum niſus per vnicum s preteritum format. At iſta tibi de generalioribus orthographie regulis ſcripſiſſe ſufficiat. Quod reliquum eſt de ſingulis vocabulorū ſcriptionibꝰ ex autoribꝰ frequēti lcōne ipſe tibi vſus miniſtrabit.

An pueri docendi ſunt in Rethorica ⁊ dyaletica.

INter grāmatice ſtudia ſolent. ⁊ Rethorice precepta monſtrari. Nam ⁊ dum legunt̄ oratores ⁊ poete. ipſius vis rethorice pandit̄. Sunt ibi ſcolares. ſunt ornatus. ſunt ſententie. vituperant̄. laudant̄qꝫ homines. Aſſunt iudicia. ſuaſiones. Nulla rethorice pars eſt in poetis atꝫ hiſtoricis non exculta. Sꝫ in his vſus eſt. Regule apud oratores tradunt̄ Ciceronē potiſſimum atꝫ Quintilianum. Eſt ⁊ Ariſtotelis rethorica hoc noſtro ſeculo in latinum tranſlata admodum vtilis. In his te exercebis. ceteros fugito. qui ſeducere magis q̄ docere videri pn̄t. Sicut is qui nuper apud wiennam nouam rethoricam edidit. in qua tametſi plurima ex Cicerone que ſunt vera atꝫ vtilia commiſcuit: depravatis tamen exemplis ⁊ verbis fecit. vt nec vtilia ſint nec vera que docet. fugiendus eſt hic. ⁊ abhorrendi ſi q ſunt ei ſimiles. Et in fonte fuerit potius q̄ in riuo potandum. Erunt ergo tibi nonnulla artis rethorice tradenda precepta. ex probatis ⁊ fama cultis autoribꝰ recepta. vt ſcias oratoris officium quod ſit. ⁊ orationis partes inuenire diſponere. eloqui. memorari. pnunciareqꝫ rite poſſis. At quia te non taꝫ bonum oratorem q̄ perfectum regem deſideramus. non exigimus a te Ciceronis aut demoſtenis eloquentiam: optaremus tamen te illa fore ornatum. plurimum nanqꝫ tibi ⁊ ſplendoris ⁊ vtilitatis afferrent. Sed qm̄ multa ſunt q̄ neceſſario imminent regibꝰ ediſcenda. ne alter obſit alteri. ſatis erit regi facundia mediocris. Verꝫ cum inter pcepta rethorice ſilere dyaletica non conſueuerit. Sunt em̄ quodammodo inter ſe conuertibiles. Nam ⁊ ambe tum q̄rere. tum ratōnem reddere ⁊ defendere ⁊ accuſare conant̄. Non ab re fuerit regem puerum dyaleticis initiari pceptionibꝰ. atꝫ ita doceri. vt logice quam diſſerēdi diligentem rationem. Cicero diffinit cognitis partibꝰ ⁊ diffinire ⁊ partiri ⁊ colligere ſciat. Colligendiqꝫ facultatem triplici diuerſitate tractari non ignorat: quia vel veris ac neceſſarijs vel tantum pbabilibꝰ aut apertiſſime falſis argumentatōibꝰ diſputatio decurrit. Non tn̄ in hac re quoſdam wienne magiſtros imitatione dignos dixerim. Nimis em̄ multum tpis in ſophiſticis ⁊ cauilloſis exponunt argumentis. vt apud eos logice ſtudium non vtilitate ſed morte terminet̄. Ob quaꝫ rem nō pbat inofficioſi heremum ſupplicium neqꝫ ſertum pōpeium Cicero. q nimis magnam nimiſqꝫ multam opationem in Geometria poſuerūt. Neqꝫ q ſe totos dyaleticis ac iuriciuili dederunt. Quis em̄ artes hmōi in veri inueſtigatione verſant̄: ear tn̄ ſtudio a rebꝰ gerendis abduci ꝯtra officiuꝫ eſt. Quia v̄tutis omnis laus vt ille dicit. in actione ꝯſiſtit. fugienda eſt omnis artis ſupuacua imitatio. q̄ licet nihil mali videat̄ habere. vacuum tn̄ laborem depoſcit ⁊ ab vtili negocio detrahit. Qualis fuit illius q teſte Quintiliano grana ciceris ex ſpacio diſtante miſſa in agꝛ ꝯtinuo ⁊ ſine fruſtratione inſerebat. quem cum ſpectaſſet Alexander: donaſſe eum dicit̄ eiuſdem leguminis modio. qđ qdem pmium fuit illo tpe digniſſimum.

An puero regi muſica ſcientia ſit ꝯmittenda.

Queri pt̄ an muſice regi puero ſit doctrina tradēda. cum vel parꝝ vel nihil ad rem publicam gubernandam videat̄ afferre. Neroni pbro dictum eſt ⁊ auguſto. q2 muſicam nimis ſtudioſe ſectent̄. Et auguſtus qdem correptus abſtinuit. Nero peramplius inſecutus eſt artem. Cum pſaltem quēdam Philippus macedo inter cenandum vellet emendare. ac depulſandis cordis cum eo diſſerere. ait pſaltes. Superi id abs te mali rex auertant. vt hec q̄ ego meliꝰ teneas ipſe. Contra themiſtocles dux grecie. dum in ꝯuiuio recuſaſſet liram. habitus eſt indoctior. Socrates phoꝝ fons inſtitui lira non verebat̄ in ſenio nanqꝫ indoctꝰ a muſis atꝫ a grecis abeſſe v̄bum fuit. Exercitꝰ Lacedemonioꝝ muſicis inſtructꝰ modulatōibꝰ victoriam reportauit Graccus ſuoꝝ tempoꝝ orator pcipuus. conſonantem ſibi muſicam ꝯſonare volebat. Quid dauid. nonne huiꝰ artis peritus fuit. concentuqꝫ lire laborāti ſauli ſubuenire ſolebat. Hāc certe doctrinā Ligurgꝰ q̄ꝫ ꝯmēdauit. q̄uis leges Lacedemonijs duriſſias dedēit. Hic apđ vetēs moris fuit ī ꝯuiuijs vt laudes heroꝝ

atqꝫ deoꝝ ad citharã cantarent. Quid yopas ille virgilianus. nonne canit errantẽ lunã ſoliſqꝫ labores. Et cicero quibꝰ cõfirmat autor eminentiſſimus muſicũ eſſe. cū diuinarum rerũ cognitionẽ cũctam. Quid nos in tanta reruꝫ varietate dicemus. cũ aliĳ ſuadeãt hanc diſciplinã aliĳ diſſuadeant. Sed certe nõ ars deſpicitur. neqꝫ illius reprehendit̃ vſus: ſꝫ nimius vſus excludendus eſt. Nõ eſſet huiꝰ diſcipline mediocris fugiẽda cognitio. ſi preceptores non vicioſi reperirent̃. Plurimũ nãqꝫ ſpũs reficit ⁊ ad tolerantiam laboris. exhilarat mentes non immoderatus neqꝫ laſciuus muſicoꝝ cõcentus. Hinc pitagoricis mos fuit. et cũ irent cubatũ et cũ mane ſurgerent. ſiquid triſticie foret: vt lyra ſuauiter cõcrepante diluerent. Artis autem huius repertoreꝫ aliĳ pitagoram. aliĳ moyſen. aliĳ tubal predicant. Sed miror ego de pitagora fuiſſe gẽtilium opinionem. cum nemo poetaꝝ non orpheum muſice peritiſſimuꝫ referat. qui pitagoram non annis ſed ſingulis anteceſſit.

An iuuenibꝰ tradenda ſit Geometria et Ariſmetrica.

Est et geometria teneris etatibus oſtendenda. Nam et ingeniũ acuit. et animum ad percipiendũ celerem reddit. Hec et ariſmetricã ſecuꝫ trahit. cũ ſit in numeros et formas diuiſa. Et numeroꝝ quidem noticiã etiã regibꝰ neceſſaria nemo negauerit. Itaqꝫ ſimul Geometriã ⁊ Ariſmetricã pueꝝ ĩſectari regẽ nõ dedecet. Qꝫ ſi quis geometriã duxerit cõtemnẽdã. ſyracuſanoꝝ vocibꝰ obrui põt. q̃ ꝯ Marcellũ vrbi machinas admonentẽ. viriꝰ Achimenidis ĩgenio ⁊ geometrie viribꝰ. obſidionẽ protrahere longius potuerũt. Eſt preterea ĩ ea multũ eruditionis. multũqꝫ cautionis affert. cũ ſepius ea q̃ dyaletice cõcedenda videntur. ars hec minime cõcedat. Nã quis ita proponenti non credat. quoꝝ locoꝝ extreme linee eandem mẽſurã colligũt. eoꝝ ſpaciũ q̃ꝫ qđ his lineis cõtinetur par ſit neceſſe eſt. At id falſuꝫ eſt. Nã primũ refert cuiꝰ ſit forme illius circuitus. Reprehenſi q̃ꝫ ſunt a geometricis vt refert Quintiliani hyſtoria. q magnitudinẽ ĩſularũ ſatis magnificari nauigatõis ambitu crediderũt. Nã vt queqꝫ forma pfectiſſima eſt: ita ⁊ capaciſſima ẽ. Ideoqꝫ illa circũcurrens linea. ſi efficit orbem. amplius ſpaciuꝫ cõplectet̃ q̃ ſi quadratũ paribus horis reddat. Rurſus quadrata triangulis: et triangula plus ſpaciĳ equis lateribꝰ q̃ inequalibꝰ cõtinebũt. In collibꝰ autẽ et vallibꝰ etiã imperito patet plus eſſe ſoli q̃ ſoli celi iugeri menſurã ducentos ⁊ quadragita longitudinis pedes eſſe dimidio q̃ in latitudinẽ patere notiſſimũ eſt. et qs ſit circuitus et q̃ntum campi claudet expeditũ colligere. Sed tenteni et actoceni in quamqꝫ partem pedes idẽ ſpacium terminant: ſed multo amplius claudũt. Quelibet vtilia captu ſint atqꝫ delectabilia. nimiũ tamen impendi temporis hiſce artibꝰ non ſuaſerim. quia etſi ſunt per illas tranſeuntibꝰ vtiles. diutius tamen circa eas morie fieri poſſunt.

An puer in aſtronomia ſit inſtituendus et rex precipue.

Nec aſtronomie moderata lectio regi puero negari debet. que celos oſtendit. et archana ſuperum mortalibꝰ pãdit. Huius noticia magnis ſepe ducibꝰ adiumento decoriqꝫ fuit. Perides athenienſ̃ cum ſolis obſcuratione territi milites eſſent. meditarent̃qꝫ fugã. redditis eius rei cauſis exercituꝫ retinuit et victor euaſit. Gallus quoqꝫ ſulpicius cum in exercitu Lucĳ pauli propter lune defectionem militum animi: velut prodigio diuinitus facto terrerentur. naturali ratione monſtrata: ſecuros reddidit animos. Nec dyon ſyracuſanus cum ad delendam dyoniſĳ tyrannidem veniſſet. quia platonis diſcipulus fuerat ⁊ aſtronomie peritꝰ. tali caſu territꝰ ẽ. Qđ ſi Niceas ĩ ſyciliã veniẽs ñ eodẽ ꝯfiſus metu: pulcherrimũ athenienſium exercitũ perdidiſſet. Imbuendus eſt igitur et hac doctrina puer. ſine qua neqꝫ poete plenius ĩtelligi poſſunt. Semper autem cauendum eſt. ne ſic vni iungamur arti. vt reliquas deſeramus. Neue naturalibus inherentes ſtudĳs ac cõtemplationibus eoꝝ que moralia ſunt poſtponamus. et rebꝰ abducamur agẽdis. Querẽt aliqs forſitan quo pacto diſcẽda ſũt hec. et an tradi et pcipi ſimul poſſunt. Nega-

bũt aliqui. quia confundatur animus et fatigetur tot diſciplinis in diuerſum tendẽ-
tibus. At hi non ſatis perſpicient quantum natura valeat humani ingenij. que ita ẽ
agilis et velox: vt in omnem (vt ita dixerim) partem ſpectat. vt nequidem poſſit age-
re aliquid vnũ tm̃. ſ; vti plura. non eodem die modo. quin ꝛ eodem tp̃is momẽto: vim
ſuam impendit. reficit. ac etiam reparat animos varietas ipſa. Quis vͦ non obtun-
dat̃ ſi ꝑ totã diẽ vni⁹ artis vnũ mgr̃m ferat. ſ; ĩ mutatõe recreabit̃ ſp̃us: ſicut ĩ varieta
te moderata ciboꝝ reficit̃ ſtomach⁹. Agricole ſimul arua vineta oleas arbuſta co-
lũt. pratis. pecoribꝫ. auibꝫ. et aĩalibꝫ curam acõmodant. Cur nõ pueri diuerſas eo-
dem tp̃e non momento dixerim diſciplinas ediſcãt. quoꝝ igenia multo dociliora ſũt
q̃ iuuenũ: Curabunt igitur qui te puerũ regunt. per diem diuerſos vti magiſtros au
dies. Et nunc grãmatice nunc dyaletice. nunc alteri diſcipline incumbas. nec ſuum
locis ſuumq; corporis exercitijs tempus negabunt.

¶ Quid eligẽdũ ſit et quid fugiendum puero ¶ Capitulum vltimum.

Ceteꝝ diſcipulis huiuſmõi q̃uis p̃limũ itellect⁹ illuĩat̃. nõ tñ qd honeſtũ
qd turpe. qd iuſtũ. qd iiuſtũ. qd eligẽdũ. qdue fugiẽdũ ſit ꝓrſus oſtendit̃.
Obũbrata ſũt ĩ poetis et oratoribꝫ: atq; hyſtoricis nõ penit⁹ expͥſſa ſigna
ꝯtutũ. Quibꝫ ex rebꝫ altius volãdũ et ad ph̃iã ipaꝫ tot affectibꝫ trãſmigrãdũ ẽ. de q̃
fecim⁹ tibi ĩ p̃ncipio mẽtõe;. At hic dicit forſitã ex cõtubernalibꝫ tuis q̃ſpiã. Quid tu
agis Enea. dũ puer artibꝫ ĩſudat. q̃r ũ ſeptẽ ſuperi⁹ meminiſti. Quid rurſus huc re-
mittamur: ſ; neſciet h qd ph̃i nomẽ ĩportet. cui⁹ ꝯſtat ĩuẽtorẽ fuiſſe pitagorã. Nã q; vt
antea viri boni et docti ſapiẽtes appellarẽt̃. fugit h arrogãtiã. ph̃mq; ſe dici h ẽ ama-
torẽ ſapientie nõ ſapientẽ voluit. Hinc amor ſapientie interp̃tata ẽ ph̃ia. Sapiẽtia
vͦ nõ ſolũ artes ſeptẽ cõplectit̃ ſupra memoratas. ſ; omniũ diuinaꝝ humanarũq; re-
rũ ac cauſarũ. qbꝫ he tres ꝯtinẽtur ſciẽtiã ꝓfitet̃. Ob quã rẽ nõ q ſeptẽ artes libera-
les ꝑcurrit aliq̃s ph̃us appellabit̃. ph̃ie tñ ꝑtẽ adeptus erit. Phi ab initio ſolis natu
ralibꝫ cauſis itẽdebãt. Taletẽq; mileſiũ ſequebãt̃. q p̃mus de illis tradit̃ diſputaſſe
Succeſſit deinde Socrates q moralẽ ph̃iam euocauit de celo. Ex q̃ factũ ẽ vt biſa-
riã ph̃iam diuideret. et altera qdem naturalis. altera moralis appellaret̃. Supueni
ente vͦ diui Platonis igenio. terciũ adijcere mẽbrũ placuit. et rõnale nuncupat̃. At
nos huc uſq; de moribꝫ q ſũt ex ph̃ia recipiẽdi parũ dixim⁹. Eapropter ĩ calce libri ñ
aũt ĩ calce ſtudij. puerũ rurſus ad moralẽ ph̃iam remittim⁹. Hec ei qs ſit erga diui-
nã maieſtatẽ cult⁹. quõ parentibꝫ. quõ natu grãdioribꝫ. quõ peregrinis. mgr̃atibꝫ. mili
tibꝫ. amicis. vxoribꝫ. ciuibꝫ. ruſticis. ſuis vtẽdũ ſit: certa rõe mõſtrabit. Hec te Rer
ĩdite docebit auariciã cõtemnẽ. que pecunie ſtudiũ habet. quã teſte ſaluſtio nemo ſa-
piẽs ꝯcupiuit vnq̃. Admonebit ĩ mulieribꝫ ſuare modeſtiã. Caros habẽ liberos et ꝓ-
pinq̃s. minime ſeuire. venerari ſeniores. legibꝫ obtẽperare. iracũdiã ꝯpeſcẽ. ꝯtemnẽ
voluptates. miſereri oppreſſis iopibꝫ. ꝯferre dignis p̃mia. ius ſuũ vnicuiq; reddẽ. pu
nire nocẽtes. et qͦd maximũ ẽ ĩ proſperis fortune ſucceſſibꝫ te leticia nõ ſinet effundi.
Nec ĩ aduerſis caſibꝫ triſticia dep̃mi. viãq; preſtabit q̃ tibi recte viuẽ poſſis et ſubdi
tis vtiliter ĩperare. Nec ei ſũt hec puero claudẽda. ſ; mõ libroꝝ delectus fiat. vt dul-
ces ꝛ apti facũdi limatiq; ſibi tradãt̃. vt ſup̃ de pleriſq; dixim⁹. qbꝫ adijci p̃nt Tu-
ſtulane q̃ſtiões tullij. de ſenectute. de amicitia. et qcqd ẽ illi⁹ de moribꝫ ſcriptũ. Vtilis
ſeneca capiẽd⁹ ĩ ep̃lis plĩmis. ꝛ ĩ cõſolatõe Boeci⁹. Nec negaueri abſq; his q̃plura
doctoꝝ viroꝝ reperiri volumina. q̃ tuto pueris exhiberi p̃nt: ſ; iudiciũ p̃ceptoris exi-
go. vt limatos terſoſq; norit libros. et ĩ auctoritate receptos. S; q̃ñ hec ph̃ie portio
quã vocãt Ethicã. nullũ humane vite tp̃s dimittit intactũ. ſ; viuẽs ipa gubernat vi-
ros et ſenes q̃nta puero tradẽda. qbꝫ ex locis recipienda ſint ſatis ꝓ ꝑte credim⁹ eſſe
mõſtratũ. In ceteris libris ſicut etates ipe reqſiuerit. ſi lõgi⁹ fabricator maxi⁹ orbis
et aĩe cõditor ꝺs vitã ꝓduxẽit. loquẽdũ neruoſius erit. niſi p⁹ tot ĩſignes q̃s tibi legẽ-
dos dixeri⁹ autores. tacẽ poti⁹ q̃ dicẽ qcq̃ ãpli⁹ exiſtimauerim⁹. Tu tñ interĩ qͦd tibi
puero ꝯducẽ doctũ ẽ. ſic te exercẽ ac diſcẽ ſtudẽ. vt aliaꝝ h⁹ opuſculi partiũ cupidiſſi-
m⁹ videare. Vale ex noua ciuitate. Mẽſe februarij. M.cccc.l.

¶ Refert grates ꝓmotori ſingularis amici ſui. ¶ Epi. ccccxxxij.

ENeas epūs ſenenſ. Alto et potenti viro Petro de noxeto Comiti palati-
no. S. p. d. In eo loco ad quē te tua virtus euexit vt p̄mus romani ponti-
ficis lat⁹ ſtiparis mlta abs te acta ſunt q̄ me tibi mariope deuincūt. Nul-
lū tñ ↄ ex oib⁹ tuis opib⁹ qđ mihi vl' iocūdi⁹ vl' accepti⁹ fuerit. q̄ iohis nr̄i campiſij ſub
leuatō. quē diu iacētē humi calcatū. fortune pedib⁹ iopia p̄ſſū tua ope tuoq3 ſtudio ↄ
īgenti conatu iā erectū et īter p̄ncipes eccl'ie collocatū ſuis lr̄is accepi. Feciſti ꝓbe qđ
bonū virū qđ amicū qđ te decuit. Nā phie diſcipline imbut⁹. ī oī genē doctrinaꝝ ap-
prime peritus. ingenio perſpicaci facundia teri ti. morib⁹ manſuetus amicicie tenax.
(ſi verū fateri velim⁹) nimis diu inter īfimos habit⁹ ē. nā ſiue hoīs v̄tutes penſitas. ſi
ue obſeqa q̄ rōne curie. nūc apud vngaros. nūc apud theutonicos pluresq3 gētes pre
buit mente reuoluas. non eſt cur ei quiſq̄ preferri debuit. ſed habet iam tandem vir
tutis iam bene mihi ſerū videri debet quod non ſit. Quo longior miſeria fuit. eo dul-
cior felicitas aduētat. Pauci ſūt qui vitā omnē feliciter agant. Alios p̄ma. alios po
ſtrema tpa fortunata recipiūt. Recte cū his agit' qb⁹ ps vite poſterior leta eſt. Eos
fortuna hoſtes h3. quos ex felicitate ī erūnas p̄cipitat. qb⁹ miſerrimū ē fuiſſe felices.
Ac nr̄ cāpiſius dū iuueīs fuit. dū ferre labores potuit. ſudare. algē acriter pugnauit.
Nunc victor factus ſeniū leui⁹ feret Iā ſecur⁹ ē. iā tut⁹ ē a tegete et baculo. Gaudeo
illi mihiq3. tibi gr̄as ago cuius et cōſilio et ope res geſta eſt Nihil eſt q̄ tibi nō debeā
Tuus ſū quantus ſum. Multa ſunt ī me tua beneficia q ſepe me iuuiſti extuliſti ma
xime. Ac p̄us mediā mei ptem fouebas. Alterā q̄ in cāpiſio viuebat īcultā relinq̄bas
Nūc agrū totū excoluiſti. Inteḡ tot⁹ gaudeo. diuia tibi pietas beīgna ſit. teq3 cū ma
rio p̄ſule diu beatūq3 nūq̄ te deſerat. terrā tibi viuēti ſbſternat. morīēti celū apiat. Va
le et me mario pōtifici facito ↄmēdatū. ex noua ciuitate p̄die id⁹ maias. M. cccc. liij.

¶ Oratio de laudatiſſima maria. que ihesū humani generis ſaluatorē genuit. nec
minus clauſtra pudoris poſt partū retinuit. ab Enea vt fertur cōpoſita: poſtq̄ ad ſū
mam in terris dignitatem vocatus. digne Pius noīatus eſt. quā Anthoni⁹ kobur-
ger ciuis Nurēbergenſis. non incōpetēter ī libri hui⁹ calce poni iuſſit. ¶ ccccxxxiij.

VIrgo theutunicis multum celebrata ſacellis.
Mater et ipſa dei mater et ipſa hominis.
Virgo latinarum ſpes et tutela meoꝝ.
Virgo quā multo gallia thure colit.
Virgo nec hyſpanas paulum laudata per vrbes.
Cui patet et celum tota terra patet.
Virgo que magnum potes exorare tonantem.
Et potes irati celi ſiſtere dei.
Ipſe ego peccati ſeruus ſceleriſq3 miniſter.
Et mādatorū fractor vbiq3 decem.
Ad te confugio. fateor mortalia ſeptem.
Sepius admiſi crimina: modo penitet.
Ille licet nulli veniam negat autor olumpi.
Et reduci brachia ſemper tendat amans.
Quis tamen offenſi vultum quis iudicis audet.
Interceſſore nudus adire ſui.
Ergo meos genitrix ſemper miſerata labores.
Nunc etiā noſtris caſib⁹ affer opem.
Ipſe mihi de te natus ſine crimine culpas.
Condonat veteres. ꝓhibeorq3 nouas.

¶ Pij. ij. pōtificis maximi cui ante ſūmū ep̄atū p̄mū qdē imp̄iali ſecretario: tādē epo
deīde cardinali ſenen̄. Eneas ſilui⁹ nomē erat. familiares ep̄le ad diuerſos in q̄dru-
plici vite eius ſtatu trāſmiſſe: impenſis Antonij koburger Nurēberge imp̄ſſe. finiūt
xvj. kl's octobris. Anno ſalutis chriſtiane ↄc. M. cccc. lxxxj.

XV, 37

XV, 37


Silvii
Epiſtola
1481